Aristotelis quinqꝫ de Animalium generatione libri ex interpretatione Theodori Gazae cum Philoponi: seu Joānis Grammatici Cōmentarijs per Nicolaum Petrum Corcyraeum Accuratissime e graeco in latinuꝫ conuersis.



DILECTO FILIO ANTONIO DE CAMERA.

CLEMENS PAPA VII.

DILECTE *Fili Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum tu Commentaria Ioannis Grammatici siue Philoponi in quinque libros Aristotelis de generatione animalium nuper è græco in latinum traducta pro Communi studiosorum vtilitate edere in lucem statueris, ac propterea in eis imprimendis non paruos sumptus facturus sis, & labores subiturus, Verearis'que ne qui fructus ex illis percipi possunt ij intercipiantur ab alijs. Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, omnibus & singulis extra nostra & sanctæ Romanæ ecclesiæ loca degentibus sub excommunicationis pœna subditis vero nostris Præterea sub pœna centum ducatorũ & amissione librorum quos impressserint tibi & Cameræ Apostolicæ æquis partibus applicandorum inhibemus atque mandamus ne ipsa Commentaria tam latina quam græca quæ a te primum impressa, erunt per spatium decem Annorum Iam nunc incipiendorum imprimere, aut imprimi facere, impressaue vendere, aut vendenda tradere, vllis in locis audeant ac non permittant. Datum Romæ apud Sanctũ Petrũ sub Annulo Piscatoris Die. XXV. Iunij. M.D.XXVI. Põtificatus nostri Anno Tertio.*

Be. Cancel. Rauenn.

CAVTVM *Ab Illustrissimo dominio Venetorum, Ne quis alius hunc librum per decennium imprimere, aut imprimi facere impressum'ue vendere, aut vendendum tradere, tam in hac vrbe quam alijs in locis eorum dominij audeat sub pœna in eo contenta.*

NICOLAVS PETRVS

CORCYRÆVS PRÆSTANTISSIMO SENATORI MARINO GEORGIO VENETO LIBERALIVM ARTIVM AC PHILOSOPHIÆ CONSVLTISSIMO.

S. D.

OCRATEM *Illum tam Egregie de Philosophia meritum Marine Georgi clarißime Gorgiae se percũctanti an magnum persarum Regem foelicem existimaret respondiße ferunt, nescire quidem, cum qua uirtute, qua ue disciplina praeditus eßet ignoraret. digna profecto sapientißimo uiro sententia, ac immortali praeconio usquequaque efferenda, qua humanae foelicitatis modum, non rerum fortunae, quas iactura, clades, interritus, ac naufragia subsequi aßidue solent, sed pectoris, ingeniique bonis claudere uisum est. Vnde & Platonis opinio pulcherrime cum laudatißimi praeceptoris conuenire uidetur, qui tunc recte publicae foelicitati consuli, cum aut philosophus regnat, aut rex philosophatur, aßeruit. Cum igitur, in hac uestra celeberrima totius orbis Republica, tot praeclara ingenia, tot probatißimi in omni doctrinarum genere uiri inspiciantur, quis adeo in ueritatem ipsam pertinax, & refractarius, quis tam falso, adumbratoque iudicio habetur, qui non & illam, & ipsos uicißim a quibus regitur, in supremae foelicitatis gradum optimo iure collocet? & cum tu (ut alios in praesentia mißos faciam) inter tot illustria nomina, tot insignes Senatores unus habearis, quem multarum rerum cognitio, ac bonarum artium, philosophiaeque studia, etiam apud exteras nationes memorabilem reddunt, quid mirum, quanquam ignotus homo, quem fama ipsa pluribus ab hinc annis colere, ac uenerari iam coeperam, si quacunque occasione animi mei erga te, uoluntatisque propensionem testatum iri concupiuerim? Quare, cum ego superioribus annis in ea Appuliae parte quae Mesapia appel-*

latur apud Sergium Stißum, uirum utraque lingua celeberrimū, nullique qui uiuunt mansuetudine, candore, modestia, ac humanitate secundum, & quem, si quemuis alium hac tempestate cum Aurei saeculi hominibus merito conferas Graecarum literarum studiis operam darem, cogitare profecto coepi, quidnā ex tot graecae linguae quos penes se continebat clarißimis authoribus, quorū mihi pro sua facilitate copiam semper fecit potißimum deligerem, ut latinitate donatum sub tuo nomine in publicum quandoque promeretur, quo conceptae iampridem obseruantiae in te meae pignus, tum amplitudini tuae, tum omnibus tui studiosis perspicuum faceremus. Expetebant a me Marinae praestantißime in tanto uetustißimorum operum aceruo, plura, quae ad philosophiam, Mathesin, Rhetoricemque, ac medicinam pertinent, Caeteraque innumera, uti in ipsis interpretandis qualescunque ingenii nostri neruos intenderem, sed ab his omnibus ad Philoponi in Aristotelem de Animalium generatione cōmentarios duplici de causa deficere uisum est, tum, quod diuina quadam ingenii sui uirtute, in enodandis abstrusis, secretioribusque naturae rerum causis mira de penu ipsius philosophi sensa eruendo, legentes in sui admirationem conuertat, tum uel maxime, cum hi de quibus diximus Aristotelis libri paßim intacti a nostri saeculi philosophis dicantur, ne tam optimae frugis, tamque necessaria lectio, studiosos omneis diutius lateret. Siquidē in hoc nobis labore animosius subeūdo, opis ceu diuinitus praestitae, oblata suffragia sunt, cum hos, & quos de Historia, & Animaliū partibus Aristoteles perscripsit, Theodori Gazae opera in latinum sermonem conuersos paßim circunferri cernere est, ne scilicet ueterem illam barbaram, arbitrariam, inoperosam, praepostere, imperfecte, inscite, & quae non conuersa, sed plane peruersa est interpretationem euoluere cogeremur. Cōtulimus quidē (ne scilicet quae meae parteis esse debēt de Theodoro taceam) ipsius cum graeco Aristotele interpretationē cum sergio meo, non admodum incuriose, bone deus, quam expolitus, quam candidus, quam luculentus, quam elegans undique inspicitur, in quo nil humile, nil angustum, nil moro-

sum. Qui dum uerba, sensusque ipsius quem interpretatur explicare contendit, tam curiose, tam composite, tam fideliter rem complectitur, ut desiderari nihil penitus possit. quod autem graecus homo, in peregrina sibi, ac exotica lingua tãtum profecerit, ut eam hac quoque ex parte ipsum locupletasse omnibus qui cultioribus studiis incumbunt testatum, perspectumque sit, hunc diuinitus huic saeculo nostro de coelo missum facile crediderim, cuius patrocinio aduersus rudem, incultãque barbariem perpetuo staremus, & a cuius scriptis omnibus qui hanc interpretandi prouinciam sumpturi post hunc erant, quasi ab uberrimo fonte quod assidue haurire possint, affatim suppeteret. At sunt uero nonnulli qui sine cultioribus literis (ut inquit ille) philosophiam adeunt, quibus haec Theodori interpretatio longe asperior leberide, uel (ut in prouerbio est) Scitarum oratione uidetur, qui non hũc modo, sed & alios plerosque de utrisque studiis optime meritos, qui latinae, uel Romano sermone paulum quã quo ipsi imbuti sunt cultiore scripserunt, uitant (quod dici solet) cane peius, & angui. tum si quis his praesentibus, e graeco in latinum sermonem conuersis uerbis, quae nihil expositum, uulgatum, ac triuiale sonent, aut diuersis ab his quae inter ipsos iam cõsuetudo optinuit, utatur, extollunt profecto uoces, ac risu defluunt, non secus, ac si Mimorum audire dicteria, Histrionumque gesticulationes inspicere contigisset. praeposteri homines, & mehercule usquequaque aspernandi, qui graecas literas ne olfaciẽtes quidem, latinis uero sub indisertis illis grãmatistis, literatoribusque perperã imbuti, se uno congressu quod tria, aut quatuor in Aristotelem commentariola, non autem ipsum legerint, philosophiam ipsam quanta modo est consecutos autumãt. Quibus, si aut ea mens esset ut graeca perdiscerẽt, sine quibus in hoc studiorum genere omnino nihil futuri sunt, aut cultioribus literis prius imbuti, philosophiae postmodum nauarẽt operam, foelicius prorsus uel famae suae, uel humanis corporibus qui medicinae artem profitentur, consulerent. Sed hos iam omnino mittamus, qui periculo suo tãdem suis in rebus prudentiores esse discant, nos uero unde digressi sumus reuertamur. Postea uero

quam ad haec Patauii gymnasia me philosophandi gratia contuli, quorum te instauratorem, moderatoremque totius Reipublicae uestrae consensus meritissimo praefecit, haec de quibus agimus commentaria tandem emissuri, tibi nuncupare uisum est. At quidem in hoc uertendo opere non parum me laboris subiisse fateor, dum cum philopono congressus, romanae linguae castitatem seruare conarer sensibus stantibus, neque enim uerbum e uerbo passim exprimere uisum est. Sed & translationibus, & figuris pro uiribus usi peritiorum exēplo sumus. Caeterum, ne hinc a studiosis omnibus quicquam desiderari omnino possit, commentaria haec quae nos uertimus, cum Theodori Aristotele, nec non & graeca cum graeco ipso quo in eo exponendo Philoponus ordine usus est, utraque publicamus, quo utriusque linguae studiosis in cōmune consultum sit, tum etiam, qui foelicius quam nos ingeniū nacti, si haec nostra fortassis fuerint parum probaturi, cultiore scribendi genere omnibus faciant satis. Sed tantum profecto abest (nisi nos fallit opinio) lucubrationes has nostras, a nemine non paulo doctiore argui, ut potius, quicunque philosophiam profitentur, nobis immortales gratias sunt habituri, dum hos diuinos, & supra humani captum ingenii philosophi libros, cum philoponi, tum nostra opera, quos hactenus pene frustra uersarant, intus (quod dicitur) & incute, deprehendere posse animaduertent. Vtinam eximie uir hac tempestate tam praeclarum philosophi nomen uendicantibus hoc in animo esset, ut huiuscemodi graecos Aristotelis interpretes, abdicatis uulgatioribus istis, & postremae notae expositoribus, uel perquirere studerent, uel euoluere, facile quidem studiosae iuuentuti persuaderent, ut incondita illa, ineliquata, indiscussa commentariola, quae in gymnasiis, in compitis, in quadriuiis tam enixe tuentur, quibus auctorati, addictique sunt, tandem ut parum profutura negligerent, detestarentur, se que in intima uerae philosophiae adyta demitterent, unde & animis eorum, & ingeniis in tanta rerum caligine uersantibus, plurimum fulgoris sublucescat. Accipe igitur uir clarissime philoponum hunc nostrum, cum Aristotele, rem pro-

fecto non minus te dignam, quam te ipsam, hilari, ac laeta fronte, dum maiora his, melioraque si fata permiserint daturos paramus, ex eo quidem cum a grauioribus Reipublicae negotiis quandoque fueris feriatus, ceu ex amoenissimo uireto omnifariarum frugum oblectamenta excepturus. Siquidem quae tua humanitas est, & si haudquaquam operis huius intuitu, animi saltem in te beniuoli, hominis licet ignoti, gloriae tamen tuae studiosi uoluntatem, te minime posterioris laturum speramus. Vale.

Philoponi in primum Aristotelis de animalium generatione librum commentarij: Nicolao Petro Corcyraeo Interprete.

Cum de caeteris animalium partibus: tum summatim: tum singulatim seorsum de proprijs generis cuiusque dictum iam sit: quemadmodum ⁊ qua de causa vnum quodque esset: eam causam dico: cuius gratia quippiam fit (ponimus enim causarum genera quatuor numero. Primum: cuius gratia vt finem. Secundum: substantiae rationem: quae quasi vnum quoddam fere existimanda sunt. Tertium vero: quartumque: materiam: ⁊ id vnde principium motus) sed cum de caeteris dictum iã sit: ratio enim: ⁊ id: cuius gratia vt finis: idem est: materia vero animalibus partes sunt: toti dissimilares: dissimilaribus similares: vsq; quae ea: quae elementa corporum appellantur. Restat vt de partibus: quae ad generationem pertinent: disseramus: de quibus nihil adhuc definitum est: atq; etiã de causa mouente quae nam sit: sed de ea ipsa causa considerare idem quodammodo est: atque de generatione cuiusq; agere. Quam obrem nostra haec disputatio in idem ea coniecit: cũ ⁊ partes: quae ad generationem accommodantur: vltimas disposuisset: ⁊ generationis principium ab ijs proximum collocasset.

Praesentis rei opus (vt ⁊ ipse inquit) illi quod de animalium partibus est adheret: vbi cum quereret cur quelibet pars ita vt habetur consistat: materialem ⁊ finalem ac tantisper formalemq; causas adduxit. que finalis: omnibus que sub generatiõe sunt eadem cum formali est. Nam quicquid fit cuius gratia fieri putandum. In naturalibus autem finis: ⁊ forma idem habentur. In illis igitur vbi de animalium partibus: materialem: ac finalem: ⁊ ideo formalem que causas adduxit. efficiens vero est quod materiam ad formam suscipiendum mouet: itaq;: ex ipsa: ⁊ tali forma: caro: ⁊ sanguis: adepsq; ac alia de qbus illic memorauit constituunt. at que ad generationẽ partes conferant missas facit. Neq; enim efficientes causam (vt asserimus) illic ostendit: neq; de partibus que ad generationem conducant: vt sunt testes: vulue: ⁊ reliqua quicquam docuerat: sed de his in presenti opere qui de animalium generatione inscribitur considerandum seposuit. eius autẽ hic: de partibus que ad generationem conducant dicere propositum est: verbi causa: cur quedã testes habentia: nonnulla vero ipsis carẽt: ⁊ ipsis preditorum: cur quibusdam extra: alijs vero intus sunt: auibus enim intus: pecudibus vero: apriisq; extra. ⁊ qua nam de causa vulue omnibus intus: ⁊ quid genitale semen: quid ve genitura sit. quaue illa e corporis parte progreditur. ⁊ ne singula recensendo longius protrahamur: de animalium generatione: ac efficiente causa: omniumq; cuiuslibet animalis partiũ: totalitateq; hic simpliciter scrutabitur. Nã in illo qui de animalium partibus: qua materia: cuiusue gratia facta sint querebat: hic autem quonam pacto fiant: ⁊ quid quod eorum quodlibet efficit: creatque querit: atque demonstrat. quoniam autem actus efficientis cause que materiam ad formam suscipiendam mouet: nihil aliud quam generatio illius quod generatur est: qui cum de efficienti causa loquatur: de generatione cuiuslibet que ab ipsa genita sunt quodammodo edisserit: itaq; presentis rei opus de anima

lium generatione recte inscriptus est. etenim de animalium generatione inscribere: idem est ac si de efficientis causę actu: et si de efficientis causę actu inscriberet: idem est de animaliũ generatione inscribere. p̄sentis rei opus quinqȝ libris orditur: cõprehenditqȝ. propositũ igitur et cã: qua quem prefati sumus opus inscriptus sit iam dictũ. Sciendũ autẽ quod nos in illis quae plane patent: et quę nulla commentatione indigent inducere hoc: clara. et cętera consueuimus: et ita ad ea quę explicatione indigent procedere. in presenti vero opere hoc non agemus: sȝ his quae interpretatione egebunt insistemus: quę autem scitu facilia silentio transigendum: hec tantum prefati quę deinceps clara habentur. Sed quidem de his satis: nunc autem sub ratione orationum duce ad eorum quę memorauimus interpretationem pergendum. Quoniam inquit in illo qui de animalium partibus est: de alys partibus dictum: et quę vniuersim omnibus animalibus: et cuilibet generi seorsum partes insunt. Quę enim omnibus vniuersim: aut pluribus inerant: de his in illis disseruit. quę vero cuilibet generi: aut speciei seorsum inerant: hęc peculiari quoddam ordine distinguendo: eorum inibi causas adduxit. Quoniam igitur de his in illis definitum iam est: quonam pacto talem ob causam quodlibet tale est: cum ob hãc cãm asseruisset: explicando hoc videlicet cuius gratia adduxit. Quatuor enĩ causas statuimus primam quidem cuius gratia vt finem. aliam vero substantię rationem quod forma est. finem autem: et formam quasi vnum fere putandum: at tertia: quartaqȝ: materialis: ac efficiens est. Quoniam igitur quatuor causę sunt: de alys vero formali videlicet et finali: ac materiali iam dictum: nam finalis; formalisqȝ idem sunt: itaque de finali disserentes: et de formali disserimus; et econuerso. quin etiam et partes animalibus materia sunt. Quę enim dissimilarium partium: omni quod totum est vt Socratis materia sunt: His vero: quę dissimilarium partium sunt: materia est similares partes: similaribus vero partibus elemẽta: itaqȝ: de partibus referentes: de materia asseruimus. Quoniam igitur de his omnibus ibi iam explicatuȝ: reliquum est vt de partibus quę ad generationem conducãt referamus. Nihil enim de his: et de mouente materia quę nam ipsa sit in illis definitum est. Nam de mouente: ac de efficiente dicere: cum his simul: et de cuiuslibet generatione speculari idem quodammodo est. Quoniam igitur presentis operis series: natura illi quod de animalium partibus est adhereret: in idem hic oratio collegit. Cum hos quidem quinqȝ quos memorauimus libros: nouissimos: posterioresqȝ: ab his qui de animalium partibus sunt in ordinem redigeret: primos autem illos constituit: et si qui de animalium partibus nouissimi in ordine habeantur: his tamen nihilo secius cohęrent: siquidem qui de animalium generatione (vt dictum) natura his qui de eoruȝ partibus sunt adherent: copulanturqȝ: et hoc inquiens propositum aggreditur.

Animalium alia per coitum foeminae: et maris gignuntur: scilicȝ in quibus generibus sexus vterqȝ est. non enim in omnibus: sed in praeditis sanguine: paucis quibusdam exceptis: alterum mas: alterum foemina perfectum euadit. exanguium vero quaedam marẽ: et foeminam habent: vt sobolem eiusdem generis procreent. alia procreant quidem: sed non sui generis prolem: scilicet quae non ex coitu animalium prodeunt: sed ex terra putri: aut excrementis.

Ubi autem Inquit alterum quidem mas: alterũ vero foemina: hoc: videlicet perfectum: satis accurate additum est: nonnulla enim priusquam perfecta fiant mares an foeminę sint haudquaquam apparent: vt cernere in anseribus alysqȝ quibusdam est: perfecta vero: apparent. Nam marem foeminamque habentia: et quę non eiusdem generis: videlicet non eiusdem speciei generant: sed diuersa hęc quidem sunt. quę non ex animalibus: sed materia putri: humidisqȝ: seu siccis excrementis gignuntur: vt pulicum: scarabęorumqȝ genus: aliaqȝ plurima: Hęc enim ex putri materia orta marem: foeminamqȝ habent; et pulices: ac muscę: aliaqȝ plurima coeuntia videntur: et illa non similis speciei generant: sed diuersę. Nam pulices paruos quosdaȝ vermiculos albissimos expedes. (ipsi enim nigri et pedes habentes sunt) et alia his ipsis similia gignunt.

Quod autem in vniuersum dixerim: eorum: quae locum mutare solent: aut nando: aut volan-

do: aut gradiendo: videlicet per quodqꝫ actum suo corpore est: nõ nulla toto genere suo sexum vtrũque obtinent: non modo sanguine pdita: verumetiã exanguia quaedam. nam eorum quoque alijs toto genere sexus vterqꝫ est: vt mollibus: vt crustatis: alijs maxima parte: vt generi insectorum. eorũ autem ipsorum: quae ex coitu cognatorum animalium gignuntur ipsa quoqꝫ sibi cognata progenerant. At vero quae non ex coitu: sed putri materia oriuntur ea generant quidem: sed genus diuersum quodqꝫ prodijt: nec mas est: neqꝫ foemina. Talia sunt nõnulla in genere insectorum: quod iusta euenit ratione. nam si ex coitu eorum: quae non ex animalibus orta sunt: animalia orirentur: haec si eiusdẽ generis essent: primum quoqꝫ ortum parentum talem esse oporteret: quod recte ita censemus: quãdo sic euenire in caeteris animalibus patet. sed si dissimilia quidem: sed que coire inter se possent: gignerentur: Rursus ex ijs alia quaedam natura procrearetur: ⁊ alia ex ea: idqꝫ in infinitum procederet. At natura infinitum vitare solet. infinitum enim fine caret. natura autem semper finem quaerit.

At vbi ait Et horum enim nõnullis per oẽ genus: vt mollibus: hoc videlicet horum de exanguibus dictum: ⁊ horum enim exanguium. Cum autem dixisset quę ex putri materia gignuntur: ⁊ marem: foeminamqꝫ habẽtia gignũtur quidem sed specie dissimilia: ⁊ genita neqꝫ mares sunt: neqꝫ foeminę: nec penitus alia gignũt: sed infoecunda sunt: sic ostendit quod haudquaquam gignunt. Sit nobis de pulicibus: eorumqꝫ sobole dicendum. pulices qui non ex animalibus sed putri materia geniti sunt ipsi paruos quosdã vermiculos: ⁊ albos genuerunt. tales igitur vermiculos neqꝫ mares: neqꝫ foeminas esse: ac gignere penitus impossibiles dicimus: si autem hoc falsum: ergo verum qđ oppositum. Sint iam in talibus vermiculis mas: ⁊ foemina: ⁊ quod ipsos sequitur: quod quidem coire est. Si igitur coeuntibus vermiculis animalia ex ipsis procreantur: aut similis speciei ipsis sunt quę genuerunt: aut diuersę. Si quidem similis speciei: ⁊ pulices ex eis quę similis speciei sunt fieri erat necesse. Ut enim Socrates cum sibi similis speciei generasset: ⁊ Sophroniscus Socratis pater ex his quę similis speciei sunt genitus fuit. Si e: quoniam vermiculi similis speciei genuerunt: vt suppositum est: ⁊ ipsos genitos pulices ex his q̃ similis cum ipsis speciei sunt nasci necesse erat: non autem sic: sed ex putri materia nati sunt: talibus igitur de causis similis speciei procreare haudquaquam valent. Si autem dissimilis speciei: vtrum coire possibiles sunt? hoc quidẽ illud est quod ait: vtrũ marem habent: ⁊ foeminam necne: si igitur minime coire: neqꝫ marem habere ⁊ foeminam queunt: nec vermiculos marem: foeminamqꝫ habere necesse erat. Qua eniꝫ de causa vermiculorum foetus cum dissimilis speciei cum vermiculis sint marem: foeminamqꝫ non habent: vermiculi vero cum diuersę speciei cum pulicibus sint habeant? si vero ⁊ vermiculorum foetus mare: ac foemina erunt prędit: ac tum coire: tum generare facultatem obtinebunt: eiusdem speciei minime generarent: ⁊ vermiculos eniꝫ ex eis quę eiusdem speciei sunt procreari necesse erat: igitur diuersę speciei: ⁊ illa rursus alia ob tales necessitates generabunt: ⁊ ita dissimilium specierum natura in infinitũ (quod impossibile est) procederet.

¶ Quae autem non gressilia sunt: vt testatum animalium genus: ⁊ quae saxis adhaerentia viuũt: quoniam natura simili plantis ↄstant: hic vt in illis: sic in his mas deest: ⁊ foemina: sed similitudine: proportioneqꝫ nomen sexus accipiunt. Habent enim parum eiusmodi differentiae. quodam etenim in stirpiũ genere. sunt eodem in genere arbores: quae fructũ ferant: ⁊ quae ipsae quidem non ferant. sed ferentes adiuuant illas ad maturandũ: vt in ficum: ⁊ caprificum euenit. generationis etiam ratio eadem in stirpibus quoqꝫ est: cum aliae semine prodeant: aliae sponte natu-

rae: oriuntur enim a putrescente vel humo: vel parte aliqua plantae. Sunt enim quae ipsa per se nō quam seorsum consistant: sed in alijs arboribus dico soleant generari: vt viscum. Sed de stirpibus: siue plantis seorsū opere per seipsis dicato agendum est.

In plantis Autem: ex similitudine: proportioneq;: marem: foeminamq; dici inquit: nam quę fructifera foeminas esse: quę autem non talia mares. at viscum per se quidem non gignitur: sed in quercu. Est enim viscū adhuc in quercu: existens edere foliorum per simile. hoc igitur aucupes colligentes: inq; nouum testaceum vas impositum: cum testa fimo defodiunt: et in ipso in putredinem versum dehinc oleo molliunt quod viscum fit: quo virgis illito passerculos aucupantur.

¶ Nunc de aliorum animalium generatione differendum est: prout cuiq; ratio competit deducenda ex ijs: quae dicta iam sunt. Generationis enī principia (vt retulimus) illa potissimum quis statuerit: marem: et foeminam: marē: vt quod motus et generationis originem teneat: foeminā: vt quod materiae: quam rem ita esse potissimum credes: si quemadmodum: vndeque semen genitale fiat: itellexeris. Ex hoc enim: quae natura oriuntur: consistunt. Id autem quemadmodum ex mare: ac foemina prodeat: nequaquam latere oportet. quod enim ea pars de foemina: mareq; secernitur: et in ijs: atq; ex ijs haec secretio fit: ideo mas: et foemina principium conferunt generationis: marem nanque id animal dicimus: quod in alio gignit: foeminā quod in seipso. Quamobrem in vniuerso quoque naturā terrae: quasi foeminam: maremque statuunt coelum autem: et solem: et reliqua generis eiusdem nomine genitoris patrisque appellant.

Rationem Autem quę competit congruam decentemq; nuncupat: vbi vero inquit ab his quę prius dixerat colligens: quę dixerat marē: et foeminam appellat: quod autem deinceps sequitur vbi inquit: hoc quidem aliquis potissimum crederet: si quemadmodum semen genitale fiat animaduertat. vbi dicit hoc: id illud declarat: quod autem mas: foeminaq; generationis principia sunt: hoc quispiam crederet. Si quo nam pacto: ac vnde semē genitale fiat animaduerteret. Si vero (nūc enim genitale semen et menstruū dicatur) genitalis seminis excretio in mare et foemina est: ac ab his proficiscitur: cum autem ab subtilissimo sanguine a quo corpus alitur secretum fuerit: et in genitalis seminis meatibus permanet: in ipsis est: a maribus autē coitus tempore procedit: et mas quidem in foemina: foemina vero in se ipsa generat: in ipsa enim foetum quoad perficiatur gestat: perfectum vero in lucem edit.

¶ Mas autem et foemina inter se differunt ratione q; facultas vtriusque diuersa est: sensu autem partibus corporis quibusdā discrepāt. rationis discrimen ita resultat: vt mas sit: qđ in altero generare potest (vt dictum est) foemina quod in seipso: et ex quo fit: quod generatur contentum in eo: quod generat. Sed cum facultate: et munere quodam haec distinguantur. ad omnem autem officiū functionem instrumento opus sit: instrumētaq; facultatibus partes corporis accōmodentur: ad procreationem quoque: et coitum partes aliquas esse accommodatas necesse est: easque inter se diuersas: quibus mas a foemina differat. nam et si de toto animali mas: aut foemina dicitur: tamen non quauis sui parte potentia que idem mas: aut foemina est: sed certa quadam virtute: siue potentia: et parte: sicut et vim cernendi: gradiendique obtinet: vt sensu patet. partes vero eiusmodi sunt foeminae vteri et vuluae maris testes: et coles: in omnibus sanguine prae

ditis. eorum enim alijs testes: alijs meatus eiusmodi quidam sunt in genere etiam exangui. discrimen maris: et foeminae est: quibus haec sexus contrarietas data est. differunt forma inter se partes ad coitum delegatae in sanguineo genere: sed intelligendum sic est: ut principio vel exiguo imutato: multa ex ijs: quae a principio sunt: immutari soleant.

Quoniam autem potentia quadam: et actu mas: et foemina discrepant: diversarum vero facultatum: et instrumenta diversa: necnon ad sobolem procreandam: coeundumque partes: instrumentaque adinuicem diversa esse necesse est: quibus instrumentis: partibusque mas: et foemina adinuicem differunt. Si enim universim de Socrate mas: et de Xantippe foemina iudicat at nō ex oculis alter mas: altera vero foemina: sed facultate quadam: partibusque quibusdam est. Coles autem venosos meatus appellat: qui in his qui prrie prediti proprio officio in ipsum penem genitale semen educunt: a quibus receptum per penem in foeminam immittitur. Qui vero pene carent: ipsis ad proprios usus et penis vice funguntur: sic autem adinuicem marem: foeminamque diversa dixit.

¶ Patet hoc in erectis: quibus parte genitali tantum corrupta tota fere forma usque eo commutatur: ut aut foemina esse videantur: aut parum absint tanque non qualibet sui corporis parte: aut potentia animal fit foemina: aut mas. constat igitur principium quoddam esse marem: ac foeminam. itaque merito fit: ut multa commutentur. Cum animal qua foemina: aut mas est: immutatur: quasi principium dimoueatur. Testes: et uteri: aut vulvae: nō pari ratiōe in omnibus sanguine praeditis animalibus sunt. iam enim (ut primum de testibus dicam) alia omnino testibus carent in eo genere ut pisces: ut serpentes: meatusque tantum geminos semini genitali prescriptos obtinent: alia habent quidem testes: sed intus lumbis adhaerentes: qua renes continent: meatusque ab eorum utroque foras tendunt: ut in ijs: quae testibus carēt: qui in idem coniungantur: quomodo in illis constitutum est: ita aves omnes habent: et quadrupedes: quae oua pariunt. inter eas: quae aerem accipiunt: pulmonemque obtinent his enim omnibus testes lumbis intus adhaerent: meatusque gemini ab his similiter: atque serpentibus tendunt: ut lacerto: testudini: atque omnibus cortice intectis. Quae autem animal gignunt: omnia testes in adverso habent: sed nonnulla intus ultima conditos alvo: ut delphinus: nec meatus: sed penē pertēdentem habet: ut boves. alia foris gerunt: quorū alia pendentes: ut homines: alia annexos ad sedem sessiles: ut sues: sed de his diligentius distinctum est in libris: quos de historia animalium scripsimus.

Omnia autem ex quibus animalia gignuntur ex adverso testes contineri inquit: sed alia extra ut homines: alia vero ultima conditos alvo: ubi enim vēter desinit: ibi conditos ipsos ut delfines retinent: et hi quidem ut boves pene prditi sunt.

¶ Uteri omnium bipartiti sunt: ut testes gemini: omnibus maribus habentur: sed alijs iuxta genitale: ut mulieribus: et omnibus: quae animal non solum foras: sed etiam intra se generant: et piscibus: qui oua edunt: alijs iuxta septum trāsversum fine cinctum: ut avibus omnibus: et piscibus: qui animal pariunt. crustatis etiam vulvae bifidae sunt: atque etiā mollibus: quae enim oua eorum vocantur pro vulva habent membranas: quibus cō tinentur. Sed hoc maxime indiscretum est in polypis: ut simplex esse videatur: cuius rei causa est for-

ma corporis: quae similis vndique est: insectis etiam quibus aliquid magnitudinis bifidae sunt: minoribus incerte propter corporis exiguitatem. partes: quas explicandas proposui: ita se habent. De differentia instrumentorum genitaliũ quae in maribus sunt: qui quas ob causas sint consyderet: accipiat primum necesse est: cuiusnam rei gratia testium constitutio habeatur. ergo si natura rem quancũqȝ facit: aut quia necessaria est: aut quia melius ita est: hoc etiam membrũ ob eorum alterutrum esse debet: sed non necessarium id esse ad generationem: patet. omnibus enim quae generant: adiunctum esset: si necessitatis ratio haberetur. nunc vero nec serpentibus testes sunt: neque de piscibus. visi sunt enim coire: plenosqȝ seminis genitalis hẽre suos meatus. restat igitur vt melioris cuiuspiam notae gratia testes habeantur. Sed enim maxime animalium partis munus nullum fere aliud est: nisi quod plantarum semẽ: ⁊ fructus.

Vuluae vero quę ⁊ matrices appellantur: alys quidem iuxta genitale vt mulieribus sunt: genitale autem foeminarum pudibunda nuncupat. Quędã vero ipsas sub septum: siue cinctum continent: ac intra se: ⁊ foras: vt homines: boues: equi: ⁊ his similia: animalia generãt. Quę vero oua intus pariunt: foris tantum animalia ędunt: foris autem talia oua animalia fiunt. septum vero transuersum: quod ⁊ praecordia nuncupantur appellat: quę autem natura duce genita sunt: alia necessarij alia vero melioris gratia procreantur. Necessarium quidem dicas quod in omni genere inuenitur: quo deficiente generari quidpiam minime contingit. quod vero melioris gratia: non tale: quia testes non omnium marium generi insunt: generatio vero ⁊ sine his fieri potest: non igitur necessarij: sed melioris causa sunt.

Atqȝ in ratione cibi voraciora: auidioraqȝ sunt: quibus intestinum rectum: sic ea: quae testibus carẽt: meatusqȝ tantum habent: aut nõ carent: sed intus habent omnia propensiora: celerioraqȝ ad venerem sunt. At vero quae castiora esse cõuenit: ijs: vt in cibi vsu intestino opus est non recto: sic meatus illi reuolutionem: anfractusqȝ habẽt: ne libido vehemẽs: crebraqȝ citet.

Causas hinc adducit: quibus quędam testes habentia: alia sine testibus sunt: ⁊ habentium: quibusdam intus vt auibus: nonnullis vero extra fiunt. Nam inquit: qd ea quę recto intestino sunt voraciora fiunt eo quod excrementum ob intestini rectitudinem egressũ magis celerem habeat: quę vero non recti intestini castiora: partioris qȝ cibi habentur: similiter ⁊ quę testibus carent: at meatibus tantum vt pisces prediti sunt: vel quę ipsos habent sed intus vt aues: quę igitur testibus penitus carent omnibus ad coitum ociora fiunt. Quibus intus quidem sunt ipsos nõ habentibus ad tale opus tardiora: castioraqȝ: vehementiora vero: ac ociora ipsos extra habẽtibus. Sed nobis igitur iam dicendum sit: cur hęc naturę curę fuerint hęc castitate prędita esse quorum ⁊ testes extra esse voluit: intus vero testes habentes: ad libidinem vehementiora. quosqȝ penitus neglexit: nec testes largita est: ideo ad venerea impetu ferantur preter omnia intensissimo. Adhęc quidem quam breuibus dicendum: neque hęc neglexit: sed summa potius cura prosecuta est. quia quae in aquis degunt interposita mora: tactu adinuicem (vt ab ipso deinceps referetur) congredi nequeunt: non cum alys (quemadmodum ipse ratione ostendet) testes largita est. qui vero testes habent: tardius his (quibus docebimur causis) genitale semen producit. Sed hoc quidem sic pfari visum. age iam quę dicta sunt: ⁊ causas dehinc quibus potissimum accidit extra testes habentibus castitatem seruare: intus vero: minus: his autem penitus carentes omnibus ad libidinem procliuiores: referamus: ⁊ ita: quę Aristoteles inquit explicanda prosequemur. Sciendum igitur: cum natura animalia: aliaqȝ omnia perpetua esse concupiscat: atqȝ hoc scrutetur: quę omnia numero eadem perpetua seruare nequaquã quiuit: ex vicissitudine ęternitatem largita est. Verum quia ex iugi coitu corpus quibus in pręsenti libro adducet causis cum de genitalis seminis natura quę nam sit memorabit resoluit: nam quia resolutio inde causa-

tur: hanc quideȝ interitus subsequi pleriqȝ consueuit. quę enim animalium pauca producunt: (etenim de horum genitura paucitate in presenti: ⁊ qui deinceps sequuntur libris explicabit) naturę ipsius nutu castiora fiunt: ne frequentius dici interuallo coeuntia tale genus resolueretur: destrueretur qȝ ac procul ocius fieret. quae autem gignunt quidem sed plura numero: quam quae pauca procreant: ac non nihil minora per quas plurima edentium: minus his quae pauca gignunt castiora sunt. Si enim tales fortassis quod assidue coeant interitus sequitur: at quod pleriqȝ duo: seu tria: nonnunquaȝ septem: ac decem edant: horum genus ex vniuerso nō deficiet: ideo haec casta esse minus curae adhibuit: quidnam opus tā multa patientia studiosiori cura prosequi? hinc eius patet: quae numerosi partus minus superantia esse. nam quaedam casta esse: alia minus: nonnulla nihil penitus: hoc quidem causae est.

¶ Testes auteȝ ad hanc rem emolita natura est. motum enim excrementi genitalis stabiliorem faciunt in viuiperis: vt equis: caeterisqȝ eiusmodi: atqȝ etiam hominibus: cum replicationem seruent. Sed quemadmoduȝ se habeant petendum ex animalium historijs est: nullam enim partem meatuuȝ testes complent: sed adiecti pendent eo modo: quo pondera textrices telis adnectunt. his enim detractis meatus intro se retrahunt: quo fit: ne execta possint generare. nam nisi ita retraherentur: possent generare: ⁊ iaȝ taurus quidaȝ: cuȝ statim a castratiōe inijsset: impleuit: quoniā nonduȝ retracti essent meatus.

His autem De causis testes qui extra: ad castitatem magis: qui vero intus minus conferunt.
Nam tum ex illis qui de animaliuȝ historia: tum dissectionibus: meatus venosos esse: in quos genitale semen colligitur: quiqȝ idem emittunt: comperti habemus: ⁊ horū meatuum gratia testes: vti in ipsis ceu in cubili conquiescerent molita natura est. tales.n. meatus testibus ipsis quodammodo inuoluti accumbunt. vt ex a b c d e linea ostenditur. Quibus quidem extra testes sunt: ⁊ venarum anfractus extra esse necesse est a meatus enim testes adhuc non pertingentes recti sunt: in ipsis autem inuoluuntur. cuȝ meatus extra sunt: aere frigescente: ⁊ ipsos frigescere: constringiqȝ necessario accidit. His vero rigorem contractionemqȝ sentientibus: calore qui ipsos extenderet: ac ad genitalis seminis receptaculum: emissionēqȝ paratos reddat opus est. calor autē aliqua interposita mora fit: qui ex maris foeminaeque genitalium coitus tempore ad inuicem detritione causatur. Hinc tria quaedaȝ esse quae citum genitalis seminis egressum impediant. primum: quod per interualla genitale semen congregatur: in plerisqȝ enim (vt plane patebit cum de genitalis seminis natura quae nam sit dissereret:) non prius: sed coitus tempore constituitur: secerniturque. Calor enim est: qui coitus tempore simul genitale semen in substantiam redigit: creatque: necnon meatus reddit latiores: illud que ad ipsos colligit. Uerum: nisi in plerisqȝ hominum: animaliumqȝ genitale semē actu est: sed coitus tempore fit: quid illud: quo ad hanc voluptatem irritantur: mouenturqȝ? si quidem ⁊ priusquam coeant moueri solent: Nam mouētur quidem: at naturae quadam vi quae genitalis anima nuncupatur: non genitali semine moueri eos existimandum. igitur (vt p̄fati sumus) q̄ conserant genitale semen per interualla congregari tria habentur: quorum primum quod diximus est. Secundum vero anfractus: (⁊ ipsi enim cum natura flexuosi sint egressum impediunt). tertium frigus: qui densiores: contractioresqȝ meatus reddit. At vero auibus: cunctisqȝ intus testes habentibus: qui in meatibus anfractus sunt quin ocius semē emittant impedimento fiunt: sed cum intus testes habeant: qui ⁊ ob id calidi: ac caliditatis causa semper reseratos meatus habēt: collectio: secretioqȝ genitalis seminis ocior extra testes: ⁊ in ipsis meatus habentiū fit. Hac de causa: aues: ⁊ his similia ad coituȝ vehementiora fiunt. qui vero testibus carent: ad venerea omnium propensiores: nā genitalis seminis collectio: emissioqȝ celerior fit: collectionis enim celeritas: ex caliditate causatur. egreditur vero in ipsis semen quod patentes meatus ob caliditatem habeant: tum quod recti sint: ac reuolutione penitus expertes. anfractus vero qui in testibus sunt nullis non perspecti habentur: quaedam igitur sunt quae extra testes: alia intus: alia ipsos minime continent. ⁊ vnaȝ quidē causaȝ: quę haec videlicet melioris: ⁊ cuius gratia est: tū causam ⁊ a materia quo modo testes situm obtineant adducet: nec tantuȝ quā p̄diximus causam: quae videlicet melioris: ⁊ cuius grā est: s3 alias quāplu-

res explicabit: ⁊ de his sic praefari visum. Sed id ⁊ q in litera sumbagamus. At vero que ex animalibus inquit castiora esse conuenit: horum meatus reuolutionem anfractusqꝫ habent. morũ enim egressumqꝫ excrementi genitalis reuolutio: anfractusqꝫ stabiliorẽ: tardioremqꝫ efficiunt: hos vero anfractus testes tuentur. Sed quemadmodum hi se habeant petendum ex animalium historiis est. patet autem has reuolutiones testes tuendi gratia fieri: q meatuum partes haudquaqꝫ sunt: sed sic adiecti tantum permanent: vt testrices sinistras manus telis adnectunt: neque enim ipse telarum partes: sed adiecte tantum sunt. Quod autem testes meatibus quietis sedes: ⁊ ad anfractus fiant hinc quidem patet. testibus enim abstractis: desfectisqꝫ: meatus euelluntur: ac ad pectus intus resiliunt: cum testibus vbi quiescerent inuoluerentqꝫ penitus careãt: his vero auulsis: exectos: procreandi vi carere accidit. Meatus autem ad interiora retracti: qui desfecti sunt opilantur: talis quidem meatuum pars coagmentatur: vnde genitali seminis egressus minime patet. etenim si extra meatus essent: extremaqꝫ ipsorum patentia: nec coagmentata essent: execta gignẽdi facultate fungerentur. ⁊ iam taurus quidam exemplo fuit: cum iam desfectus protinus iniisset: priusquam meatus ad interiora retraherent: obstruerenturqꝫ: impleuit: hoc est pregnãtem foeminam reddidit: hinc patet: testes neqꝫ partes meatuum esse: ⁊ ad gignendum minime conducere. etenim extra testes habentium: tardius genitalis seminis egressus fit: hoc quidem anfractibus: ac refrigeratione: tum quae ex hac meatuum densitas subsequi solet causantibus: semen igitur genitale testes: videlicet qui in ipsis meatus sunt recipiunt.

Auium vero ⁊ quadrupedum ouiperorum testes excrementum recipiunt genitale: itaqꝫ tardius iis quam piscibus semen prodit. patet hoc in auium genere: cum tempore coitus testes multo habeant grandiores: quae certo tempore coeant. At vbi id tempus praeterierit: adeo exiguos habent: vt incertum fere an habeant: fit. cum tamen eo tempore quo coeunt gerant pregrandes. celerius itaqꝫ ea coeunt: quae testes intra se continent. que enim extra habent: non prius semen emittunt: quam retrahant testes.

In auium Etiam genere ⁊ quadrupedum ouiperorum: testes excrementum recipiunt genitale: itaqꝫ tardius his quam piscibus reuolutionũ causa semen progreditur: quam hominibus: equisqꝫ ocius. Ocius vero caliditatis gratia que meatus laxiores reddit. Quod vero ⁊ auium testes excrementum recipiunt genitale: ex gallinaceis quidem: ⁊ columbis: aliisqꝫ q omni tempore vere videlicet: estate: autũno: ac hyeme: tum in die sepius coeãt: plane neutiquam patet. in auium vero genere: vt accipitres: pascere: ⁊ alii sunt: qui certa veris scilicet tempestate coeunt: quod testes genitale semen recipiunt perspicuũ redditur. nam coitus tempore testes vtpote qui genitali semine repleti sint satis habent grãdiores. At vbi coeundi tempus preterierit: euacuato semine: incertum fere an ipsos habeant fit. testes vero intus habentes caliditatis causa ocius coeunt. Sed neqꝫ extra habentes prius semen emittunt quam testes retrahant. paruo enim temporis interuallo: ab ea que coitus tempore caliditate fit calefacti leuiores efficiunt: ac sursum prosiliunt. tunc iam ⁊ meatibus ipsis maxime patentibus semen emittitur.

Instrumentũ etiã accõmodatũ ad coitum quadrupedes obtinent. habere enim id possunt. Aues: ⁊ quae pedibus vacant: habere nequeunt: quoniam alteris crura sub media aluo posita sunt: alteris nulla sunt crura: natura autem penis hinc pendet: ⁊ situm hunc tenet: ⁊ quidem ob eam rem euenit: vt in coeundo crura contendantur. nanꝫ ⁊ instrumentum hoc neruo constat ⁊ crurum natura neruosa est. itaqꝫ cum habere id nequeant: testes quoqꝫ aut non habere aut non eo loco habere necesse est. Idem enim situs penis: ⁊ testium est in iis: quae habent vtrunqꝫ.

Dehinc Sequit: ⁊ qua de causa quae quadrupedum generis: ad coitum instrumentum (quod quidem penis est) obtinent: aues vero: ⁊ que pedibus expertia habere nequeunt. ipsa autem minime habere inqt: quod auibus crura sub media aluo: piscibus vero nulla penitus crura sunt: natura autẽ penis hinc: a cruribus videlicet prominet: necnon hunc cõtinet situm: itaqꝫ quo

niam penes a cruribus dependent: hos aues sub media aluo obtinēt: siquidē pene pdicte essent sub media illum hērent aluo: si sic quidē ipsis esset coire haud quaquam possent: qua enim ratione? quia cum ille pmeatus: vnde sicci alimenti excrementum emittitur coeuntes nec facile coeunt: sed plerunq; e seminis frustrato decidūt coitu: si iam per tales meatus coeuntes plurimum in coitu laborant: ipsis sub media aluo penē habentibus: coeūdi facultas penitus abesset. Quod vero penem a cruribus pendere necesse est hinc patet inquit: quod crura in coeundo contendātur. Que tendunt quidē: sed maxime coitu desinente (vt neruum quod in arcu est) cum ante coitum remissiora fuerint. Cum autem crura in coitu contendi dixisset: horum causas ex his adduxit cum diceret: instrumentum hoc neruo constat: & crura natura neruis obsita: que cum eiusdem nature sint: ad inuicem compati opus est. Instrumentum enim coitus tempore contēditur: tunc & crura necessario inuicem contenduntur. Itaq; cum aues pisciumq; genus penem habere non attineat aues quidem: quod sub media aluo crura contineant: illos vero quod cruribus penitus expertes sint: hinc autem testibus eos carere: aut non in cruribus continere necesse est. enimuero tū penis: tum testes eundem obtinere locum visuntur. Nam qui penis: idem & testium locus.

¶ Quinetiam ea: quorum testes sunt extra: cum penis p motū calescit: semen genitale proinde collectum emittunt: non parato iam semine contrectant: vt pisces. Omnibus que animal generant testes ante habentur: vel intus: vel extra: preter quam herinaceo. hic enim vnus lumbis adhaerentes continet ob eandem: qua aues causam. coitum enim herinaceorum celeriter fieri necesse est: cum non more quadrupedu; superueniant tergis sed erecti coniungantur propter aculeos. causa quamobre; testes habent: quae membrum hoc obtinent: & cur alia intus: alia extra: declaratum iam est.

Sed iam Et alia causa: cur quędam extra: alia intus: nonnulla vero testes minime contineant. Hoc enim est qd̄ inqt ea quorum testes sunt extra: cū penis per motū calescit: semen genitale proinde collectum emittunt: quod nos pluries asseruimus explicat. Nam testes (vt dictū) extra habentibus: ipsisq;: ac meatibus frigefactis: pene per motum calescente: & genitali semine per interualla collecto: eius collectio interposita mora fit. Hoc autē egresso vt collectio denuo fiat: plurimi temporis interuallo opus est: quod ex plurimo vtili alimento paulatim admodum colligit: vt in hoc libro: cu; de seminis natura quaenam sit: ac vnde fiat differet. pisces vero: ob meatus calidos: ac caliditatis gratia seu concoctionis impotentia confertum: paratumq; genitale semen continent. nam tum imbecillitatis cum roboris causa genitale semen prouenire solet: vt cum de natura eius inquit memorabit. Siquidem qui genitali semine caliditatis gratia: siue impotentia causante conferto: paratoq; pditi: illud tacta quam primum foemina emittunt. Ipse vero & pariter causam asseruit: qui confertum: paratumq; necdum tacta foemina illud contineant. Quod vero quae in aquis inquit degunt temporis interuallo coire natura haudquaquam datum: neq; in foeminarum terga more quadrupedum insilire: genitale semen confertum: ac veluti repositum continent: quod quidem in tactu (vt erinaceis accidit) emittunt. neq; enim hi tergis cum natura acculeati sint superueniunt. itaq; his quas adduximus causis in piscibus genitalis seminis emissionem celeriter fieri necesse est: testes vero ad haec impedimento essent: quibus merito ipsis carere accidit.


¶ Quae autem carent eo membro: nō quia melius fit carere: ideo carent: sed tantum quia necessarium (vt dictum est) quoniam celeriter peragatur eorum coitus necesse est: qualis natura piscium: & serpētum est. pisces enim incurrentes attingunt: absoluunturq; ocyssime. nam vt in hominum: & eiusmodi omniu; genere semen genitale spiritu retento emitti necesse est: sic in piscibus mari non in branchijs accepto emittitur. facile autem pereunt: nisi id assidue faciant.

Quae autem testibus carent: ostendit: quae ipsos

habent non qꝛ necessarium: sed qꝛ melius sit: ⁊ quaedam cur hos intus: alia extra: nonnulla vero minime habeant tunc dictum. Quae vero inquit testibus carent: melioris gratia (vt demonstratum) his penitus carēt: si ipsis p̄diti essent eos qꝛ melius sit haberēt. Sed qꝛ non melius horum penitus expteos: ⁊ testes quidem minime: sed necessariū tantum habent: necessarium venosos meatus vnde genitalis seminis egressus fit nūcupat: hos enim omnes mares habere necesse est: Absqꝫ ipsis enim generationem fieri impossibile habetur. Ordo vero literae talis esset. Quae autem testibus carent non qꝛ melius hac parte hoc est testibus carent: sed quod necessarium meatus videlicet continent: talia igitur animalia testes non habent: cum in his illud quia melius locum non habeat: tum etiam cum genitalis seminis secretionem celeriter fieri necesse est: vt tum in piscium genere tum serpentum cernere est: in piscibus celerem excretionem fieri necessarium habetur: quia vt homines: ac reliqua in coitus sine spiritum continentes: ⁊ sic non emisso ipso semen emittunt: vt in his enim ita ⁊ in piscibus fieri opus est: ac brāchiorū opercula ne maris aquam recipiant occludere. Solent enim pisces (vt in his vbi de respiratione explicat it) maris aquam recipiētes vt nos aerem respiratione uti: quemadmodum enim in nobis receptus aer pulmonem sic ⁊ eorum brāchia quibus pulmonis vice funguntur maris ingrediens aqua refrigerat. Quoniam (vt dictum) vt nos genitale semen emittentes in nobis spiritum cōtinemus: nec eius respiratione vtimur: ita ⁊ pisces maris aquam expedit. Si enim testibus essent praediti interposita mora genitalis seminis emissio (vt in nobis) sequeretur: vnde eorum genus quod ad interitum facile: suffocaretur. Non enim longiore temporis interuallo aquam in se continere vt nos aera queunt: sed ceu in oculi ictu: diutius vero contento suffocant: itaqꝫ: qd̄ natura testes piscibus haudquaq̄ꝫ tradiderit hoc cāe est.

Itaqꝫ non iis semen tantisper concoquendum est: cum coeunt: vt pedestribus: ⁊ viperis: sed tempestatis tempore iam concoctum continent vniuersum: ita ne dum contingunt: conficiant: sed concoctum: paratumqꝫ emitant: quam obrem testibus carent: meatusqꝫ simplices: rectosqꝫ habent: qualis particula quaedam circa testes quadrupedum est. replicationis enim meatus pars altera sanguinea est: qua recipitur materia seminis: altera exanguis: qua factum iam semen transit. itaqꝫ cum genitura eo deuenit: celeriter ea quoqꝫ absoluuntur. At piscibus talis totus meatus est: qualis in homine: caeterisqꝫ eiusmodi animalibus pars replicationis altera est.

Non enim pisces quod ad interitū faciles coitus tempore semen concoquere vt pedestria: sed a tempestate quam ver appellat opus est: tunc enim ipsi coeunt: nam eo tempore concoctum propter eius temperiem illud paratumqꝫ continent: ⁊ in tactu quamprimum emittunt. itaqꝫ non coitus tempore in eis genitale semen fit Sed ante paratum habent. Nam compluribus hominum: ⁊ omnibus extra testes habētibus coitus tempore constituitur: vt cū de eius natura quae nam sit: ac generatione inquiens narrabit: ostendetqꝫ. Sed quo nam pacto prius pisces vehementes ad coeundū diximus: nunc vero tantum tempore coire afferimus: Vehementes quidem dicuntur: quia cum vere coeant innumeris adinuicem per diem vicibus tanguntur. ⁊ pisces testes quidem minime: at meatus necessarios obtinent. ⁊ hos simplices: rectosqꝫ: ac replicatione expertes: in testibus enim hi replicati esse suapte natura idonei sunt. Simplices autem (inquit) rectosqꝫ meatus habēt: qualis pars quae quadrupedum: ⁊ hominū generi breuis circa testes inest. Etenī in quadrupedū: ⁊ horum genere: primum quidem meatus ad testes vsqꝫ recti: in ipsis vero replicantur: dehinc rursus quod a testibus in penem emittitur quod breuissimum est rectum fit. Qualis quidem breuis admodum meatuū pars quae a testibus in penē emittitur quae recta quidē: ⁊ simplex: in piscibus talis totus meatus est. Vtqꝫ planius haec pateant. sit testis



g h. Meatus vero a b c d e f. nam meatus qui a b ante testes iacet: rectus: simplexq; est. Qui vero a c e d d e: est qui in teste replicatus: tortuosusq; consistit. qui aut e f est breuis pars totius videlicet a b c d e f fit. tum e f breuis portio quae penē ingreditur recta: & simplex est. Meatus igitur situs talis habetur. illius vero replicatio quae b c c d sanguinea: hoc est sanguine repleta est. At d e exanguis: nam in ipso nihil omnino sanguinis est. Sanguis igitur qui in b c c d cū in replicatione consistat: coitus tempore collectum ibi: & concoctum est. genital e. n. semen (vt deinceps referet) nouissimum & vtilis alimenti quod sanguinem appellat excrementum est. Sanguinem quidem qui in b c d anfractu: eodem: vnoq; coitus tempore & confertum: concoctumq; ac in genitale semen: nec non genituram commutatum: meatus d e qui expers sanguine recipit. & quemadmodum sanguis q in b c d meatu cōfertus per interualla colligitur: concoquiturq;. Ita & eius qui in d e qd id in genitale semen abyt cū mora collectio fit. Cum d e meatus repletur: causa breuitatis meatus qui e f est: resolutio: egressusq; geniturae quā ocyssime fertur: itaq;: vbi inquit: replicationis enim meatus: haec videlicet enim coniunctio qua de causa breuis e f meatus sit ostendit: vt cita videlicet genitalis seminis emissio fiat: aliam autem replicationis portionem & rectam d e cohaerentē simul e f intelligendum. At pisces quidem his de causis testibus expertes.

❧ Serpentes complexu mutuo coeunt: carent testibus: & pene: (vt dictum iam est) pene: quia cruribus carent: testibus: propter sui corporis longitudinem: meatus modo piscium habent: quod enim eorum natura porrecta in longum est: si praeterea i testes protraherentur: refrigeraretur genitura propter moram longioris itineris: quod iis quoq; accidit: quibus penis immodicus est: sunt enim infoecundiores iis: quibus mediocris: propterea quod semen frigidum: infoecundum est: refrigeratur autem quod longe admodum fertur: sed quam ob causam animalium alia habent testes: alia non habent: declaratum iam est. Coeunt serpentes complexu mutuo propter sceptam sui corporis formam ad aplicandum cum enim exigua quadam sui parte coniungatur: nequeunt prae nimia prolixitate adaptari: cumq; membris quibus amplectantur: careant: pro iis agilitate corporis vtuntur: complerumque mutuo sese obuoluentes expediunt venerem. vnde fit: vt lentius absolui: quam pisces videantur: non solum meatuum prolixitate: sed etiam ea ipsa: qua vtuntur solertia.

Serpentes vero quibus adducit causis testibus carent. At prius quaedam vt quae dicturus est planius pateant definiendum: omne enim quod prius calefactum fuerat vt opere sublimius speculationum explicatum est in frigidū locum incidens ocius frigescit: ac frigidius eo quod neutiquam calorem senserat efficit. & in his nuper dixerat: quod meatus qui cōcoctum genitale semen recipit exanguis est. si sanguine vacans est: & frigidus quidem: itaq; si frigidus est: etiam propter serpentum naturam (nam frigidissimi habent) in ipsum genitale semen quod calidum est necessario incidens ocius frigescit. Si autem meatus sanguine carens in nimiam porrigitur longitudinem vt magis frigescat hoc causae habetur: quod maiore temporis interuallo pari tractu motus moram lōgioris itineris peragit. Quoniam igitur quod prius calefactum fuerat ac in frigidū locum incidit. frigescere: tum quod eodem tractu longiorem moram peragit magis frigescere necesse est: itaque quod pari tractu mouetur longius iter peragens diutius moratur. hoc igitur nobis est argumento vt genitale semen quod iter per longos meatus efficit magis eo quod breuiori meatu ferat frigescat. Sed & hoc siquis recte obyceret & ipsum genitale semen quia in egressu mouetur illud ex motu calescere necessarium esse. Quod & fit quidem: sed frigiditate quę in meatu est exuperante: qui ex motu in genitali semine insitus calor est: abigitur: superaturq;. his etenim ostēdere visum est: qd illud qd motu caret: quiescitq; eo quod mouetur frigidius: vsq;quaq; censendum. Cum hęc ita disseruerimus: quę ipse inquit explicanda pergamus. serpentes inquit ob nimiam longitudinem testibus carent. Cum serpens pręlongus sit: tum hac de causa: & qui in ipso meatus tales sunt: siquidem serpētes testibus pręditi essent: procul-

alia enim non modo foras. verum etiam intra se animal generant: ut homines: ut equi: ut canes: denique omnia. qua pilis teguntur: ⁊ inter aquatilia delphini. balaenae: ⁊ reliqua cetarij generis. Chartilaginea vero: ⁊ viperae: cum intra se primum ova generant. mox animal foras pariunt. perfectum generant ovum ita enim ex ovo animal gignitur: ex imperfecto nullum. non extra haec pariunt ova. quia natura frigida sunt. non quia calida. ut quidam volunt. Cute molli intecta generant ova quod enim caloris exigui sunt: ultimum siccare natura eorum non potest. Quia igitur frigida sunt: molle generant: quia molle non extra: periret enim propter suam mollitiem.

Cum Cartilaginea extra vivipera: intra se vero ovipera esse asseruisset: illud: videlicet primum: satis acurate addidit. Non enim ita que ⁊ Cartilaginei generis ut galine intra se quidem ovipere extra vero vivipere sunt: sed intra se primum quidem ovipera: dehinc intra se tale ovum adhuc continentes sic animal factum: animal non autem ovum edunt. ideo illud: videlicet primum additum est: potentia ingens: quia non ut boies protinus intra se vivipera sic ⁊ Cartilaginea: sed intra se primum ovipera: viviperaque: dehinc foras vivipera fiunt. ⁊ qua de causa Cartilaginea non extra ovipera sint: adduxit cum dixisset: quoniam quod ovorum extremum est duro constet putamine oportet: quale galinarum fit: quod qui ab ipso ovum tegatur greca explicatione putamen appellatur. Cum Cartilaginea minimo calore predita: ⁊ frigida sint: hac de causa extra ovipera non sunt: quod siccessere: ⁊ ceu putamen efficere nequeunt. dehinc causam adducit qua in cartilagineis ova molem habeant cutem: ⁊ hanc cartilagineorum frigiditati adscribit. Que enim molli cute predita insitus ipsis calor raritate causante ocius efflat: egrediturque: atqui duriorem nacti cutem: densitatis causa tardius. etenim omnia quae dura densiora sunt. itaque: sic iam sillogismo: seu ratiocinatione utendum. Nam cartilaginea cute mollia: que cute mollia parum calida: quibus parum caloris ovi extremum siccescere ut servari possit nequeunt. Cum vero hoc siccari nullo pacto queat: ova in cartilaginibus continentur: ut ab ipsis illud quod in extremo siccescente servari debuerat servaretur. Sed qua ratione: si: que extra decidunt ova ipsis ne perirent tegumento opus est: ⁊ ideo galinarum ova putamine convestiuntur: parvi quos memoravimus pisces ipsa imperfecta proyciunt? verum illi imperfecta ipsa proyciunt: sed dura ob piscium ipsos edentium calorem: ⁊ calida quidem. Quod vero hec dura sint sensu patet: quod in detriti sinapi seminis effigiem preseferre visuntur? hec quidem ita se habent.

Cum autem ex ovo animal gignitur. eodem: quo in avibus modo parte plurima generatur: descendunt ova in imum: efficiunturque animalia infra ad genitale quomodo: in ijs fit. que iam inde a primo ortu animal generant: quamobrem vulva quoque eorum dissimilis tum viviperis: tum oviperis est: quoniam utriusque consortium generis habent. nam ⁊ supra ad septum: ⁊ infra porrectam genus omne chartilagineum habet: sed tam de ea quam de caeteris vulvae: aut uteri generibus: quemadmodum se habeant: per hystorias: dissectionesque animalium indagandum: percipiendumque est. itaque hoc genus: ⁊ supra continet vulvam: quia oviperum perfectorum ovorum est: ⁊ infra: quia viviperum est: atque particeps utriusque evadit. At vero ea: quae protinus animal generant omnia infra habent: nullo enim naturae opere impediuntur: nec partum geminant.

In Cartilagineis vero inquit animal gigni eodem modo quo in avibus: ut. n. in avium ovis totum album efficitur animal: vitellus vero animalis alimenti gratia servatur: ita ⁊ in eorum que cartilaginea sunt ovis: altera ovi portio cartilagineum fit: altera vero alimenti usum explet. Non enim cartilagineorum ova superius animal fiunt: sed superius perficiuntur: infra vero animalia fiunt. ut in his fit que iam a primo ortu animal generant. Quamobrem vulva quoque que in cartilagineis est tum oviperorum: tum vi-

uiper orum dissimilis fit. Nam ouipera superius sub septo ipsa: viuipera vero infra ad genitalia cõtinent. At cartilagineis ipsa vt ouiperis ad septum: ⁊ infra vt viuiperis existit. Quę vero vtrunqꝫ generantia inquit: ouipera: ac viuipera comprehendit: nam ouiperorum viuiperorũqꝫ vtriusqꝫ generis in generando consortia continent.

¶ At haec fieri non potest: vt animalia iuxta septum gignantur: foetum enim pondus: ⁊ motum habere necesse est. is autem locus cuꝫ vitalis sit: haec pati non potest.

Cum iam causam adduxisset cur ouipera sub septo vuluas: viuipera vero infra sub genitalibus continent. Sequitur: fieri non potest vt animal iuxta septum gignatur. Nam foetus cum corpus sint: pondus: ⁊ motus habere necesse est: eo quod dũ in vuluis sunt mouent. Qui vero sub septo locus in quo pręcordia: cum tempestiuus ad vitam necessarius vꝫ sit: foetus quidem pondus: ⁊ motum pati haudquaquam posset: irrupta enim suspiria: ac suffocationes ex ipso causarẽtur: si illic vnde spiritus fit reciprocatio hęreret: neutiquam proprio opere exacto: perfectoqꝫ fungeretur. itaqꝫ viuiperorũ vulua sub septo esse haudquaquam necesse est: ne foetus partus tempore suffocentur.

¶ Difficultatem etiam pariendi ita accidere necesse ẽ propter delationem longiorem. nam ⁊ nunc mulieres si in partu vel oscitando: vel aliqua eiusmodi causa retrahunt: difficilius pariunt. inanes etiam vteri: aut vuluae sursum adiunctae strangulant: necnon validiores esse eas: que animal contineant necesse est. quoãbrem omnes eae carnosae sunt. Quae autem ad septum iunguntur: membrana constant: tum etiã in ijs ipsis aĩalibus: quae geminant partũ planum hoc idẽ fit: oua enim supra: atqꝫ ad latus cõtinent. aĩalia vero parte infera vuluae gerunt: sed quam ob causam situ contrario vuluas nõnulla animalia habent: ⁊ omnino quamobrem: alijs infra alijs supra ad septum continetur: dictum iam est. Cur autem vteros aut vuluas omnia intus habeant: testes alia extra: alia intus: causa est. quod cum vtero contineatur quod gignitur: idqꝫ custodiaꝫ operimentum: ⁊ concoctionem desideret: hinc vteri: aut vuluae omnium intus sunt. locus enim exterior corporis: ⁊ frigidus est: ⁊ offensioni expositus. Testes alijs intus: alijs extra: propterea quod ijs quoqꝫ operimento: ⁊ velamine opus est: tum vt seruentur. tũ vt semen genitale perficere possint. haud enĩ fieri potest: vt frigentes. ⁊ gelidi possint retrahi. atqꝫ emittere genituram. quamobrem quibus testes in propatulo sunt: habent operimentum cuteum: quod scortum vocatur.

Item si vuluę supra existant: difficultatem pariẽdi fieri necesse est: propter distantiam unde ad membra genitalia longiorem: cum ⁊ nunc vuluis ad genitalia existentibus mulieres si in partu oscitauerint: eas ad septum retrahentes (nam oscitationes ipsas ad superiora adducunt) difficilius partu soluuntur. ⁊ quia oscitatiões has ad septa retrahere suapte naturam idonee sunt: partus tempore obstetrices puerperas oscitare non sinunt. Sternutamenta vero potius moliuntur: quod hęc vuluas ad ima demittunt. Nec modo quę foetus in se continent vuluę: ⁊ quę supra ad pręcordia attrahuntur suspiriorum irruptorum causa fiunt quod hęreãt (vt pręfertur) vnde spiritus reciprocatio: ⁊ quod pręcordia pondere: ⁊ quę ex ipsis causatur humiditate lęduntur: verũ idem ⁊ in hominibus accidit quibꝰ cũ immodico vino madere ꝯtingit vnde plurima euaporatione pręcordia humectantur: dẽnis innumeris: ac insanię redduntur obnoxij. Nã ebrietas (quam dementiam appellare ęquũ est) visceribus ab euaporatione ex immodico vini haustuꝫ madefactis subsequitur. sed de his: vbi de animalium partibus dictum iam est. etenim vt asseruimus: nõ modo cum vuluę foetus continent: irrupta suspiria suffocationesqꝫ sequuntur: verũ inanes sursum adductę eadem peragunt. Quoniam vero quęreret quispiam: si vuluę sursum adductę

suffocationum causa sunt: eas carnosas esse necesse est: nam nisi carnosę essent patet qđ nec humiditate prędita s fieri certuʒ est: has enim carnosas: ac visceribus ⁊ vnde spiritus egreditur partibus robustiores esse decet. Quę autem quis ceu quęstionem in mediū adduceret: hęc ab ipso pro veris fatentur. Vuluę enim sursum inquit adductę strangulant. Et iā validiores eas quę animal continent: quam viscera: ⁊ in quibus spiritus partibus fit: ⁊ carnosas esse necesse est. Sʒ qua ratione auium vuluę sursum sub septo consistentes ipsas haudquaquaʒ suffocant: at illę quideʒ membrana constant: quę nec validā: neqʒ humida: nec vt quę carne prędita ponderosa est. Sed ⁊ in ipsis (inquit) quę geminant partū: quę ouipera vʒ: ac viuipera sunt cum sursum vuluę exi︎stant suffocationes fieri manifestum esset: nisi oua sursum ad latus quod neqʒ moueātur: ⁊ pondere careāt: animalia vero infra continerent.

℄ Sed quibus natura cutis prae sua duritia obstat: ne mollis cutea: ⁊ ad complectēdum habilis fit: vt ijs: que aut piscea cute: aut cortice teguntur: ijs intus habeantur necesse est. quapropter delphini: ⁊ quecunqʒ cetarij generis habēt testes: intus continent: atqʒ etiam ouiperae quadrupedes corticari generis: cutis etiam auium dura est: vt magnitudini debitae inhabilis fit: ad comprehendendaʒ: causaʒ his omnibus designari necesse est: vna cuʒ ijs: quas antea diximus: ex ijs: quae per initium: ⁊ rem veneream accidunt. haec eadem causa est: ⁊ vt Elephantus: ac Herinaceus testes habeant intus. cutis enim ijs quoqʒ inepta ad habendaʒ particulaʒ: quae operiat.

Causas autem: quibus vuluę cunctę intus: testes vero quidaʒ intus: nonnulli vero extra sunt plane recēset. ⁊ iam pluribus causis de testibus satis disseruit: sed ad eas hęc (inquit) sint. Nam in genitura emissione superius testes retrahi inquit: vt meatus qui in ipsis inuoluti sunt dum retrahunt: peni ex directo starent. Qui si supra constiterit: teste s vero ⁊ qui in ipsis meatus ad ima tendāt: genitura ab ipsis trā situs ad penem haudquaquam peruius redderetur. itaqʒ: ⁊ caloris causa (vt ad pręsentis libri initia memorauimus) ⁊ quam nunc adduximus superius prosiliunt. Aues vero testes intus continent: tum ob cutis duritiē: cum etiam quod magnitudini debite ad ipsos complectendos velandosqʒ illa idonea neutiquam fit. Quod autem retulimus similitudine ostenditur: vt si quis diceret citra omnem mensurę rationem vnum modium duorum eiusdem magnitudinis capacē esse. ⁊ ad eas quas memorauimus (inquit) ⁊ hęc causa sit: testes alia extra: alia vero intus cō tinere. Hęc enim causa s materia ⁊ omnino vt materialis esset.

℄ Situs etiam vterorum contrarius in ijs: quae animal intra se generant ad ea: quae oua edūt: atqʒ etiam eius ouiperi generis in ijs: que vterum infra habēt ad ea: quae supra ad septum: verbi gratia: piscibus ad aues: quadrupedesqʒ ouiperas: atqʒ etiam ys: quae modo vtroqʒ generat: vt oua intra se pariant: animal edant in lucem: quae enim intra se: ⁊ foris animal generant: vterum habent in aluo: vt homo: bos: canis: ⁊ reliqua generis eiusdem. nam ad foetus: tum salutes: tum incrementū expedit nihil ponderis insidere vteris. Meatus etiaʒ diuersus ijs omnibus est: quo excrementum siccum: ⁊ quo humidum erit: quaobrē omnia id genus tam foeminae: quam mares genitale habent: quo excrementum humiduʒ secernatur: quoqʒ maribus genitura foeminis partus emittat. parte priore: superioreqʒ meatus ijs continetur.

Quoniam vterorum situs partim superius ⁊ infra: partim vero ex aduerso: ⁊ retro est: cum causas adduxisset cur animalium quędam: hęc quidem ouipera habentur superius sub septo vuluas continent: quędaʒ vero ad genitalia hęc viuiperorū generis dicas: alia inter hęc tum superius: tum infra vuluas continere: hęc quidē quę partum geminant sunt. Nūc quęrit: causasqʒ adducit: cur quędam ex ad

uerso ipsas ꝛ ad genitalia:alia retro ad lum
bos habent. Duplici enim ratione ostendit
viuipera in ventre ꝛ ad ima quod idem ex
aduerso est uuluas cótinere:quarum hęc al-
tera : quoniam ima quę ex aduerso vꝫ sunt
carnosa:ac mollia sint:alia vero supina ꝛ re-
tro:ossea:duraqꝫ.foetus enim breui tépozis
interuallo augetur:ac perficitur. Siquidem
vteri:seu vuluę viuiperoꝛuꝫ retro tergo:spi-
nęqꝫ hererent: asperitas enim foetus incre-
mentum:salutemqꝫ:requiẽꝫ vꝫ interciperet.
Quod autem in augumento suscipiendo cõ
sistit:siquidem molem locum nactum fuerit
ꝛ qui obsecundet:siue qui porrigi:distendiqꝫ
ꝛ capiendi spaciuꝫ tribuere possit:augetur:
incrementumqꝫ suscipit. Si vero in duro:ꝛ
quod in seipso nullatenus obsecundet : ne-
quaquaꝫ augetur . Hac de causa:tum alalia
ꝛ planere tum cuncta quę capiunt incremẽ
tum augentur : eo quod aer in quo consisti-
mus in seipso obsecundet:ac nobis incremẽ
ti locum suppeditat. si autem io natura fer-
reus:seu extrema duricie prędiuus esset:ni-
hil vtiqꝫ in rebus omnino incrementũ senti-
ret. Quoniam igitur foetus in vtero incre-
mentuꝫ capere:ac perfectos effici necessariũ
habetur : si vuluę situs pone vbi ossibus lo-
cus obsitus:durusqꝫ est consisteret:cum ma-
gis prę loci duricie pódere:doloreqꝫ premi:
ac constringi foetus ipsos necessarium esset:
iusta incrementi facultate penitus frustrarẽ-
tur. Hoc autem illud explicat vbi inquit:cũ
vuluę nullo grauentur pondere : non retro:
sed in aluo:ꝛ ex aduerso eas (is enim locus
vt dictum mollis:ꝛ carnosus est)ratione op
tima esse credendum. Hęc quidem causa in
viuiperis vuluas ex aduerso positas eé vna
est. Altera ver o:qꝺ meatus etiã quo humidi
alimenti excrementum secernitur ex aduer-
so consistit. Quoniam igitur meatus hic ex
aduerso consistit vnde foetus emittiꝛ : ꝛ hac
quidem de causa ad eas quas diximus vul-
uis ex aduerso locus est : is autem meatus
quo tum foetus:tum humidum excrementũ
emittitur : ex aduerso(vt dictum)superiore
parte meatus vndę sicci excrementi secretio
fit;consistit . Ubi inquit : meatus vnde sicci
excrementi secretio parte priore;superioreqꝫ
continetur:ordo talis. Meatus autem hu-
midi alimenti:parte priore:superioreqꝫ mea
tus sicci alimen ti iacet. Quod vero parte su
periore sit patet:a pube eni eius locus: ꝛ ab
hoc ille qui sicci alimenti est.itaqꝫ: vt pubes
ab hoc superiore parte:ita ꝛ is optima ratio
ne superiore parte sicci alimenti meatus con
sistit. Si enim qui humidi alimenti est infra
esset:ꝛ qui sicci superius:tum intestinum qꝺ
cecum nuncupatur in quo putris stercus:su

periore parte foret:foetuuꝫ suffocatio seque-
retur. non modo autem in hominum genere
verum etiã in quadrupedis meatus hic su-
periore parte meatus sicci alimenti naturę
ordine situm tenet. Nam viuipera his ratio
nibus vuluas ex aduerso continent.

¶ Quae autem pariunt quidem
oua:sed imperfecta: vt pisces oui-
peri:ijs non sub aluo:sed lumbis ad
haerẽs vulua continetur:nec enim
incrementuꝫ oui impedimento est.
quoniaꝫ incohoatum prodiens ouuꝫ
foris perficitur: ꝛ meatus idem ex-
crementarius alimenti sicci:ꝛ intus
est omnibus .quae genitali carent .
ouiperis etiam ijs: que habent ve-
sicam:vt testudinibus .

Nam ouipera:sed imperfecta oua ędentia : vt quos memorauimus pi-
sces:his non sub aluo:ac ex aduerso vuluę:
sed ad lumbos:ac retro consistunt. non eniꝫ
oua in ipsis augentur:perficiuntqꝫ:quo vul-
uis pondus:doloꝛqꝫ ingruat:sed extra emit
tunt:perficiuntqꝫ. Ad hęc:quoniam alijs in
his sicci alimenti excrementalis meatus non
est:ꝛ alius humidi:sed vnus vtriusqꝫ . Hu-
ius autem retro locus : hac de causa in hoc
vuluę positę sunt:vt ouis per hunc egressus
peruius pateret. in viuipoꝝ igitur genere tũ
ponderis causa tum quod duo excremento-
rum meatus sint vuluę ex aduerso consistũt:
in ouiparis vero retro :,partim quod vnus
meatus sit:partim etiam quod nihil ponde-
ris efficiat vuluę sunt. Cum autem geminos
esse:ꝛ alterum ex aduerso esse : ꝛ hac de cã
vuluas ex aduerso consistere asseruisset sub-
didit:generationis enim causa duplex mea-
tus est:vt per vnum geniturę ingressus : ac
foetui egressus pateret. ꝛ quoniam genera-
tionis gratia factos constat : vbi meatus ia-
cet:eodem ꝛ vuluã esse necesse est:vt ꝛ geni
turę ingressuo: ꝛ foetui egressus facilior fie-
ret. Sed quanã de causa vt in ouiperis vno
ꝛ eodem meatu ouum:ac siccum excremen-
tum emittitur:non ijdem ꝛ in viuiperis fitę
veꝝ si hoc esset: vuluam cecum quod appel-
latur intestinuꝫ tangeret:ꝛ foetus tetro odo
re suffocarentur.

¶ Generationis enim causa non
excremẽti emittendi duplex meat⁹
est: sꝫ quia seminis natura humida

eſt:ideo meatus idem cōmunis cuꝫ excremento humidi alimenti habe tur. conſtat hoc ita eſſe eo quod cū genitale ſemen omnia animalia fe rant: excrementū tamen humiduꝫ illud non omnia reddunt: ſed cum ⁊ maris ſeminales meatus: ⁊ foe minae vteruꝫ firmari: nec oberrare opoꝛteat: id qꝫ aut in parte pꝛioꝛe coꝛpoꝛis: aut in poſterioꝛe ad pꝛona effici neceſſe ſit: iccirco viuiperis ꝓ pter foetum vterus in parte pꝛioꝛe poſitus eſt: ouiperis ad lumbos ⁊ pꝛona.

Quod vero inquit: hoc autem conſtat genitale ſemē cuncta animalia ferre: idem cuꝫ eo eſt quod ſic dicitur: Quod autem generationis gratia qui ex aduerſo meatus: non humidi excrementi conſtitutus ſit: hoc conſtat: quod omnia genitali ſemine animalia pꝛędita: humido vero excremento non omnia ſunt. itaqꝫ genitalis ſeminis: ⁊ pe nitus generationis cauſa meatus: non humi di excrementi fiunt. Si humidi excrementi cauſa eēnt: qui meatibus pꝛęditi: his ⁊ illud excrementum omnibus fieri neceſſe eſſet.

¶ Quae autem aial edūt in lucem: cuꝫ intra ſe oua generarint: iis ſitus vterqꝫ: quoniā vtrunqꝫ referunt genus: ⁊ eadem tum viuipera: tuꝫ ouipera ſunt. partem enim vuluae ſuperioꝛem: in qua oua gignuntur: ſub ſepto ad lumbos: ⁊ pꝛona ha bent: inferioꝛem ad aluum. hac eniꝫ iam pꝛocreant animal. Meatus idē iis quoqꝫ ſicci alimenti: ⁊ coitus ē: nulli enim ex iis genitale pendet: vt antea dictum eſt. meatus etiam ge nitales marium: tum eoꝛum quoꝛū pꝛoprii ſunt: tum vero eoꝛum: quae teſtes habēt ſimili modo: atqꝫ vul uae ouiperoꝛum habent. omnibus enim ad pꝛona: ⁊ ſpinae locū adhae rent: non enim vagari: ſed ſtabiles eſſe opoꝛtet: talis autem locus po ſterioꝛ eſt: is enim eſt: qui continen tiam pꝛębeat: ⁊ ſtabilitatem. Qui bus itaqꝫ teſtes intus continentur: iis pꝛotinus cum meatibus firman tur: nec ſecus iis eſt: quibus extra tum eodem deueniunt. ſ. in locum genitalis: communiqꝫ excipiuntur meatu: ſimilis ⁊ delphino meatuū: modus eſt: ſed teſtes ſub aluo oc culti. ſed quem naꝫ ſitum partes ad generationē accomodatae: ⁊ quas ob cauſas tenuerint in his generi bus dictum iam eſt.

Quae autem animal edunt in lucem in quit: cum intra ſe oua generarint his ſitus vterqꝫ: quoniam vtrunqꝫ referunt genus: ⁊ eadem tum viuipera: tum ouipera ſunt. Nam partes literę quę deficiunt: ſic in tegrantur. Quę ouipera pꝛimum in ſeipſis viuiperaqꝫ: dehinc viuipera foꝛas: parteꝫ. n. vuluę ſuperius ac ſub ſepto ad pꝛona quod oua pariant habent. hoc autem idem ſupius ⁊ retro eſt. Reliquum vero eius infra ac ad aluum conſiſtit: quod rurſus ideꝫ eo qꝺ ani mal pariant infra: ⁊ ex aduerſo eſt. In mari bus enim meatus pꝛopꝛios inquit qui abſqꝫ teſtibus: ac per ſe ſunt. Quod vero illos pꝛo pꝛios dixit: hęc plana eſſe ob ea quę dixerat voluit: vbi inquit: ⁊ hoꝛum teſtes habentiū. vt meatus quidam teſtibus carentes: quidā vero ipſos ⁊ in eis replicationes continent. Hos autem vtroſqꝫ tum eoꝛum quoꝛū pꝛo pꝛii ſunt: tum qui teſtes habent ipſos ſecus quam vuluas conſiſtere inquit. Nam vteri: ſeu vuluę quędam ex aduerſo: alię retro po ſitę ſunt: meatus vero omnes ⁊ qui pꝛopꝛii: ⁊ non tales retro: ⁊ cur ſic eoꝛum ſitus cau ſas adducit. Non enim vagari inquit ſed ſta biles eſſe: neqꝫ hinc ⁊ inde ferri: ſed firmos immutabileſqꝫ: ac immobiles eſſe opoꝛtet. Etenim ōis poſterioꝛ locus cum continuus: atqꝫ vnus eo quod oſſeus ſit habeatur: ſtabi litatem ipſis continuitatemqꝫ: non autē tum ſtabilis eſt: tū qui ab ipſa ſede moueri queat impartitur. Nam intus teſtes habentium: meatus ipſi: necnon ⁊ teſtes lumbis adherē tes firmi conſiſtunt. Quibus vero teſtes fo ras poꝛriguntur: meatus tantum in ipſis ſta biles conquieſcunt.

¶ Caeteris quae ſanguine vacant animalibus: non idem membꝛoꝛuꝫ ad generationem pertinentiuꝫ mo dus: ſed tum intus ſeipſa: tum etiaꝫ cum ſanguineis diſſident. ſunt haec reliqua genera quatuoꝛ numero.

vnum crustatum secundum molle. tertium insectum. quartum testatum. An quarti generis vlla coeant: incertum est. plurima tamen non coire apertum est. quemadmodum consistant: postea dicemus. mus. crustata coeunt modo eorum quae in auersum mingunt. cum alterum supinum: alterum pronum applicauerint caudas. etenim ne parte supina superueniant pronam: impediunt caudae prae suarum pinnarum prolixa appendice.

Cum de genitalibus partibus sanguine preditorum qui nam eorum situs sit dixisset: sanguine expertium genera quatuor inquit que nec inter se quicquam simile: nec cum sanguineis sed adinuicem ⁊ cum sanguineis diuersa habent. Hoc vero quod inquit de omnibus incertum: testacea inuitt de omnibus testaceis incertum inquit. Crustata vero coire vt que in auersum mingunt asseuerat. Que autem auersa mingunt leo: ⁊ cuniculus sunt. Quo nam pacto autem vt ⁊ illa coeunt subdit: cum alterum supinum: alterum pronum applicuerit caudas. foemina enim supina extensa: ⁊ caput exempli causa ad boream: cauda vero ad austrum obuersam continet. Sed ⁊ mas rursus pronus cōsistens: ⁊ aduersus ad austrum directum caput: caudam vero ad arctum habeat: sic positi caudas tantū adinuicē tangentes coeūt ⁊ foemine cauda infra ad terram porrectat maris vero ad foemine desuper acclinata iacet: reliquum autem eorum corporis in terram extensum porrectum continent.

Habent in hoc genere mares tenues genitales meatus foeminae vuluas membranas ad intestinum fissas hinc: atq; inde: in quibus gignitur ouum. Mollia ore coeunt renixu: complexuq; mutuo brachiorum. Sic enim coniungi necesse est: quoniā natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit: vt antea dictum est: cum de partibus ageremus: habere foeminas omnes in hoc genere membrū vuluale apertum est. Continent enim ouum primo indiscretū: mox discretum i plu

ra: ⁊ pariunt omnia imperfecta modo ouiperorum piscium: meatus ille interior idem excrementi: ⁊ vuluae est: tum in iis: tum etiam in crustatis. est enim qua semen genitale per meatum emittant: idq; parte corporis supina: qua putamen distat: ⁊ mare illabitur: faciunt.

Pro eo quod dicere deberet foeminas duplices vuluas cōtinere: vuluas hinc: atq; inde fissas inquit: vt fissas idem sit quod duplices. mollia vero ore quidem consertā: constrictaq; coherent: adinuicem mares ⁊ foemine vz crinibus complicantur: vt in viris foeminisq; adinuicem sese manibus complexantibus apparet: ita ⁊ mollia mutuo inter se crinium complexu coitus tēpore cōferuntur. ore enim necessario implicantur eo quod natura ad os meatum: vnde sicci alimenti excrementum egreditur adegit applicuitq;. Nam ⁊ crustata inquit: ⁊ mollia: eodem meatu tum vulue: tum sicci excremēti funguntur. Non enim in his alius sicci excremēti: alius vero vulue est: sed vnus: idēq; vtriq; ministerio: ad genitalis seminis: sicci q; excrementi egressum suppetit. Hoc autem illud explicat vbi inquit: est enim qua semen genitale per meatum emittant. in his deficit quidem litera: nam illa sic plane pateret. etenim meatus vnde genitalis seminis emissio. idem ⁊ sicci excrementi fit. Hec enim partes: meatus vz vnde genitale semen: ac excrementum secernuntur: ad supina corporis vbi putamen ad prona desinit cōsistunt. Et enim in viuiperis que in dextris coste: cū leuis non complicantur: sed adinuicem distāt: ita in cancris: locustisq; putamen in supinis minime conseritur.

Quamobrem ea parte: mas cum foemina copulatur. nam si mas: siue semen: siue membrū: aut aliquā virtutem: siue vim aliam mittit: ad moueri ad meatum vulualem necesse est. crinis vero in tertio maris polypi per fistulam: qua piscatores crine coire polypos aiunt: complexus gratia fit: non quasi instrumentum id fit vtile ad generationem. etenim extra meatum: corpusq; ē. interdum tergis quoq; mollia copulantur: sed generationis ne gra

tia: an alia causa nondum explora-
tum habetur.

Nam per tales meatus ⁊ mare ingre-
ditur inquit: quoniaz vero coitus
tempore mas polypus per fistulã proprium
crinem in foeminam inserit: hunc: crine coi-
tum peragere: ⁊ hoc genitalis membri vice
fungi piscatoribus visum est. dehinc ita sub
iunxit. Nam maris crinis p̃ foemine fistu-
lam insertio: immissioq; : non coitus sed com
plicationis gratia fit. Cum enim crinis ipse
extra: ⁊ plurimum ab meatu vnde semen e-
mittitur distet: qua ratione vtile ad genera
tionem instrumentum esset? Nam tum mea
tum: tum corpus idem intelligas. Quod
vero ⁊ locuste coeunt: ⁊ ex ysdem gignunt:
tum alia que recenset multifariam sensus de
prehendit.

¶ Insectorũ aliqua coeunt: atq;
ex animalibus eiusdem generis ori-
untur modo eorum: quibus est san
guis: vt locustae: cicadae: phalan-
gia: vespae: formicae: aliqua coeũt
quidez: ⁊ generant: sz non sui gene
ris animal: sed vermiculos tantũ:
neq; ex animalibus procreantur: sz
exputrescẽte humido: aut sicco: vt
pulices: muscae: scarabaei. quaedã
nec ex animalibus nascuntur: neq;
coeũt: vt culices: ⁊ vermiculi: ⁊ plu
ra eiusmodi genera. Inter ea vero:
quae coeũt foemiae maxima ex par
te maiores maribus sunt: nec mea
tus vlli seminales in maribus esse
videntur: nullam parte plurima di
xerim membrum foeminae a mare
inseritur sed mari a foemina sursũ
de parte inferiore: quod conspectũ
in pluribus est: nec de superuentu
ambigitur: sed contra: vt mas foe-
minae inserat: visum in paucis est.
neq; adhuc ita exploratum habe-
tur: vt genere possim⁹ distinguere.

Insectorum Autem plurima (in-
quit) diuersa ab alys
habẽtur. Non enim in his mas genitale se-
men in foeminam emittit: sed econuerso foe
mina infra existens sursum ceu per symphõ
nem in marem indit. Cum autem illud qđ
in mare sursum immissum est constituitur: in
foeminam: vnde ⁊ quo pacto processerat de
nuo reuertitur: nec prius seiunguntur quã
in foeminam semen quod ab ipsa egressum
fuerat reuertatur. Hec enim a foemina ge-
nitalis seminis in marem emissio: tum quod
ipsa in eũ potius insiliat in pluribus conspe
ctum inquit: sed hec ab ipso ad p̃sentis li-
bri finem: quo nam pacto fiant satis accura
te prosequẽtur. Quod vero a nobis expli-
catum: in pluribus conspectũ est. itaq; : vt
genere possimus distinguere: ac diuisim ex-
plicare: ab alio genere hoc fieri: ab alio ve
ro minime idez nondum exploratuz habet.

¶ Hoc idẽ fere in piscibus quoq;
ouiperis maxima ex parte: ⁊ in qua
drupedibus ouiperis est: vt foemi-
nae maiores sint maribus: quoniaz
id commodum est ad veterum ma-
gna ouorum copia extumescente.
foeminis in eo genere mẽbrũ. qđ
pro vulua habet fistuz iuxta intesti
num caeteris positũ est: in quo foe-
tus generat: patet hoc in locustis:
⁊ reliqs quorũ magnitudo aliqua
fit: ⁊ natura coitũ recipiat. maxima
enĩ pars generis ĩsecti perexigua ẽ.

Hoc autem Quod ait idem fere
videlicet in pluribus
piscibus ouiperis est: ⁊ in quadrupedis: ac
ouiperis continuato ordine cum hoc videli-
cet: his coeuntibus: in pluribus foeminas
maribus esse grandiores consistit. Illđ vero
qđ inquit foeminis in eo genere membrum
qđ pro vulua habet: ⁊ que sequunt de his q̃
sanguine carent dictum: ⁊ sic que deinceps
sequuntur concludit.

¶ Instrumenta generationi accõ-
modata: de quibus non antea disse
ruimus: ita se habent. Similarium
partium semen genitale: ⁊ lac reli-
quimus: de quibus nunc opportu-
ne dicemus: ⁊ primum de semine:
post in sequentibus de lacte. Semẽ
alia aperte emittũt: vt ea: quae sunt
natura sanguinea: alia idest ĩsecta:
⁊ mollia emittant: nec ne: incertum
est: itaq; considerandum hoc est.

vtrum mares omnes semen emittant: an non omnes: ⁊ si nõ omnes: cur alij emittant: alij non. Tum etiã vtrum foeminae semen aliquod cõferant ad procreationem: an non. ⁊ si non semen: vtrum nec aliud quicquam adhibeant: an quamuis non semen: tamen aliquod conferant. Ad haec quidnam conducant ea: que semen emittunt suo semine ad generationẽ quaerẽdum est: atq3 omnino que natura sit seminis: ⁊ corũ: que menstrua vocantur: scilicet in ijs animalib⁹: quae id humoris genus emittunt. Omnia ex semine gigni: semen autem ipsum proficisci a generantibus videtur. Quã obrem eiusdem studij est quaestio: vtrum ambo: mas: ⁊ foemina emittant: an alter tantum: ⁊ vtrum ex toto corpore secernitur: an non ex toto. nam si non ex toto: nec ex ambobus quidẽ parentibus prodire probabile est. qua propter primum de hoc: quemadmodũ se habeat: inquirendũ est. Sunt enim qui dicant: id ex toto corpore prouenire. Quibus autem argumentis probent: vt semen ex vnaquaq3 corporis parte secernatur: quatuor ferenumero sunt. primum vehementia voluptatis: magis enĩ suaue ẽ. quod idẽ amplioris sit affectus amplius autem est: quod oĩbus membris: quã quod paucis accidat. Secundum: quod ex mancis manca procreentur. semen enim ab ea: quae deest parte: proficisci negant. vnde autẽ non accesserit: id ne procreetur accidit. Tertium similitudo parentum: similes enim gignuntur: vt toto corpore toti: sic particulatim singulis partibus: quod si causa est vt totũ simile sit: quod ex tali toto: semen genitale prodierit: partibus quoq3 cã similitudinis erit: quod ex vnaquaq3 pte aliquid venerit. Quartum: quod ratio esse videtur: vt quemadmodum totius aliquid est: ex quo primum generetur: sic partis quoq3 cuiusq3 sit semen aliquod proprium. fidem etiã illa faciunt huic opinioni verisimilem: non solum enim rebus naturae insitis: ⁊ natiuis: liberi similes parentibus prodeunt: sed etiã aduẽtitias: atq3 externas presentant. iam enim cũ parentes cicatrices haberent. filij quidam parte eadem sui corporis idem habuerunt. ⁊ Chalcedone cũ pater brachio esset compuncto: filius idẽ retulit: confusa tamẽ nota. minusq3 explanata. his fere rationibus quidam potissimum crediderunt: semen a toto corpore proficisci. Sed cum scrutamur: ⁊ diligentius rem discutimus contra potius esse videtur: nec sup adicta quatuor illa soluere difficile est: ⁊ quaedam alia sequuntur impossibilia ex ea ipsa opinione.

Haec autem Deinceps dicere aggreditur: primũ de genitali semine ⁊ hec plane edisserit. Ubi autem inquit eiusdem studij est questio: vtrum mas: ⁊ foemina vterq3 semen emittat: an alterum tantum. illud tantum puncto firmandum dehinc hoc apponendum: ⁊ an ex toto corpore procedat: ⁊ que sequuntur. esset vtiq3 qđ dicitur tale. Nam vbi querit: vtrum mas ⁊ foemina vterq3 semen emittat: an alter tantum: ipse autem idem querere accingitur: ⁊ vtrum ex toto corpore proficiscatur necne. siquidẽ alterius harum questionum inuentio: ⁊ causa alterius sensus fiet. Ad hec: quemadmodum inquit totius animalis pars est ex qua primum genitalis seminis creatio: siue cor hec pars est: seu cerebrum adhuc compertum minime habetur: in his autem que sequuntur parebit. Ut.n. ex hac parte genitale semen est: ita ex ceteris qualibet necessario esset: puncturam enim in brachio (inquit) quam atramento: ⁊ acus cõpunctione naute: ac pleriq3 alij facere solẽt: hanc calcedonium quẽdam habere refert.

¶ Primum igitur: similitudo nullum indicium affert: vt semen genitale ex toto corpore secedat: quãdo

quidem ⁊ voce: ⁊ vnguib⁹: ⁊ pilis: ⁊ motu ſimiles procreantur: ex quibus nihil proueniat. nonnulla etiā nondū habent cū generant: vt canos: aut barbam: maioribus item ſuis plerumq; ſimiles ſunt: ex quibus nihil ſeceſſit. redditur enī poſt plura genera ſimilitudo: vt ⁊ i Helide: quae cum Aetiope concubuerat nō filiā forma. Aethiopis peperit: ſ; natus ex filia erat Aethiops. In ſtirpibus etiam eadem ratio eſt: nam ſi hoc ita eſſet in ijs quoq; ab omnibus partibus ſemen proculdubio proficiſceretur. at pleraſq; partes: aut illae non habent: aut quiſque abſcindere poteſt: aut poſt genitas habent. quinetiam ex fructibus nihil ſecedit: ⁊ tamen ij quoq; forma eadem proueniunt.

Enim quatuor numero argumenta plura alioq; poſuiſſet: quibus ⁊ hęc opinati probare viſi ſunt ſemen genitale a toto corpore procedere: horum hoc vnum quidem habetur: quia niſi a toto corpore procederet: liberi parentibus nequaquam ſimiles eſſent. ad hęc ita inquiens protinus inuehit: quoniam ſimilitudo non modo facie tantū: ⁊ manibus: ⁊ his ſimilibus: ſed voce: pilis: ⁊ greſſu fit pluribus enim liberis nullum diſcrimen ingreſſu cū parentibus eſſe ſolet) quoniam igitur pilis vnguibus: ⁊ voce ſimilitudo eſt: a qbus pilis: vocibus: vnguibus: greſſuq; nihil genitale ſemen penitus accipiet: etiam ex alijs partibus ſemine ab ipſis non procedente ſimilitudo fiet. eadem ⁊ de plantis rō eſſet: ſiquidē ⁊ in ipſis ab omnibus earum partibus procedere manifeſtum habetur: ſi autem liberorum ſimilitudines hac de cauſa ad parentes fiunt: quod ex omnibus eorum partibus ſemen genitale egreditur: ⁊ in ſtirpibus cū ⁊ ipſe procreent idē fieret: nec autem fit: ⁊ hoc qua ratione in ipſis non fiat inſpiciendum fit. Si accidet quępiam ab ea quę Athenis eſt nuce germen incidere: hoc patare plantatum ad biennium: ſeu triennium nuces producat: tum magnitudine: tum guſtu: ac colore cęteriſq; omnibus: nucibus quas athenis arbor protulit: vnde germen patare plantatum abſtractum fuerat quā ſimiles fieri. Si igit̄ nuces arboris quę athenis fuerat vnde germen abſciſſum eſt. Siquidem inquam nuces quę ex arbore quę athenis eſt ſimiles adinuicē ſunt: cum ſemen ab omnibus arboris partibus in omnes ipſas procedat: ⁊ illę quę ex germine patare plantato productę ſunt: ſimiles illis quę ex arbore athenis exiſtente erunt. Jam horum ratione patet quod ex omnibus huius arboris partibus ſemen procedens: etiā ad illas quę ex germine fiunt nuces: ⁊ ideo ab ipſo germine nuces ſimiles ſunt nucibus illius arboris: quod quidem ridiculum habetur. quo enim pacto athenis patram ſemen abijt? ⁊ aliter quidem: quoniam vt illi aſſeuerant ſimiles nuces tum germinis: tum arboris ſunt: ex quot partibus ſemen in nuces quę in arbore ſunt procedit: ex tantundē quę in germine ſunt nuces proficiſci neceſſe eſt: at niſi a tot partibus procedat. diſſimiles: ⁊ mancę: ſed nucis partes multipliciores ad modum eorum quę ramus continet ſunt. Si iam in plantis ſimilitudines fiunt: non quod ex omnibus partibus (vt demonſtratum) ſemen procedit: ſed ex alio quoddā: quod ipſe quale eſt deinceps differet. idem in animalibus fiet. Ubi autem inquit: plereq; quidem non habent: alias quiſquam abſcindere pōt: deeſt in litera hoc: partes v;: multę enim ex plantis in germine partes (vt de ramo nucis dictū) non habent quę in arbore ſunt. Sed ex arbore nucis ramo abſtracto: quę poſt ei⁹ abſtractionem nuces oriuntur ſimiles ſunt illis: quę ante abſtractionem fuerunt. Sed in terra etiam ſiquis nucem vnam defoderit: ⁊ pululans generabit: ſeu producet nuces: ſimiles in terram defoſſe nucis: non fructu tātum: ſed etiam putamine cum quo plantatā eſſe conſtat: a quo nihil quod pateret ſecedit efficientur.

Ad haec vtrum ex vnaquaque ſimilari parte tantum prodit. Verbi gratia: carne: oſſe: neruo. An etiam ex diſſimilaribus: vt facie: ⁊ manu. nam ſi ex illis tantum ſimiles autem parentibus ſunt: partiū potius diſſimilarium forma: vt faciei: manum: pedum. Quid nam obſtet ne illae quoq; ſimiles ſint ſeceſſu ex toto? Sed alia cauſa quando nec in ipſis quidē ſimilitudo propterea ſit: quia ex toto corpore ſemen genitale ſeceſſerit: ſed ſi ex diſſimilaribus tantum: ergo non ex toto: ⁊ partibus omnibus. At ex

similaribus magis conueniat. Sūt enim priores: ⁊ dissimilares ex similaribus constant: ⁊ vt facie: ac manibus similes procreantur: sic ⁊ carne: ⁊ vnguibus. At vero si ex vtrisque: quisnam modus sit generationis? constant enim partes dissimilares ex similaribus: itaqꝫ quod ex ijs secedit: ex illis quoqꝫ secesserit: atqꝫ ex ipsa compositione perinde: quasi a nomine scripto quippiā proficiscatur: si a toto: vel a quauis syllaba proficiscetur: quod si a syllabis ab elementis: compositioneqꝫ prodierit: itaqꝫ si ex igne: ⁊ reliqs eiusmodi carnes ossaq̄ue constant: ex elementis potius fuerint. naꝫ ex compositione quonam pacto possint? Atq sine ea simile esse nihil poterit: quod si quid eā postea creat: id causa similitudinis fuerit: non secessio ex toto.

A diuisione in eos qui ex toto corpore genitale semen procedere perhibent inuehitur. Quęrit enim vtrum genitale semen a similaribus tantū: vt carne: osse: neruis: ⁊ similibus proficiscatur: ex dissimilaribus: vt facie: manu: ⁊ alijs minime: an ex his quidem: ex similaribus vero nequaquam: an ex vtrisqꝫ. Siquidem ex similaribus tantum semen procedit: liberi parentibus ex dissimilaribus magis similes fiunt: non iam carne: ⁊ similaribus prorsus similitudo: sed ex facie: manibus: omnibusqꝫ dissimilaribus fit. Si igitur dissimilares partes non quod ex his semen progrediatur similes sunt (nam quod ab ipsis minime procedat iam dictuꝫ) ⁊ similares similes esse: cum ab ipsis nihil proficiscatur quid nam impedit: nam similes alia de causa sunt. Si genitale semen ex dissimilaribus progredi dicerent: primum quidem ab omnibus partibus procedere falsum est (a similaribus enim haudquaquam proficisci ostendimus) preterea: quoniam dissimilaria similarium posteriora sunt (etenim ex dissimilaribus similarium compositio fit) quoniā igitur posteriora sunt: si a similaribus nihil procedit: nec a dissimilaribus quicquam procedet. Si enim neqꝫ ex vino aliquid: neque ex melle progreditur: nihil ex vtroqꝫ composito progredi manifestum habetur. Si igitur ex similaribus: dissimilaribusqꝫ semen procedere inquiunt: nobis generationis modū referant. Quonam pacto genitale semen aliud ex similaribus: aliud vero ex dissimilaribus fieri potest? Si dissimilaria nil aliud quaꝫ similarium cōpositio sunt: compositio vero positio quędam ⁊ passio est: ex passione: positioneqꝫ quo nam pacto seminis egressus fieret? Nam dicere: qđ ex dissimilaribus semē progreditur: ideꝫ est ac si ex similaribus diceret. Quemadmodum ⁊ si a scripto nomine (huius enim ad dissimilaria similitudo est) vt in hoc quidem: si a toto socratis nomine aliqđ procederet: idem ⁊ a so syllaba: ac cra: ⁊ tes proficisci certum est. Si vero a syllabis: potius: ⁊ prius: ab litera s ⁊ o ac quę sequuntur. Ita si ab dissimilaribus: prius a similaribus procederet. Si ab his multo quidem prius ab elementis igne: terra: ac reliqs (cuꝫ ex his carnes: ⁊ nerui: ⁊ reliqua similaria cōstant) prius enim genitale semen ex elemētis procedere decebat. A compositione quidem: ab similaribus vꝫ: dissimilaribusqꝫ progredi quo nam pacto potest? quod tale est ac si diceret: non potest: sic enim ab similaribus: dissimilaribusqꝫ genitale semē haudquaquā proficisci demonstratum. Quod auteꝫ absqꝫ compositione: vel dissimilaribus similitudo fieri non possit: iam compertuꝫ habetur. Si iam absqꝫ compositione: ac dissimilaribus similitudo fieri minime potest: ex his autē nihil procedere demonstratum est. Si quis similitudinem fieri diceret quod ex toto corpore aliquid procedat falsum est. At si quid est: qđ compositionem: naturāqꝫ dissimilariū creat: illud iam ⁊ similitudinis causa esset.

Item si partes distractae in semine sint: quonam pacto viuat. sed si coniunctae paruum quoddam animal fuerit. genitales etiam partes quonam pacto consistant? non enim simile est: quod a mare: ⁊ foemina secedit. item si vtriusqꝫ semē aeque ex toto venit: duo animalia generabuntur. vtrunque enim omnia habebit. quamobrem Empedocles maxime (si ita dicenduꝫ est) consentanea huic rationi scripsisse videtur hoc quidem loco. nam si alibi diuersa: non bene. dicit enim maris: ac foeminae quasi symbolum esse. totum vero a neutro proficisci. Sed discerpta gerunt mas

ipse: ⁊ foemina membra. cur enim foemina non ex seipsa generet: siquidē semen ex toto secedit. ⁊ cōceptaculum obtinet? Sed vt videtur: aut non ex toto secedit: aut ita (vt ille ait) non ex vtroq; eadē secedunt. quapropter alterum alterius coitū desiderat: sed impossibile illud quoq; occurrit: nec enim maiora possunt distracta seruari: animataq; esse: quomodo Empedocles generat amore: cum dicit. multaq; ponuntur capita absq; sua ceruice. mox enim coalescere: coagmentariq; ait: quod fieri non posse apertum est: quādo nec anima: vitaq; omni vacua seruari possent: neq; veluti plura animalia coalescere in vnum: ⁊ ijs: qui ex toto secedere aiunt. accidit: vt eodē modo quo ille: dicant. nam vt tum amore in terra. sic ijs in corpore agitur. non enim fieri pōt vt partes coniungantur: commeādoq;: eodem deueniant. Tum etiā quonam pacto dirimantur superiora. inferiora: dextra: sinistra: priora: posteriora. haec enim omnia carent ratione.

Priusquam eorū quę dicta sunt explanationē aggrediar: non ab re nobis eorum opinionem: qui ex toto corpore non maris modo: sed etiam foeminę genitale semen proficisci autumāt: tum quam ipsius genitalis seminis naturam esse dicebant differere visum est: ita enim nobis eorum quę dicuntur sensus plane patebit. Plato ex toto tum maris: tum foeminę corpore illud progredi inquiens: neq; tale semen quod omnibus notū procedere: sed qd a genitorio: matrisq; similiter capite quā minimū caput: quod sensu paruitatis causa careat: ęque ⁊ a manibus manus: ac pedibus pedes: necnon ab iecinore iecur: ⁊ alia eodē modo proficisci asserebat. Cum vero in vulua composita: auctaq; fuerint: sic foras procedere. hęc Plato opinatus est: tū quod talium partium collectionem non per se tantū tum: sed cum humiditate quadam ipsas partes vt amphora vinum cōtinente egredi asseuerabat: ⁊ proprie quidem quas memorauimus partes quę ⁊ sunt: ⁊ dicunt genitale semen nuncupat. Horum causa ⁊ humiditas quę ipsas continet partes semen appellatur: vt amphora plerunq; vinū dicitur eo quod illud contineat. His sic memoratis ad ea quę dicta sunt explicanda pergendū. Cum iam ob similitudinem dicere quod ex toto corpore genitale semen procedat fieri nullatenus posse ostenderet: nunc in ipsam Platonis opinionem: a diuisione inuehitur. Quod autem diuisione minime vtatur: sed singulas eius partes arguit: hęc enim per quam obscure est prosecutus. Nam diuisio talis esset. Utrum quę progreditur humiditas ⁊ semen dicitur: ⁊ in se tanquā vas breuissimum caput: necnon ⁊ minimum lienē: ⁊ manus ac reliquas omnes partes cōtinet viua in ea (vt ipsi asseuerant) consistunt: ⁊ horum quodlibet viuum est: ac sensibus fruit: an vita expertia sunt? ⁊ vtrum adinuicē continuę: an diuisę inter se: absolutęq; habeant? si iam viuunt: sentiuntq; (sunt autem ab inuicem distractę) quonam pacto viuant nobis demonstrent. Ut enim caput necnon ⁊ manus: seu quod vis aliud abscisum: ac seorsū a toto corpore viuere nequit: hoc pacto ⁊ in genitali semine partes seiunctę ab inuicem: distractęq; viuere haudquaquā possunt. Si autem vita prędite ac cohęrentes sunt: erit ⁊ paruum quoddam animal priusquā animal fiat. Nam genitale semē hac de causa in vuluam ingreditur vt ex ipso qd nondū est aīal: animal fiat: omne enim quod fit: ex propria negatione fit: vt primo naturalis auscultationis demonstratum. igitur animal ⁊ ante vuluę ingressum: ac priusquam animal fiat erit animal. itē si caput a pr̄is capite: ⁊ manus a manibus: ⁊ alia ab alijs procedunt: penem a pene egressum constat: cum igitur mater foeminam edit: qua de causa qd editum est non quale patris genitale: sed diuersū quale matris est contineat? si quia quot a patre partes totidem a matre etiam proficisci inquiunt: ⁊ in hoc nati genitale mēbrum a patris diuersum est: matrē gemellos semper parere oporteret: ac ad quod patris genitale adglutinatum fuerit hoc marē esse: ad quod vero matris foeminam. si enim cuncta ex quibus animal fit a patre proficiscuntur: ac eadem cuncta a matre: geminos semp procreari necesse est: nec vero omnes foeminas ⁊ semper gemellos edere: sed paucas admodum: nec semper inspicimus. Sed si sic dicere necesse est: quod ęque ab omnibus tum patris: tum etiam matris partibus partes proficiscūtur: Empedocles (si sic dicere decet) concinnior a hac ratione: ac magis consentanea asseuerat. Sed si diuersa alloqui: si vz alia ratiōi obuia

quę ipse dicturus est: ac vera sunt: ad ea quę ab alijs referuntur Empedoclis conciniora habentur: a veris autem quę ab ipso dicuntur longe diuersa. Nam empedocles tum a patre: tum a matre partes procedere sed nō vt illi referebat. Illi quidem z a patre cūcta ex quibus animal consistit: z a matre ęq; eadem cuncta retulerunt. Empedocles vero quędam quidem a patre: quędā vero a matre opinatus est: a patre quidem prestantiora: vt caput: cor: iecur: z similia sunt: a matre vero deteriora: vt pedes: manus: ac talia proficisci. Hęc autem ex Empedoclis sententia habentur. Ad hęc: z quę a patre procedunt cū in ipso adhuc sint: z quę a matre similiter vita fruuntur: itaq; cōciniora his quę esse videntur empedocles retulit. Non enim eius ratio omnes: passimq; foeminas gemellos parere cogit. Ipsas vero partes quę a parētibus progrediuntur quasi symbolum: ac cōcursum: conuentumq; empedocles partium esse statuit: sed non quod a patre tantu; aut a matre solum procedunt. Cum autem dixisset: hęc quidem maris: nō addit hęc vero foeminę. Quinetia;: si z a matre cuncta quibus animal consistit procedunt: mater aute; in se non modo quibus animal consistat: sed conceptaculum etiam retinet: quod autem vulua est: in qua tales congregantur partes: cur ex seipsa etia; cum mare minime cōgrediēs non generat? esto: qđ per se mares neutiquā procreent: quia tum vulua: tum cōceptaculo carent: foeminę qua de causa z absq; maribus non gignant? q; non omnia ex toto procedunt: si secus eēt: foeminę p seipsas procrearent. Sed si penitus quod secedat concedendum sit: sic enim ex empedoclis sentētia procederet quod pręstantiora quidem a patre: z quę vero non talia a matre sint. Itaq; empedoclis ratione congressum coitumq; vt foemina concipiat fieri necesse est: nisi.n. vterq; mas: ac foemina coirent: quo nam pacto quę a patre progrediuntur. (Hęc enim pręstantiora erant) cum illis quę a matre procedunt vnirentur? sed z quę empedocles asseruit: z si conciniora his quę esse videntur existant: esse haudquaquam possunt. z quo na; pacto esse nequeant: referre prosequitur. Quemadmodum enim inquit cu; dissimilaria magna sint: cum cōtentio amorem exuperat: animata fieri minime possunt. (Animata eni z sensu prędita capita absq; ceruice posuit) vt.n. magna capita a toto sepata animata: ac sensu prędita esse non possunt: eodem pacto z magnę ille manus: z reliqua. Ita z illud qđ a patre egreditur breuissimum caput: z alia quę ab ipso ab inuicem separata proficisci inquit vita: ac sensu pdita esse impossibile habet: Neq; enim cum anima expertia sint: ab inuicem discreta seruari possent: sed putria: corruptaq; efficerentur. Neq; animata z si animalia plura sint ad vnius animalis perfectionem cum nullum animal ex pluribus cōpositum cernitur cōtrahi ac cōnecti queunt. Sed iam in amore: in cōflictu v; amoris (vt empedocles retulit) in certaminis autem victoria in terra capita: z manus: z alię omnes partes animatę: z sensu prędite congregant: dehinc ex his vt ex pluribus aīalibus quodlibet animal fieri: ita z his qui ab oībus partibus cuncta procedere inquiunt dicere accidit. Tales vero partes cum animalia sint: cōpositas in vnum locum congregari: ac simul coalescere impossibile habetur. pręterea ab inuicem seiunctę cum sint: quo nam pacto in ordinem redactę: z per se quod supra: ac infra: z reliquę duę circūstantię secerni queūt; quomodo enim congruę coru; natura: ac nō vllo ordine potius consisteret? Talia.n. sunt quę ab ipsis referuntur. Ubi vero inquit. vt enim quę maiora sunt: distracta seruari: animataq; esse non possunt: quemadmodū empedocles generat: ordo talis. Etenim distracta (vt empedocles opinatus) seruari: z animata esse quemadmodum maiora impossibile habetur.

¶ Item cum partiu; aliae facultate: aliae affectibus distinguantur: videlicet dissimilares eo quod efficere aliquid possint: vt lingua. vt manus. Similares duritia: mollitia: z reliquis eiusmodi affectionibus. non enim vt cūq; se habet: sanguis est: aut caro. Constat ob eam re; fieri non posse: vt quod secesserit vniuocum sit cum partibus corporis: verbi gratia: vt sanguis a sanguine: caro a carne proueniat. At si ex diuerso quodam sanguis fiat: non ea causa similitudinis fuerit: quod ex omnibus partibus decesserit: vt aiunt: qui ita opinantur. Satis est eni; ex vna tantum secedere: quando quidem non sanguis ex sanguine gignitur. cur eni non omnia vel ex vno gignantur? haec enim sententia eadem esse videtur: atq; illa Anaxagorae: vt similare gignatur: nisi quod ille cōmune id ō omnibus asserit: hi vero generationi tantu;

sialium

animaliū tribuūt. Ad haec quonā pacto ista augeantur: cum ex toto secesserint? Anaxagoras enim probe ait: carnes ex alimento carni accedere: sȝ iis: qui eadeȝ non dicunt. ⁊ tamen secedere ex toto pronunciant: quonam pacto alio accedente maius quicquaȝ efficietur: si quod accesserit: maneat? At si mutari qđ accesserit potest: cur non iam inde ab initio semen fit tale: vt gigni ex eo possit sanguis: ⁊ caro: non ipsuȝ sit sanguis: ⁊ caro? nec vero dici potest temperatione post augeri: perinde vt vinum aqua adiecta. ita eñi principio maxime syncerum: mera cumqȝ esset vnum quodqȝ. nunc vero ⁊ caro: ⁊ os: ⁊ quaeuis alia pars: quod dicitur: id post modū magis est. Seminis autem partem aliquam dici neruum esse: aut os lōge plus est: quam vt noster sensus assequi possit.

Quoniam inquit partes quędam facultate: quędam vero affectibus distinctę sunt: dissimilares quideȝ eo quod efficere aliquid possint: vt lingua ad gustum: manus vero ad tactum idonea. Similares autem duritia: mollitia: ac reliqꝫ huiuscemodi affectionibus: sed iam ⁊ sanguis nō vt sic semper se habeat sanguis: nec caro: caro est. qm̄ igitur hęc sic habentur: fieri nō potest: vt quod secesserit vniuocum cum partibus sit. Siquidem ex sanguine sanguis: ⁊ ex capite caput: ac a reliquis alia prodeunt: sanguis priusquam fiat sanguis: ⁊ aīal priusquam omnino fiat erit animal. At si ex sanguine sanguis non procedit: sed aliquid est quod illud creat: efficitqȝ: neqȝ similitudinis cā esset aliquid ab omnibus partibus: sed satis ab vna: a sanguine vȝ prouenire (genitale enim semen vt memorabit: ostendetqȝ sanguinis excrementum est) satis igitur est ab ipso tantum genitale semen proficisci. Tale autem semen: seu potius quę in ipso facultas est: omnes animalis partes cum mēstruo simul peragit. Qua igitur ratione cum sanguis ex vno quoddam constet: non ⁊ omnes alię partes ex ipso fient? Nam rationem adducit quę inquit: quod sanguis ex sanguine: ⁊ caput ex capite: ⁊ reliqua ex reliquis oīū tur. Similia quod Anaxagoras opinatur referens: qui nihil ex sanguine gigni: at semp similitudines partium fieri: ⁊ cuncta in omnibus esse opinatus est. Sed Anaxagorę sententia plerunqȝ multa affecta est. At ab his quonam pacto caput quod a capite egressuȝ est: ⁊ alię partes augentur quęrendum sit. Siquidem Anaxagoras carnem ⁊ sanguinē: ⁊ alias ptes: a carnibus: sanguine: ossibusqȝ: quę in pane ⁊ vino sunt augeri asseuerabat: ipse enim omnia in omnibus esse opinabat. Qui enim Anaxagorę sentētiam minime secuti: corpora ex toto corpore procedere autumant: quonam pacto altero addito maius efficiet: si quod accessit alimentū incōcoctū: inalteratumqȝ permanet? si ipsum concoqui: ⁊ in carnem: ⁊ sanguinem ac reliqua cōuerti posse inquient: cur non ab initio genitale semen protinus tale esse fatentur: vt qđ in sanguineȝ: ⁊ carnes: ⁊ alias ptes mutari queat: sed actu in ipso sanguine: ⁊ caput: ac reliqua inesse afferunt? verum enimuero ⁊ hęc ipsos haudquaquam dicere operępręcium est. Nam quemadmodum aqua vino mixta: contemperataqȝ illud auget: ita ⁊ alimentuȝ in sanguinem carnemqȝ non commutatur: sed ipsis commistum incrementum eis suggerit. Sed neqȝ autem hoc ab ipsis dici posse id causę est: quia vt vinum priusquam in ipsum aqua immissa sit: non dilutuȝ: sȝ merū: ac vere vinum fit: commistum autem contēperatumqȝ: nequaquam tale: ita ⁊ sanguis priusquam alimenti admistionē suscipit sanguis est: commistus vero non amplius sanguis sed aliud quoddam erit. Nunc aūt tuȝ sanguinem ⁊ carnem: tum alia quę peculiaria noīa sortita sunt: postea magis non prius esse inspicimus. Praeterea: in genitali autem semine dicere neruos: ⁊ ossa actu esse maius est qȝ vt noster sensus asseq possit: nunqȝ. n. in ipso neruos esse ac carnes inspeximus.

¶ Ad haec si foemina: ⁊ mas differunt inter se vteri ratione (vt Empedocles ait). Funditur in puris mas foemina frigore inito.

Satis igitur perspectum habetur sanguinem quo mares procreantur in conceptu illo quo foeminę diuersum esse: purior: calidiorqȝ ex quo mares procreant: ex quo foeminę vero frigidior est. Hoc auteȝ ⁊ Empedocles asserit: quę vero empedocles opinatus obscura habentur: eo quod non integros eius versus: sed principia tantūmodo ipsorum Aristoteles refert: ipsaqȝ ex carminibus non ordine consistentibus: sed quę

ab inuicem plurimum distant: et hoc quidem inde constat vbi inquit; funditur in primis: tale illud esset. Mas autem funditur: vs cõsistit: a puriori: et calidiori sanguine: a frigidiori vero foeminę producuntur. Ubi autem inquit: mas: et foemina adinuicem in conceptu differunt: hoc decst: cuncta a toto corpore proficisci impossibile. Si.n. sanguis nunc calidior: nonnunquã vero frigidior fit: a corpore actu nõ progreditur: sed aliquid est quod ipsum tale: seu tales fieri peculiare quoddam prędominante constituat.

¶ Mutari videmus tam viros: quam mulieres: vt quemadmodum ex infoecundis foecundi: sic ex habilibus foeminae procreandae ad maris procreationem ppensi euadant: quasi non sit causa in secedendo ex toto: nec ne: sed in moderatione: im moderatiõe ve eius quod ex muliere: viroq3 secedat: aut ob aliquam eiusmodi causam: si hoc inquam ita esse ponamus: constat non propterea esse foeminam: quia ex quodam secesserit: itaq3 nec partem quidem: quam propriam habet mas: aut foemina secessu consistere. Siquidem semen idem: et mas effici põt: et foemina: tanquam non alterutra pars in semine fit. Quid igitur referat: de hac parte ita dicatur: an de caeteris? nam si semen ab vtero non prouenit: eadem caeteris quoq3 partibus ratio seruanda est.

Pleraeque enis mulieres foemsas enixę debile medicorũ cura a frigidiore natura ad calidiorem redactę: ad marium procreationẽ propensę fiũt: idẽ et in maribus accidit foeminas procreari solitis vt mares gignant. Sed et plerunq3 ex infoecundis foecundi vtriq3 euadunt. Si hoc quidem: non ideo fit quod ex maris pene penis: et a foemina foeminę genitale progrediatur: liberi: quidam mares: alij vero foeminę gignuntur: sed alia quadam de causa: cuius calidiori vs seu frigidiori qualitate seu temperamento prędiri sint. Si igitur medicorum cura tum viris: tum mulieribus diuersa eueniunt: et talis qualitas ob exhibita medicamina succedit non recte a quoquã talia genitalibus membris adscriberentur: sed tali qualitate causante mares: foeminasq3 pcreari optima ratione diceret. Itaq3: quoniam non ex genitalibus genitalia proficiscuntur: neq3 capita a capitibus: nec a manibus manus: nec quid aliud ab alio: sed vnum idemq3 genitale semen in alterutram qualitatem incidens: marem: foeminamq3 procreare certum est: quemadmodum vnam: eãdemq3 nebulã hinc grandinis: illinc vero aquarum causam fieri diceres. Aliter etiam: si genitale semen quod vuluã scilz appelleo: e vulua non egredi ostendet; nihilo tũ setius foeminei sexus infans vulua prędirus editur: hinc: neq3 a capite caput: neq3 vllam partem ab alia proficisci certum est.

¶ Item nonnulla animalia oriunt ex nullis: vel eiusdem: vel diuersi generis animalibus: vt muscae: et genera papilionum: ex quibus gignuntur quidem animalia: sed non similis naturae: sed genus quoddã vermiculi. patet igitur non semine quod ex cunctis partibus secesserit: generari quaecunq3 diuersi generis sunt: nam similia essent. siquidem similitudo indicio esset: quod ex cunctis secesserit: quaedam etiam animalia vno coitu plura generãt. plãtas vero omnino motu eodem: omnem annuum fructum afferre certum est: quod fieri non posset: si ex cunctis partibus semen secerneretur. singulas enim e singulis vel coitibus: vel secessibus: fieri secretiones necesse est: nec vero fieri põt: vt in vtero diuidatur: iam enim tanquã a plãta nouella: aut animali nuper edito: nõ semine separaretur.

Item animalia non ex eiusdem: vel diuersi generis: sed ex putri quadã materia oriuntur: a quo nam capite eorũ caput: et reliquę partes processere? tum si vna secretio ex vno coitu fit: et vnum caput: et penitus vnius animalis partes vnius coitus tẽpore a patre processisse apertum est. At plerunq3 nonnulla animalia ab vno coitu concipiunt: ac procreant: et plantę vno motu qui congressui maris: foeminęque proportione respondẽt: et verno tempore sit plurimos fructus producunt. Qui vero opi-

nati sunt ab o[m]ibus gignetis p[ar]tibus o[mn]es p[ro]ce progredi: in humiditate tamen confusimq;: ⁊ nullo ordine positas esse: in vulua vero secerni: in ordinemq; redigi: ⁊ ceruix caput qua[m] primum: dehinc humeri: mox alia suo ordine subsequi: meras nugas attulerunt. Quoniam igitur illi hec sic asseruerunt: hoc subiungit: non enim fieri potest vt in vtero diuidatur. Quod enim eorum quodq; seiunctu[m] ab inuicem (vt illi putant) vita ac sensu preditum est: sic quidem vt rami a planta nouella: aut ab animali aliquo quod ex pluribus esset co[m]positum: sed non vt ex genitali semine seiungi dicas. etenim genitale semen: potentia: non actu tale sit.

¶ Item quae auulsione feruntur: semen afferunt: ergo ⁊ priusquam auulsa fererentur: ex eadem sui magnitudine fructificasse: non ex tota planta destrictum semen tulisse certum est. Omnium vero maximum argumentum in genere insectorum animaduertim[us] satis: quod ⁊ si non omnium: tamen plurimorum: foemina per coitum particulam quandam suam inserit in marem: ⁊ quidem coitum ita agunt: quod antea dictum est subiecta enim in superaindere visuntur: quanquam non omnia: sed plurima ex ijs: quae explorata habemus. itaq; in ys etiam maribus: qui tamen emittunt: non causa generationis est: quod ex tota secesserit: sed alio quoda[m] modo. de quo postea videbimus. na[m] si cansae esset secessus (vt putant) non ex cunctis secedere partib[us] censendum esset: sed ab agente: creatriceq; tantum: velut a fabro: non a materia: sed hi simile aiunt: vt si vel a calceis p[ro]ficisci dicant. filius enim qui patris similis est. simili fere cultu corporis vtitur.

Item Quum q[uae] ex auulsione i[n]serta (vt de ramo nucis meorauimus) idem semen procreant: ⁊ priusquam insertum auulsumq; sit: non a tota nuce: sed a ramo tantum aliquid progressum esse existimandum: satis vero magnum argumentum hoc[rum] tu[n]c animaduertimus: quod prius asseruit: vt in pluribus insectorum inspeximus non mares in foeminam: sed foeminam in mare[m] sui qua[m]dam portionem immittere. Nam cum foemina materiam immittat: que humiditas q[uae]dam est ad seminis receptionem idonea: hec in mare: quemadmodum in ipsa foemine vulua in animalis naturam constituitur: ⁊ quod humiditas que a foemina in marem ingreditur: in ipso coit: multo te[m]poris interuallo insecta conserta adinuicem permanent: dehinc seiuncta ocyssime pariunt. Coeuntia quide[m]: quoad a foemina egressa humiditas in mare contrahatur: ac deinceps in ipsam reuertatur coherent. Cum aute[m] talis constitutio sit: ac in foeminam reuertitur: seiungunt: dehinc paruo temporis interuallo partus editur: no[n] enim hic perfectus quidem: neq; cu[m] in mare adhuc sit: aut in foemina in animalis: sed in partus naturam coit: ⁊ ita vt vermiculus imperfectus foras egredit. Itaq; ⁊ ex his plane constat: quia non omnia que a maribus in foeminas progrediuntur a toto corpore procedere generationis causa est: sed procreata alio quoda[m] modo: de quo hic differet gignuntur. Si autem dicere oportet quod q[uia] a toto corpore procedat generatio accidit: ab omni parte procedere ipsis haudquaquam: sed ab eo qui creat: aliq[ue]: ac vita[m] impartitur quod sanguis quidem est: potius vero: primitusq; a corde: hoc enim sanguinem creat dicere decet (nam cor: sanguisq; creationis cause: cuius quidem excrementu[m] esse genitale semen ostendetur:) ⁊ priusquam a corde ab anima que in ipso consistit: ab hac enim cum ipso ⁊ alia creantur. Non iam ab omnibus partib[us] genitale seme[n] procedere: sed ab eo q[uo]d creat dicere necesse est. Alie enim partes: quedam vt materia: alie vt instrume[n]ta creanti adsunt: vt quidem non a ligno: materiaq; penitus formas que in ipso conspiciuntur: Sed a fabro procedere dicas. Quemadmodum enim non a materia velascia: alysq; instrumentis: sed a fabro res fiunt: sic nec a toto corpore: sed ab eo qui creat animalia procreantur: quid nam vero quod creat sit: in libro qui deinceps sequitur explicabit. Qui aute[m] nunc a toto corpore progredi asseuerant: idem est ac si a materia: ⁊ instrumentis dicerent: simile quodda[m] inquiunt: ac siquis aliquem patri similem similes etiam calceos paternis gestantem intueretur: quod a patre cuncta eius proficiscantur simile[m] ipsi filium esse ait. Eadem ratione ⁊ q[uo]d a patris calceis aliquid processit: hac de causa filij calcei similes paternis sunt: at qua ratione quispiam hec huiusce modi esse tueri queat: cum omnibus perspectum habeatur tum patris: tum filij calceos instrume[n]ta esse.

ab instrumentis enim nihil ad alia instrumēta proficiscitur. Si autem hoc ab instrumentis non fit: neqz a corpore aliquid quiuis recte sentiendo procedere diceret: cuz corpus procreantis instrumentum vt calcei pedum sit. Et quemadmodū similitudinis patris ꝛ filij calceorum non ab omnibus calceoꝝ partibus quid ꝓcessisse sed faber causa est: ita neqz patris: ꝛ filij similitudinis partes a partibus progredi: sed aliquid aliud causa fiet.

¶ Causa autez vt voluptas rei venereae vehementior fit: non qꝺ ex toto secesserit est: sed quia prurigo vehemens accidit. quamobrem si quis frequenter ea re vtitur: minus afficitur voluptate. Itez voluptas veneris in fine coitus potissimum est. At si ex toto secerneretur: non simul: sed singulis partibus alijs prius alijs post resultaret: causa vero quamobrem ex mancis manca proueniunt: eadez est: ꝛ cur filij similes parentibus prodeunt: sed non manca etiam ex mācis gignuntur: vt ꝛ dissimiles suis parentibus: quorum causam postea considerabimus. eadem enim questio est. Item si semē non a foemina emittitur: eadez ratione profecto: nec ex toto secedere probari potest: ꝛ si non ex toto secedit: nihil rationi repugnat: si a foemina quoqz non secedere: sed alio quodāmodo causam generationis praestari a foemina statuemus: qua de re: vt disseramus: proximum est: cum semen non ex cunctis secerni partibus: apertum iam fit.

Quoniam autem vt voluptas rei venereę vehementior: ac multa fit: aliquid a toto corpore ꝓcedere argumento esse afferunt: omne quod a pluribus fit: amplius illo est qꝺ a paucis esse solet. nullam autem esse voluptatis vehementię causaz inquit quod ex toto corpore aliqd procedat prurigo indicat: quę ex duoruz genitalium maris videlicet: ꝛ foeminę coitus tempore vehementi detritione fieri solet. qꝺ autem a prurigine talis voluptas eiusqz causa oriatur: satis quidem nobis quę accidunt hoc argumento patent: si enim quispiam frequentius indies ea re vtetur: non vehementi: sed remissa voluptate afficitur: vt in his qui titilari solent euenit: si enim ipsos multoꝝ dierum interuallo: ac raro quis titillauerit vehementius commouentur. Si vero singulis diebus seu indies frequentius: aut nihil penitus: aut remisse admodum titillantur. itaqz: nisi ex prurigine voluptas: sed ex rei alicuius absentia causaretur: quotiescūque coire accideret: vehemens voluptas assiduę coeuntibus eueniret. Nam quotiescūque coitus fit: aliqd progreditur. quinetiā lętitia. ꝛ mutua vehementis voluptatis vis: quando ꝛ crurium extensio fit: in coitus fine sentitur. Si autem ex eo qꝺ aliquid proficiscitur fieret: non in fine: ac pariter fieri necesse erat: sz si prius a capite genitale semē: dehinc ab humero progrederetur: primum quidem voluptatem fieri in capite: dehinc in humeris fuit necesse. At voluptas neqz talibus in partibus: sed in genitali: neqz hęc prior: illa vero posterior sed pariter fit. Qꝺ autem ex mancis manchs procreari inqt: id causę esse: qꝺ ꝛ prolis ad parentum similitudinis. qua enim causa liberi similes parentibus fiunt: hac eadem ꝛ ex mancis manchs procreari ostendetur: ꝛ causas quidem hoc in opere explicabit. Sed ꝛ quibus rationibus: causisqz inquit foeminaz genitale semē non emittere (de quibus deinceps patebit). ijsdem enim neqz a toto procedere ostendet. ꝛ vicissim: quibus non ab omnibus partibꝰ illud procedere: ijsdem nec illud a foeminis emitti innotescet. Nam argumenta quibus in platonis opinionem inuectus est hęc habentur. Quod vero quas memorauimus ꝑtes a patre procedere: ꝛ illas viuere:, ꝛ non hoc solum sed vuluam etiam: penemqz animalia esse Plato asseuerat: quidnam in timeo referat audiamus. Primum quidez de genitali maris ac foemine parte ab ipso hęc adnumerum perscribuntur. Dij quidez coitus amorem animal fabricarunt: aliud in nobis animatum: aliud vero in foeminis constituentes. itaqz partes genitales penem videlicet quo mas prędit us: ꝛ vuluam foeminę: animalia in nobis nuncupat. Animalia vero non modo quę viuant: sed qꝺ animę quę (vt ipse opinatur) ꝑ se mobilis est obtemperēt. De genitalium vero natura inquit: animal Tyrannum: ac qꝺ nulli pareat: qꝺ videlicet ab ipsa sit ratione alienum: omnibꝰ ceu oestri impulsu immoderata cupidine dominari intentum. Hęc quidem plato de vulua quod ꝛ ipsa animal sit: ꝛ quę a patre partes procedunt rursus edisserit. Uuluas autem aut matrices. Quę in mulieribus sunt hinc patet animal esse: quod sobolis procreandę

cupidine tangantur. Cum vulua nullo edito fructu preter congruum tempus diu consistit erit: dolore cum indignatione afficitur: ac erroribus per totum corpus effusa: necnon spiritus meatus obstructos reddens: foeminę respirandi facultatem intercipit: simulqʒ ad extrema ipsam adigit: aliasqʒ omnifariaʒ ęgritudines accumulat. quoad vtriusqʒ desiderium: amorqʒ: ceu decerptos ab arbore fructus educentes: in vuluam: quasi in humum animalia inuisibilia breuitatis gratia: ac forma carentia disseminauerint: rursusqʒ secreta intus magna enutriant: dehinc in lucem edita animalium procreationem pagāt. his enim plato animalia a patre proficisci palam denunciat.

¶ Initium vero tum eius ipsius ꝓpositi: tum etiam sequentis totius disputationis: vt primum de semine quidnam sit: accipiamus. ita enim ⁊ officia ipsa: ⁊ quae officijs accidunt: facilius ꝯsyderare poterimus. Tale autem sua natura semen esse requirit: vt ex eo primo oriantur ea: quae secundum naturam constituuntur: non quod ex illo (verbi gratia) homine aliquid fit: quod agat. fit enim aliquid ex hoc: quia semen eius est. Sed cum multifariam aliud ex alio fiat: alio enim modo: cuʒ ex die noctem fieri dicimus: aut ex puero virum: quoniā hoc post hoc alio cuʒ ex ere statuaʒ: aut ex ligno lectuʒ: ⁊ quaecunqʒ ex materia fieri dicimus: vt ex aliquo: quod insit: ⁊ formetur totum fit: alio cuʒ ex musico immusicum: aut ex sano aegrum: ⁊ omnino contrarium ex contrario. praeterea: vt Epicarmus facit suaʒ exaggerationeʒ: ex calumnijs maledicta: ex maledictis pugna.

Cum a toto maris: foeminęqʒ corpore semen haudquaquam procedere (vt quidam opinantur) ostenderet: in argumenti: seu demonstrationis fine adduxit: qđ si foeminas semen non emittere ostendetur: eiusdem causę esse neqʒ a toto corpore procedere: ⁊ si non a toto: nihil rationi repugnat nec a foemina quidem: addidit: hoc demonstrare proximuʒ est non a toto corpore quid procedere. Quoniam ad huius rei demōstrationem quo dignoscere possimus quę nam ipsius seminis natura sit maxime cōfert. Si.n. hoc nobis perspectum constiterit: per quā facile patebit: si talis aliqua natura progredi a foemina potest. Nam sequitur: huius quideʒ propositi principium an foemina semen emittat necne: ⁊ eorum quę deinceps sequuntur: vt primum de semine qđ nam sit accipiamus: ita enim ⁊ de officijs ipsius seminis quę efficiunt: ac quid semini ⁊ officijs eius maxime accidat facile considerandum dabitur. Quę nam vero ipsi accidant de proximo differets quę ⁊ nos suo loco ꝓsequemur. Nam inquit: tale igitur sua natura semen esse requirit: ex quo primum fiunt ea quę ſm naturam constituuntur: non quod ex illo verbi gratia homine aliquid fit quod agat: videlicet non quod fit aliquid illud quod agat: hoc est semen ex partibus illius quod factum est aliquid esse existimemus. naʒ semen verbi gratia ex quo primum socrates ortus non aliquid ex Socratis partibus est: neqʒ enim manus: nec oculus: nec aliud quid eius partium est: sed quam accuratissime hęc pegerit animaduertendum sit cum inquit: semen nihil esse partium illius quod fit: materialem causam nō esse innuit: nam materia pars eorum quę ex ipsa fiunt est. Quod vero inquit ex illo verbi gratia homine: hoc additum ac si diceret: est quidem semen: verbi gratia illud quod hominis est: ex quo primum homo cum nulla eius partium sit procreatur. Semen autē esse quod efficiat dictum est: eo quod homo ex semine fit: non quemadmodum ex partibus totuʒ fieri dicimus: sed quod hoc quod homineʒ videlicet creat facultas est quę semini inest. Illa vero quę ex aliquo significātia habentur: quarto quę post naturalia sunt disseruit. Quod vero inquit ex calumnijs maledicta: ex maledictis pugnā: ex pugna vulnera: ex ipsis interitus fieri: talem quidem contrariorum congeriem epicarmus fabricā appellauit. Eę autem fabricę causę sunt: vt ex aliquo motus principium vt efficiens videlicet causa procederet.

¶ Quae omnia eo referuntur: vnde principium motus: quale id quoqʒ: quod modo diximus ⁊. pars enim quaedam totius discordiae calumnia est: sed aliquorū extra quod mouerit: est vt ars extra sum opus est: ⁊ lucerna extra domus incendium. cum itaqʒ tot modis aliud ex alio fiat: semen in altero de duobus his

esse: apertum est: vt enim ex eo: vt
materia: aut vt ex primo: qd moue
rit est: quod gignitur. non enim vt
hoc post hoc: quomodo ex Pana/
thenaeis nauigatio: neqꝫ vt ex con
trario contrarium. gignitur enim
contrarium ex contrario: quod cor
rumpitur: ⁊ aliud quippiam subijci
oportet: ex quo primo immanente
fit. Igitur in vtro nam de duobus
illis constituendum sit semen: cōsi/
derandum est: vtrum vt materia: ⁊
patiens: an vt forma: ⁊ agēs: an eti/
am vt vtrunqꝫ. vna enim cum ijs
fortasse declarabitur: ⁊ quonam pa
cto ex contrarijs generatio fit: om/
nibus ijs: que semine oriuntur. naꝫ
ea quoqꝫ generatio: que ex contra
rijs fit naturalis est. alia enim ex con
trarijs oriuntur: mare dico: ⁊ foemi
na: alia ex vno tantum: vt plantae
omnes ⁊ animaliū nonnulla: in qui/
bus non distinctus: seorsumqꝫ con/
stitutus ē sexus maris: ⁊ foeminae.
Genitura igitur id vocatur: quod
a generante proueniens causa est.
quae prima obtineat pricipiū gene
rationis: videlicet in ijs: quae coire
natura voluit. Semen autem est:
quod ex ambobus coeuntibus illis
originem trahit quale semen plan/
tarum omnium est: ⁊ animaliū non
nullorū: in quibus sexus distinctus
non est: velut id. quod ex mare ac
foemina primuꝫ miscetur: quasi cō/
ceptus promiscuus quidaꝫ: aut ani
mal haec enim iaꝫ habent: quod ex
ambobus requiritur. Semē: ⁊ fru/
ctus inter se differunt: prioris: poste
riorisqꝫ rōne. fructus enim quod ex
alio ē: semen ex quo aliud. nam alias
ambo idem sunt.

Causarum Autem quas recensuit
quorundam quidem in
ipsis motus principium est. Si eniꝫ calūnia
totius discordię pars: ⁊ partes in toto sunt:
indiscordia calumniam esse certum est. quo/
rundam vero extra: si enim quispiam accen
sa lucerna domum foeno repletam incende/
rit ipsaqꝫ ablata recedat: lucernā accensę do
mus causam extra ipsam esse certum est. Cū
igitur quę ex aliquo significantia sunt posuis
set: hoc adducit: quę fiunt: quod ex semi/
ne fiant dicendum sit: aut ex eius materia fie
ri: aut ex illo quod primuꝫ mouet dicere ne
cesse est. Quod vero primuꝫ mouet efficiēs
causa est. neqꝫ enim hoc: post hoc esse: vt ex
panathenęis nauigationem dicere opus est:
neqꝫ vt contrarium ex contrario: in contra/
rijs enim altero corrupto: alterum oritur: vt
albo corrupto nigrum fit: ⁊ in aliquo subie/
cto visuntur. Itaqꝫ si Alexander ceu ex con
traria re semine videlicet procreatus est: quē
admodum nigro aliquod subiectum est: ita ⁊
alexandro subiectuꝫ aliquod esse fuit necesse:
⁊ sic Alexander accidens esset. Alterum igi
tur de duobus capiendum est: vtrū quę fiūt:
vt ex materia: ⁊ paciente semine: an ex for/
ma ⁊ efficiente fiunt. Quod enim in his quę
natura fiunt: forma: ⁊ efficiens idem sint sę
pe iam dictum. Utrum igitur semen mate/
ria an forma: ⁊ efficiens est: an ⁊ materia: ⁊
forma habetur? ⁊ quonam pacto ex contra/
rijs ea quę facta sunt fieri dicimus ex his si/
mul perspectum reddetur: quia generatio
quę ex contrarijs fit naturę ordine est. Sciē
dum quidem: generatio de qua primo natu
ralis auscultationis explicatū est: ab hac quę
hic adducitur diuersa est. ibi enim ex cōtra/
rijs ea quę fiunt fieri sic dicebantur: vt alte/
ro contrariorum corrupto alteruꝫ fiat: vt pri
uatione corrupta forma fit: ⁊ econuerso: hic
vero: illud ex contrarijs: ex congressu vide/
licet conuētuqꝫ contrariorū: quemadmodū
ibi priuationem: ⁊ formam: hic mareꝫ: foemī
namqꝫ contraria asseuerat. Itaqꝫ: si hic ex cō
trarijs animalia fieri diceres idem est: ac si
ex congressu: coituqꝫ maris: ac foeminę fieri
contendas. Sed quędam quidem eorū quę
fiunt: ex cōtrarijs quę nuper memorauimus
mare vꝫ ⁊ foemina oriuntur. Quędam autē
ex vno tantum vt de stirpibus perspectū fit:
ac quonam pacto stirpes tum quideꝫ ex vno
tantum: tuꝫ vero ex duobus oriantur in fine
pręsentis libri plane differet: et alalia quędā
in quibus mas ⁊ foemina haudquaquam di
stincta habentur: ab vno ortum capiunt. si/
ue: neqꝫ plantę: nec vllum animalium gene/
ris (quemadmodū inpresenti opere vt dictū
est memorabit) ex vno sed duobus oriuntur.
Cum hęc asseruisset: genituram a semine di/
uidit: ⁊ inquit: genitura quidem dicitur cau/
sa quę ab eo quod generat: idest a mare pro/
ficiscitur. Hęc vero prima causa: ⁊ quę gene
rationis principium: ⁊ facultatem contineat
nuncupatur. Semen vero quod ex vtroqꝫ

mare vz ⁊ foemina principium habet: vt plã tarum genera: ac animalium quorundã sunt recte diceres. Ut enim illud quod ex mare ac foemina prouenit: cuz prima commistio: siue vt partꝰ: vel animal quoddam: ⁊ si nondum ex vero animal fit: tale autem temperamentum: constitutioqz ex genitura: menstruisqz fit. Quemadmodum igitur talis cõmistio: siue partus: vel temperamentum: aut animal: siue qd aliud tale appellare necesse est. vtriusqz maris videlicet ac foemine principium: facultatemqz continere: ac ex vtroqz ꝯstitutũ esse recte appellari queas. quemadmodum vinomel ex vino: ⁊ melle mistio habetur: ita ⁊ semen: fructus inquã mistio maris ⁊ foemine principij est. Quod vero inquit: ⁊ iam hec habent quod ex ambobus requiritur. illud videlicet hec: de fructibus ⁊ stirpibus asseruit. Habent eniz (vt in ꝑsentibus ostendetur) tum fructus: tũ stirpes in se ipsis ad partus similitudinẽ maris: ⁊ foemine principium. ⁊ fructus qdez quod ex alio procreatum: semen vero quod aliud efficit est. Triticum quidem quod in sulcos decidit semen: quod vero ex ipso ꝓcessit fructus nuncupatur.

❡ Natura autez prima eius. quod semen vocatur: quaenam sit: exponenda latius est. Quodcunqz in corpore accipimus: aut partem esse secundum naturam vel dissimilarem vel similarẽ necesse est: aut praeter naturam: vt vel papulas: vel excrementum: vel colliquamentum vel alimentum. excrementum appello reliquias alimenti: colliquamentũ quod ex incremento secernitur resolutione praeter naturaz. Sed nullam id esse partez vel similarez: vel dissimilarem: apertum est. nihil ex eo quamuis similari constituitur: vt ex neruo: aut carne.

Quoniam Semen ingenituram q̃ ex maris: foemineque congressu coituqz fit: Socratis videlicet et Xantippis diuiditur: illam inquam que a mare coitus tempore emittitur. Quodque peculiari nomine genitale semen nuncupat: hoc vtranqz in se maris videlicet ac foemine facultatem vt fructum continet. ⁊ cum primum de genitura quid nam sit disseruisset: ab his ꝯ proximo: ac deinceps de seminе explicat. Quoniam que nã prima ipsius seminis natura: quid genitura videlicet dicendum sit: ⁊ quod prima inquit: tale est ac si prius diceret: vt ita sit quod dicitur: seminis vero natura modo quo prius dicta: talis autem genitura est: qualis nã hec est diccẽdũ sit. colliquamentum autem ex caliditatis que preter naturam in animalibus fit incoatur. Cum. n. plurima preter naturam caliditas in aliquo animalium subsequitur: carnes ab ipsa quemadmodum adeps in sartagine igni adhibita liquescunt: ac cuz humido: siccoqz excremento extra emittuntur: ⁊ in excremento humido quale in aqua oleum cernere est supernatant. est igitur colliquamentum inquit quod ex incremento resolutionis que preter naturam fit secernitur: incrementum resolutas carnes caliditate preter naturam causante nuncupat: ipsas incrementum quod ab discreto in corpore alimento augeantur appellauit. Cuz hec asseruisset: semen non esse partez apertum est inquit: si enim esset: vel similaris: vel dissimilaris esset certum est: dissimilaris igitur haudquaquam est: quod autem similaris sit plane patet. Sed neqz similaris quidem: si enim similaris esset: ex ipso: ⁊ alio quoddaz: vt ex carne neruoqz ac osse digitus constitui aliquid dissimilare fuit necesse. Nihil autem ex dissimilaribus ex semine: ⁊ alio quoddaz constituitur.

❡ Quoniam etiam cum caeterae omnes separatae sint: ipsum separatuz nõ est nec vero praeter naturam est: neqz naturae oblesae vitiũ cum in omnibus insit: ⁊ natura ex eo ipso oriatur. alimentũ plane res aduentitia est. Itaqz aut colliquamentum aut excrementum esse necesse est. veteres quidem autores opinari videntur: id esse colliquamentum. Quod enim ex toto secedere: propter motus calorem dicit vim habet colliquamenti. colliquamenta autez praeter naturaz sunt: nec quicquam secundum naturam oriri potest ex iis: quae ꝑter naturam sunt: excrementum igitur esse necesse est. At omne excremetum aut alimenti inutilis est: aut vtilis. Inutile dico: a quo nihil praeterea naturae suppeditetur: sed quo plus

absumitur: eo magis natura vitiatur: vtile contra: sed enim non tale excrementū id esse constat: eo quod iis: qui vel etatae vel morbo pessime se habēt. genus hoc excremēti plurimum inest semen minime: aut enim nullum oīno: aut non ꝓlificū propter inutilis: ac morbidi excrementi permistionē: ergo vtilis excrementi pars aliqua semen est: vtilissimum autem: quod vltimū est: & ex quo iam vnum quodq; gignitur membrum. est enim tum prius tum posterius. primi igiť alimenti excrementum pituita est: & siquid aliud eiusmodi est. pituita enim alimenti vtilis excrementum est: cuius rei indicium quod permistum cum cibo puro alere potest: & labore absumitur. vltimum autem parum admodum explurimo relinquitur alimento: sed intelligendū per exiguo augeri quotidie animalia: & plantas. nam nisi ita esset: additione pluris eadem vel minima modum excederent magnitudinis. igitur cōtra quā veteres putarunt dicendū est. Cum enim illi: quod ex toto secedat: semen esse fateantur: nos quod ad totū suapte natura faciat: semē esse fatebimur. Cumq; illi colliquamentum dicant: nos excrementū potius esse statuimus. quod enī vltimum accedat: & excrementum vltimi sit id simile esse probabilius est: proinde vt pictoribus saepenumero aliquid andriceli: id est purpurissi remanet simile eius quod consumpserint. Tabescens autē quodq; & colliquescens corrumpitur: & degenerat. argumentū non colliquamentum: sed excrementum potius esse illud est: q animalia magni incrementi minus foecūda parua foecundissima sunt: plus enī colliquamenti esse in magis necesse est: sed minus excrementi. quippe cum in corpus magnum copia absumitur alimenti: itaq; parū fit excrementi.

Item Alię omnes partes separatę: et per se sunt: essentiam vero coit' tempore semen accipit: paucis enim prorsus ante coitus tempus: plerisq; in ipso coitus tempore ad esse solet. Quoniam igitur partes nobis semper ad sunt: semen vero non semper sed aliquando: partē esse illud minime dicas. Nec vero pręter naturam semen: neq; vitium est: semen quidem omnibus: vitium vero non omnibus inest. & quidem ex semine quę naturę ordine procedūt oriuntur: ex eo vero quod ꝑter naturam est nihil procreatur: itaq; nec vitium semē: nec illud quod ꝑter naturam est. Sed iam nec alimentum semen est: nam alimentum aduentitium: & ab extra progreditur: semen vero proprium quidem & ex nobis ipsis foras proficiscitur: restat itaq; aut excrementum: aut colliquamentum genituram fieri. sed quoniam (vt diximus) colliquamentū quod ex carne propter calorem secedit est. & veteres quidem a toto corpore semen genitale progredi premotus qui in coitu fit calore opinati sunt: colliquamentum genituram appellare videntur: sed colliquamentum quidem non est. propterea plane subinde sit: excrementum igitur appellare illud necesse est. & excrementum vel alimenti vtilis: vel inutilis. Sciendum autem inutilis alimenti excrementum dici cum per quam minima inmissi alimenti portio ad digestionem difficilis: & nequam fit: siue simpliciter vel aliqua ex parte digeritur: secernitur q;: reliquum vero omne exuperat: hoc quidē quod exuperauerit inutilis alimenti excrementum dicit. Sed et quod concoctum: secretumq;: cum plus nimio parum ac nequā est inutile quidem. Quod enim ab nequā alimenti: & mali saporis secretum est & ipsū tale nequā fit. Sed & si quod a boni saporis alimento secretum fuerit: nec illi qui eo vti tur conducat: nequam fit. Alimentū enī simplex & vtile: quales phasiani: pniceśque esse pōt: atqui morbo aliquo affectus & si a boni saporis alimento secretum fuerit: inutile: maliq; saporis esse posset. inutile enim quod secretum: ac exuberans est appellat. vtilis enim alimenti excrementum quod cōtrarium inutilis est. Cum enim omne fere alimentum secretum fuerit: parua vero portione aliqua quę in alimentū verti possit exuperante hoc iam vtilis alimenti excrementum est. Vtriusq; igitur alimenti excremēta talia habentur. Sed age iam: cuius nā alimenti semen excrementū sit inspiciamus:

quod inutilis alimenti non sit certum est: qui
enim ex morbo aliquo male se habent: aut
extremo confecti senio sunt: his inutilis ali-
menti excrementum: semen vero haudqua
quam est. Itaqꝫ si semen inutilis alimenti
excrementum esset: se male habentibus hoc
inesse oporteret: hi enim plurimo inutilis
alimenti excremento prędīti sunt: non igitur
genitura inutilis alimenti excrementum est:
semen igitur utilis alimenti excrementum
quoddam ⁊ pars habet. pars vero inqt: eo
quod omne quod exuperauit: a quo exupe-
rauit eius pars est. ⁊ quoniam utilis alimen
ti hoc quidem primum est: ut panis: vinum:
⁊ similia: nouissimum vero quod secernitur:
ac quamlibet partium alit hoc autem subti
lissimum sanguinem dicas non ergo primi
alimenti genitura: sed nouissimi excremen-
tum est. accomodatissimum igitur: ac uti-
lissimum alimentum quod nouissimum san
guis vꝫ est. a quo iaꝫ omnes quęqꝫ partes pro-
creantur aluunturqꝫ. Huius igitur nouissimi
alimenti genitura excrementum est. sanguis
enim q ex primo alimento subtilissimus natu-
ra ministrante concoctusque (primum qui-
dem subtilis dehinc concoctus efficitur) ac
ad singulas partes diuisus: ⁊ per omnia se
cretus: nec non valde ipsis adherens fit.
Hui⁹ subtilissimi sanguinis portio quę a na
tura non retinetur: (parum enim omnino
quod non retinetur est) tale igitur quod nō
retinetur: neqꝫ sic concoquitur ut in carnem
vertatur: sed alia quędam mutatione: conco
ctioneqꝫ digestum: mutatumqꝫ relinquit.
Illud in semē verti dicim⁹ qd a sanguine lōge
diuersum existit. si enim eādem alterationē:
concoctionemqꝫ: quam unde carnis creatio
fit nec aliam semen sentiret: ⁊ illud caro fie
ret: itaqꝫ alterationi: concoctioniqꝫ sed di
uersę obnoxium redditur. talis quidem
sanguis in paucis animalium: nec sępe: ab
ipsa (ut dictum) natura ante coitus tempus
tali concoctione concoquitur: ex qua semi-
nis constitutio fit: ac genitura substantiam
suscipit. ceterum naturę tale propositum est ⁊
ipsa primum ac pręcipue nititur sanguinem
ad talem mutationeꝫ redigere: unde carnis:
⁊ reliquorum creatio causaretur. Cum ve-
ro hoc agere nequit: tunc secundi ordinis
motum peragit: ⁊ illum in geniturę ac semi
nis naturam: formamqꝫ cōmutat: ⁊ hac de
causa: hominum nonnulli animaliumqꝫ etiā
ante coitus tempus (ut memorauimus) sed
pauci: nec sępe genitura prędīti sunt. Cum
a proprii muneris natura perfectione fru-
stratur: ante coitus tempus talem concoctio
nem: ac seminis creationem peragit. id autē
plerūqꝫ: ac pluribus ipso coitus tempore ac

cidere solet: tunc enim ⁊ sanguis: q creatus
iam ac in carnis speciem redactus est conco
quitur: ⁊ alterationem quam ⁊ genitura con
sequitur. Tali autem concoctione calidita-
te ex motu qui coitus tēpore fit causante san
guis concoquitur: nam talis motus: ⁊ calidi
tas quę ex ipso sequitur cum naturali motu
vehementior sit quod a natura concoctum
fit ⁊ quod iam in carnem pene conuersum:
redactumqꝫ est arripit: ⁊ in formam: natu-
ramqꝫ redigit geniturę. sed de hys rursus
cum ⁊ ipse de hoc memorabit referemus: at
unde digressi sumus reuertamur. Nam du
plex esse excrementum asserebamus: ⁊ pri-
mi quidem alimenti primum excrementum
pituitam: nouissimi vero: ⁊ finalis excremen
tum genituram esse fatemur. Omne enim
quod non eo quo naturę propositum sit addi
gitur ⁊ si utile sit: excrementum nuncupa-
tur. Quoniam igitur sanguis non in carnis
quo natura intenderat: sed in geniturę for-
mam abyt: nouissimi alimenti excrementum
utpote illud qd exuperarat nec in carnē con
uersum sit iusta ratione appellareo. Nam pri
mi (ut dictum a nobis est) alimenti: ⁊ primus
excrementum pituitam nouimus. Nouis-
simum vero excrementum minima plurimi
scilicet alimenti portio quod semen: ⁊ geni-
tura est: ex plurimo alimento minima pars
efficitur. Et causam qua minimum semen
excrementumqꝫ ex plurimo sanguine: ⁊ ali-
mento fit aristoteles ostendit: ubi inquit: ex
his per exiguo augeri quottidie animal et
plantas intelligendum. Hoc nobis quod me
morauimus satis ut arbitror ex his quę refe
remus perspicuum reddetur. Cum ex ani-
malium corporibus indies plurimum deflue
re inspiciamus: plurimo etiam alimento ut
quod deest atqꝫ defluxit expleatur opus est:
cuius gratia animalia non modo alimento
ut illud expleant: sed ut ad augeāt indigēt.
His huiuscemodi procedentibus: cum pri-
mum alimentum panis videlicet ⁊ vinum:
ad tam multi sanguinis procreationem non
sufficiat: quę satis explemento: de hinc ad-
dicioni unde incrementum proficisceretur es-
sent: aut nihil penitus ad seminis procreatio
nem: aut per quam minima portio reliqua
fuerit: ⁊ tunc in eius emissione natura a mo-
tu qui coitus tempore fit vim quodāmodo
ceu tyrāni experiri coget. quoniā igitur plu-
rimo alimento ad quod defluxit explemen-
tum opus est: tum alio plurimo quod adda
tur ad illud quod explementi gratia sumptū
fuerat tunc incrementum efficitur. Si enim
quantum defluxerit tantumdem secernere-
tur: quod alimentuꝫ suscipere debet nullate
nus incrementum sentiret: sed tunc cū ęquā

illi quod defluxit portionem sumpserit: tum aliam adiciat tunc illud augeri manifestum habetur. Quoniam igitur ꝛ ad incrementum plurimo alimento opus est: quo nam pacto primum alimentum ad plurimę genituræ procreationem sufficeret? genitura igitur non ob exuperantiam diuisi per partes alimenti: sed postratione potius: ac tyrannidę aduenticiy motus fit. vt exempli gratia si quis a panis portione quę vni tantum sufficeret homini altero impartiretur: quis nam mentis compos cum id inspiciat ab exuperante pane ꝛ alio alimentum non autem ex posteratione potius: defectuq; alimenti quod vni sufficeret diceret prohibuisse? ꝛ semen hoc pacto abstractio quędam: ac alimenti portio quod ad singulas sufficeret partes nõ autem exuperantia est. quod vero ex plurimo alimento in singulos dies adhibito: quam minima adiectio: ꝛ ex ipsa interposita mora incrementum sequitur: nobis hoc argumento plane patet. Alimentum enim verbi gratia quinquaginta dierũ interuallo secretũ: vix quidem ad vnguis crassitudinem excresceret. Si enim ex modico alimento vt si diceres hodierno ad quod defluxerat expletionem: ꝛ incrementum aliquod fieret: tum ex crastino aliud tantumdem incrementi adderetur: ꝛ ita in dies singulos procederet: immensa quidem essent: ꝛ ad magnorũ montium instar animalium corpora augerẽtur. etenim tam ꝛ si plurima interposita mora incrementum quod singulis diebus fit efficit: nihilo tamen secius cũ dies quibus fit hoc numerosi habeantur: animalia immensa fieri cõsentaneum esset. Cum igitur genituram vtilis alimenti excrementũ esse ostenderet: addidit: contra igitur quam veteres putarunt dicendum est. illi quidem semen: genituramq; quod a toto corpore progredit: nos vero quod ad totum suapte natura faciat semen esse fatemur. Semen enim suapte natura: quoniam vtilis alimenti excrementum est in toto corpore esse: videlicet omni parte simile fieri potest. Quemadmodum enim nouissimum alimentum ex quo exuperauerat semen: caro ꝛ neruum: ac reliqua procreata sunt: ita ꝛ ipsum suapte natura partibus simile esse potest: quia suapte natura fieri potest hoc facile sequeretur: nisi motus qui a coitu proficiscit ceu tyrannidis cuiusdam vi illud a natura neruos: ꝛ carnes: ꝛ reliqua creante abstulerit. Et veteres inquit illud colliquamentum appellauere: nos vero excrementum dicimus: quod enim vltimum accedat: ꝛ excrementum vltimi fit: id simile esse probabilius est. illud autem quod vltimum accedat nouissimum alimentum quod sanguis est: quod vero superat semen ac genituram nuncupat. At quidem eius quod vltimum accedit excrementum vel quod exuperat genitura sit iam dictum. Quę vero asseruit alia quędam habentur ac si diceret: enimuero quoniam ab eo quod vltimum accedit carnes: ac nerui: ꝛ reliqua similaria procreantur: omnia hęc ꝛ semen perficit: sanguinem: ac genituram paria ad inuicem esse optime rationis est. ex quibus enim eadem procreantur: eadem ꝛ similia ad inuicem sunt. Quę vero sanguis creat: similarium (vt dictum) ortus fit: hęc cuncta ꝛ semen peragit. simillima igitur ad inuicem ꝛ eadem sanguis: ac genitura sũt. itaq; sanguis qui nouissimus accedit: ꝛ nouissimum alimentum est: genitura similis quam eius excrementum est habetur. purpurissũ autem: verbi gratia Socratis imago: quę ex coloribus pictoris opera deducta est: nuncupatur. Quemadmodum igitur in picturę arte colores qui in vasculis superant similes illis qui consumpti sunt ad generationem: creationemq; purpurissi fiunt: ita ꝛ excrementum quod genitura est consumpto sanguinis ad carnis: ꝛ aliorum similarium procreationem similis est. Cũ vero semen sanguini vnde exuperauerat simile esse asseruisset: diuersa quidem hęc inuicem apparent: cum alter rubeus: alterum vero album sit: tunc huius gratia addidit: tabescens autem: ꝛ colliquescens totum ab ipsa sui natura extractum ē. Quod vero inquit potentia tale habetur. semen quidem sanguini potentia simile est. vis a motu qui coitus tempore fit liquescit: commutaturq;: ac album efficitur. ꝛ hic quidem hęc tantum de eius altitudine prosecutus est: de qua in eo qui sequitur libro accuratius disseret. Quod autem semen colliquamentum nõ sit: illud ad ea quę retulimus satis est argumenti: quod maiora animalia infecũdiora sint: cum ipsa plurimo colliquamento exuperant. si semen colliquamentum esset: ipsa plurimo semine essent prędita: si hoc ꝛ fecũdiora quidem essent.

¶ Item locus secundum naturam nullus colliquamento datus est. sed fluit quocunq; facilius ferri potest. At naturalibus excrementis omnibus locus praescriptus est. Verbi gratia: alimenti sicci excrementis aluus: humidi vesica: vtilis ventriculus: seminalis vterus: genitale: mammae: in ea enim loca se colli-

gunt:atq3 confluunt. Testimoniu3
etiam faciunt ea:quae eueniunt:vt
semen qđ diximus id fit: quae ideo
accidant quia talia excrementi na-
tura est. dissolutio enim:⁊ imbecilli
tas manifesta consequitur: vbi vel
minimum id secesserit:vt quasi cor-
pus eo fine priuetur. qui demu3 ab
alimento afferratur. pauci vero q-
dam ⁊ breui tempore per aetatem
leuantur:cum id secedit: videlicet:
vbi copia superarit: quomodo ali-
mentū. primu3 si vbi modum exces
serit emittit: melius corpori cedit.
leuat etia3 cu3 secum alia trahit ex-
crementa non enim solum semen &
quod erit sed etiam aliae permistae
facultates cum eo secedunt: quae
in salubres sunt. quaobre3 nonnul-
lis in prole aliquādo est:quod emit-
titur: quia parum seminis habet: s3
eni3 plurimis:⁊ magna ex parte ita
accidit:vt venere exolvantur:debi
litenturq3 ob eam: quam diximus
causam. Ad haec semen: nec in pri-
ma aetate:neq3 in senectute: neq3
in morbis est:carent hoc aegri pro-
pter imbecillitatem senes:quia non
satis eorū natura potest concoque-
re. pueri propter incrementum ab
sumitur enim totum alimentum in
corporis desyderium:priusq3 ali-
quid excrementi remaneat: quin-
quennio nanq3 fere corpus in ho-
mine quidem dimidium capere vi-
detur omnis magnitudinis: quae
reliquo toto tempore compararetur
multis autem:⁊ animalibus:⁊ plan
tis euenit. differentia in ijs ipsis tu3
generi cum genere:tum etia3 in eo
dem genere consortibus speciei in-
ter se:vt homini cu3 homine:⁊ viti
cum vite alia enim multu3 seminis
edunt: alia parum: alia nihil oino.
idq3 non prae imbecillitate: sed con
tra nonnullis euenit. absumitur eni
in corpus: vt hominum nonnullis:
qui vbi per habitum corporis bo-
nu3 carnulenti aut pinguiores eua
serint:minus semen emittunt: mi-
nusq3 rem venerem expetunt:simi
lis ⁊ vitibus affectio incidit: quae
nimia alimenti copia luxuriant: ⁊
hircire tantisper dicuntur. Nam ⁊
hirci pinguescentes minus seminis
habent. quamobrem eos solent an
te extenuare: ⁊ vites hircire ab ea
ipsa hircorum affectione dixerunt.
viri etiam mulieresq3 pingues mi-
nus foecundae esse quam non pin-
gues videntur. quonia3 in vegetio
ribus excrementū concoctum tran
sit in pingue. na3:⁊ pinguedo excre
mentu3 est bonitate substantiae sa
lubre. sunt quae nullum afferant se
men: vt salix: vt populus. Itaq3
aliae quoq3 eius affectionis causae
reddi possunt. nam ⁊ per imbecilita
te3 non concoquunt: ⁊ per virium
bonitate3 absumunt (vt dictu3 est)
Simili modo diuturnia quoq3 ⁊ fer
tilissima sunt: alia propter vires:
alia propter imbecillitate3. multu3
enim atq3 inutile excrementu3 per
miscetur: vt vel morbi nonnullis cō
trahantur:cum non bene purgatio
cessit:⁊ alij euadunt:alij obeūt mor
tem. tabescunt enim eo modo. quo
per vrinae profluuiu3. nam id quo
q3 vitium iam aliquibus accidisse
certum est. Item meatus idem ex-
crementi:⁊ seminis est. quibusq3 ex
crementum amborum tam sicci: q3
humidi alimenti: ijs quo humidi eo
de3 seminis quoq3 secretio agitur.
humidi eni3 excrementum est. nan
q3 omnium alimentum humidum
potius est. At vero quibus hoc de
est ijs ea parte: q̄ cibi sicci sedimen-
tu3 tendit:semen quoq3 secernitur
addo etiam quod colliquatio. ⁊ ta-
bes semper morbosa est. excremēti
emissio semper vtilis est. seminis se
cessio in ancipiti versatur quoniam
aliquid alimenti inutilis assumit. At
si colliquatio esset:semper noceret:

quod non facit: semen igitur excrementuz esse alimenti vtilis: atq; vltimi: siue omnia semen emittunt: siue non. in iis tamē: quae emittunt. ita esse apertum iam est.

Item Colliquamentis nullus secretus locus datus est. Sed fluit quo facilius ferri: ac trahi siue per semen: seu per sedimentum pōt. Omnibus autem quę secundum naturam sunt excrementis prescriptus ab ipsa locus datus est: vnde: quoniam ⁊ seminis locus prescriptus: excrementum: non colliquamentum est. Testimonium etiam faciūt ea quę eueniunt: quod ea quę diximus semē sit. Hęc vero accidunt. hęc autem quę accidunt a semine inquit. Cum vero nuper dixisset: huius quidem propositi initium: ⁊ quę sequuntur vt primum de semine quid naz sit accipiamus: ita enim ⁊ officia ipsa: ⁊ quę officijs accidunt facilius cōsiderare poterim⁹. Et nos quidem cum hanc partem prosequeremur quod visum est disseruimus. quę nam ea quę accidunt sit ipse de proximo referet: Quę ⁊ a nobis suo loco explicabuntur. Cuz igitur asseruisset quod primuz de semine qd nam sit accipere necesse est: ac rationibus illud esse excrementum nouissimi ⁊ magis vtilis alimenti ostenderet: ad hęc quę sequunt̄ impresentia edisserit. Testimonium etiam faciunt inquit: ⁊ quę accidunt: ⁊ quę ipsum semen sequuntur: quod eius natura excrementum magis vtilis alimenti sit. Dissolutio enim ⁊ imbecillitas quę minimo a nobis semine procedente fit palam fatetur: resolutio enim fit cum corpora huc qui ex alimēto ⁊ explemento subsequi solet priuantur. Quod enim alimentum fieri debebat: ⁊ iaz pene extitit: colliquatum quodammodo: et p dissolutionem cōuersum ex natura: formaq; in quā ferebat̄: corpore absq; alimento destituto in seminis naturam abijt. Quod autez inopiam resolutio penitus sequatur: cuz omnibus perspectum habeatur demonstratione haudquaquam opus est. etenim ⁊ si plurifariam dictum pręter eo qui in coitu fieri solet motu alimentum in seminis naturam concoqui: tum hic denuo referemus. Sciendū autem non omnibus: sed quibus coitus tempore semen constituit: eo quod proprio fraudātur alimēto resolutionem euenire solere. Quibus autez hęc: vt ante coitus tempus cōstituatur accidit: qui quidem pauci admodū sunt: his hęc tum quod ante parato exhuberant. Tuz quod pre eo qui in coitu motu fit necessario constituit̄. Tales leuamentum potiusquam dissolutionem sentiunt: cum quod exuperauerit renes pondere degrauat: ⁊ qd egreditur semen potius ⁊ alia quędam excrementa secum extrahat: ⁊ huius gratia his corpus magis leue redditur. Sed quęret qspiam. Si pluribus coitus: tempore seminis origo fit: quonam pacto animalia quę ante coitus tempus eo pdita minime sunt irritarentur: at mouentur illa: nec non coeundi cupidine tanguntur. verum non a solo penitus semine: sed potius: ac maxime ab animę generante facultate ea irritari fatemur. siquidē ⁊ ante coitum semen fieri acciderit: ab hoc etiam animalia irritatū iri certum est: nec autem ab eo irritātur. Ad hęc inquit: ⁊ prima quidem ętate: ⁊ senio confectis: ⁊ in morbo fieri colliquamentum solet: semen vero nequaquam: semē igitur colliquamentum non est. Cum autem semen tum morbo affectis: tum senescentibus: impotentię: imbecillitatisq; causa haudquaqua fieri dixisset: (in his minime quidem motus fit a quo semen construitur) sed nec in prima ętate quidem qd ⁊ ipsa talium cognitiōe priuetur: tū etiā p ea quę in nobis caloris exuperantia fieri solet q omne superuacuum adimit hoc idem fit: qd ex his quę adducētur perspectuz reddet̄. Nā homines bona corporis valitudine pditi: ac salubi eo minus semen emittūt: quod omne alimentum ob corporis salubritatem in carnes: ⁊ reliqua similaria absumit̄: ac nihil reliqui fit: quod vt illi carnosi admodum sint causę habetur. Si vero hi ob hāc quā addiximus causam semē nō emittunt: ⁊ illos quī in prima ętate sunt nō emittere optime rationis est. talis quędam ⁊ luxuriantibus hoc est hircitibus vitibus affectio accidit. Nullos enim tūc ⁊ ipsę fructus edūt. Nam siqs in vitibus lutiles palmites: in hyemali vel circa hyemale solsticium ferro resecet: hoc quidem a plerisq; vitiū amputatio: purgatioq; palmitum appellari consueuit: Siqs inquā vites amputauerit reddent fructum. Si vero minus: copia luxuriāt: ⁊ ex eo qd priores palmites in immodicam lōgitudinez porrigantur: tum ⁊ alij plurimi pullulant quod in ipsos: quod a terra procedit alimentū absumitur infoecundę vites efficiuntur. Ut.n. ipsę quod fructum nō proferant in plurimos palmites effunduntur: ita ⁊ animal hac de causa carnulentum euadit. Quemadmoduz in vitibus alimentum quod ad racemos alendos pergere deberet cum in ipsos absumitur eas in plurimos palmites diffundit: ita ⁊ in animalibus euenire solet: quod in seminis procreationem procedere alimentum debuerat: in carnes consumptum: carnulentos tales homines: ac animalia efficit. tales igitur vites in plurimos effusę palmites: infoecun

deqꝫ ab hircorū affectione hircire dicunt.
⁊ hi enim pinguescentes minus seminis con-
tinent. sed ⁊ pinguedinis qd naꝫ ipsa sit de-
finitionem peragit. pinguedo excrementum
est bonitate substantię salubrę: ⁊ substantiaꝫ
calorem qui nobis insitus est appellat: nam
animaliū substātia fere insitus calor est: quo
extincto animal destruitur. enimuero litera
hic imperfecte posita est: quę ait: simili modo
diuturna: ⁊ fertilissima sunt: hoc sic explen
dum esset. Simili autem modo ⁊ breui tem
porea: ⁊ diuturna: ⁊ infoecunda: ac foecun
da sunt: breui temporea quidem imbecillitā
tis: diuturna vero salubritatis causa: eodeꝫ
pacto ⁊ quę minus semine exuberant imbe-
cillitatis gratia prouenit vt in morbis occu-
patis fit: ⁊ salubritatis causa qd vegetiores
existunt idem accidit. Quinetiam imbecilli
tate causante plurima seminis effluxio quae
gonoria a gręcis dicitur fieri solet: q̄ quo naꝫ
pacto fiat de proximo referet. Quemadmo-
dum in caloribus qui pter naturam eueniūt
carnes liquescunt: ⁊ egrediuntur: (talis.n.
affectio vt diseruit colliquamentuꝫ nuncupa
tur) ita ob aliquam intemperiem: imbecilli
tatemqꝫ naturę nouissimum: ⁊ vtile alimen-
tum in morbosi seminis naturam resoluitur:
⁊ qui talem patiuntur morbum gradientib⁹:
stantibusqꝫ ac dormientibus ipsum effluit: q
morbus a medicis gonori a seminis videlicet
effluxus nuncupatur. Siquidem cuꝫ tale ex
crementum quod inutilissimum: ⁊ pter na-
turā sit facile pcedit: ac foras egredit: affectus
valetudini restituitur: sin minus morteꝫ obit.
Quod vero tabescunt eo modo inquit: po
tentia tale est. vt carnes quidem humido ex
cremento: ita ⁊ inutile excrementum cū vti-
li egreditur. inutile autem qd gonoria di-
citur: vtile vero quod mare: ac foemina coeū
tibus fit statuimus. Ad hec: cum ideꝫ mea
tus excremēti: ac seminis sit: ⁊ hoc colliqua
mentum semen non esse indiciū est. semē.n.
qui pene pditi sunt: per ipsum tantum vnde
⁊ humidi alimenti excrementum egredit.
At colliquamentum tum per penem: tum p
sedimentum procedit: non igitur semen col
liquamentum dicere queas. Ubi vero inqt:
humidum.n.alimentuꝫ omne potius est: hoc
quam verissimum: etenim ⁊ siccum alimen-
tum primum humectatur: ac dehinc in san-
guinis naturam vertitur. Sed vbi asserit: q
bus autem hoc deest ea parte qua cibi sicci se
dimentum tendit. illud quidem ea parte: de
humidi alimenti excremento dictum est. est
autem quod dicit tale: quia quę humidi a-
limenti excremento carent: vt quę auiuꝫ ge
neris sunt: hęc qua ⁊ sicci alimenti excremē
tum semen emittunt.

¶ Post haec cuiusnam alimenti
sit excrementuꝫ: ⁊ de menstruis dif
ferendum est (fiunt enim innonnul-
lis viuiperis menstrua) nam his de
claratis apertum erit: ⁊ vtrum foe-
mina semē emittat: vt mas: fiatqꝫ
vnum ex ambobus seminibus mi-
stum: an nullum semen a foemina
secernatur: ⁊ si nulluꝫ: vtrum aliud
quippiam conferat foemina ad ge-
nerationem: sed locum tantummo
do prebeat: an aliquid conferat: id
qꝫ quo nā pacto: ⁊ quomodo. Sed
enim sanguinem esse vltimum ali-
mentum in sanguinario genere ani
malium: proportionale autem in ex
angui: dictuꝫ antea est. Uerum cuꝫ
semen quoqꝫ excrementum sit ali-
menti: eiusqꝫ vltimi: aut sanguis:
proportionale ve ē: aut ex iis aliqd:
sed cuꝫ ex sanguine concocto: dige
stoqꝫ modo quodam pars quaeqꝫ
gignatur: semen autem concoctuꝫ
diuersuꝫ a sanguine secernatur: nā
inconcoctum: aut per vim emissum
videlicet cum vltra moduꝫ quis re
venerea vtitur: cruentum iam ali-
quibus prodijt: constat semen esse
excrementum alimenti sanguinei:
quod vltimum in membra digeri-
tur: ⁊ quidem vim magnam ob eaꝫ
rem obtinet. Sanguinis enim syn-
ceri: salubrisqꝫ secessio resoluere
potest: vtqꝫ filij similes parentibus
sint: ratio exigit. simile est eniꝫ quod
ad partes accesserit. ei quod rema-
net. itaqꝫ semen manus: aut faciei:
aut totius animalis: est manus inde
finita: aut facies: aut animal totum
indefinitum: ⁊ quale quodcunqꝫ
illorum est actu: tale semen poten-
tia ē: aut corpulentia sua: aut facul-
tate: siue virtute: quam in seipso cō
tineat. Id enim nonduꝫ ex iis: quae
exposuimus: patet. vtrum seminis
corpus causa sit generatiōis: an ha
bitum aliquem: ⁊ principium mo-
tus genitale obtineat. neqꝫ eni ma

nus:neqꝫ aliud quoduis membꝛuꝫ
siue animali: aut alia facultate est
manus: aut quodlibet membꝛum:
sed aequiuoce tantuꝫ. Constat etiā
colliquationeꝫ quoqꝫ seminariam
vbi accidit: excrementuꝫ esse. quod
vitiuꝫ euenit: cum resoluitur, quod
accesserit: quomodo cuꝫ pꝛotinus
decidit: quod tectoꝛij operis modo
illitum fuerit. Idem eniꝫ vltimum
excrementum cuꝫ pꝛimo excremē
to est. Atqꝫ de his ad hunc moduꝫ
disseruisse satis sit. Sed cum infir-
mioꝛis plus excremēti: minusqꝫ cō
coctum fieri: idqꝫ copiam cruenti
humoꝛis esse: necesse sit: infirmius
autem secunduꝫ naturaꝫ est: quod
minꝰ caloꝛis adipiscitur: taleqꝫ foe
mina sit (vt antea dictum est:) hinc
secretionem quoqꝫ illaꝫ sanguineā
foeminae excremētū esse necesse ē.
Talis autem eiectio est eoꝛum: quę
menstrua appellanť. menstrua igi-
tur excrementum esse: ꝛ pꝛopoꝛtio
ne: vt maribus genituraꝫ: sic foemi
nis menstrua pꝛouenire apertū est.

Cum Semen nouissimi: ꝛ vtilis alimē
ti excrementum esse asseruisset:
nec quid nouissimum alimentum sit expli-
caret: nunc autem quę nam sint ea quę pro
secutus fuerit: ꝛ quę eaquę non dū attigerat
differit. Quod quidem genitura nouissimi
alimenti excrementum est: ex his quę pręfa
ti sumus patet: ab his videlicet quę diximus
certum extitit. Quid nam nouissimum ali-
mentum sit: cuius semen excrementum esse
fatemur ab hisꝰ differendum: explicandūqꝫ
est. Quoniam ꝛ foeminam humoꝛem quē-
dam maris similem emittere quidam opina
ti sunt: ꝛ hoc semen ex maris ꝛ foeminę ꝛ hu
moꝛum comistioneꝫ esse contendunt. Neqꝫ
enim maris nec foeminę humoꝛem genitu-
ram: ꝛ semen per se inquinunt est: quemad-
modum nec mel solum per se: nec vinum: sed
vtroꝛumqꝫ comistione vino mel fit: ita neu-
trum maris: ꝛ foemine humoꝛem genituraꝫ:
ꝛ semen sed cōmistionē vtriusqꝫ fieri opinan
tur: quā cōmistionem vna cum foeminę men
struo animal pꝛocreari perhibēt. Tria enim
esse a quibus animal constitui: menstruum:
ē. duo quos diximus humoꝛes: ꝛ menstruuꝫ:

ac alterum humoꝛem foeminam: alterum ve
ro marem impartiri asseuerant. Quod autē
foemina humoꝛem quendam maris humoꝛi
similem emittat hoc argumento ostendere
(vt ipse deinceps referet) moliuntur. Quo
niam mas in seminis emissione plurima: et
quasi ineffabili voluptate afficitur: per totuꝫ
quidem coitus tempus oblectatur: sed inef-
fabili: supꝛemoqꝫ in huius tempoꝛis fine cū
semē emittit oblectamento fruitur: ac tunc a
foemina quam pꝛimum secernitur. Talem
enim voluptatem ꝛ foeminam vicissim senti
re asseuerant vnde ꝛ ipsas humoꝛem qui illi
quem mares emittunt pꝛopoꝛtione respon-
deat emittere certum est. Qua enim de cau
sa (inquiunt) mas quidē in humoꝛis cuius
dam emissione talem voluptatem sentit: et
foemina in talis humoꝛis emissione nequa-
quam? itaqꝫ: aut mas talisꝰ voluptatis mini
me in humoꝛis emissione afficitur: aut si hoc
ꝛ foeminam in huiuscemodi emissione: eadē
vicissim affici necesse est. ex his genituram
duoꝛum humoꝛum mistionem esse ostende-
re ac talibus rationibus moliti sunt. fallebā-
tur quidem: ac in pꝛopꝛio (vt patebit) er-
roꝛe versabantur. Nos autem quod ꝛ ipse
dixit asserimus: quod ꝛ de menstruis disse-
rendum: (ex his quidem patebit) ꝛ de foe
mina vtrum semen emittat: ꝛ an pręcipue se
men ꝛ genitura mistio sit quę mouet: ꝛ men
struum duobus humoꝛibus constituit: an
nullum a foemina semen pꝛogreditur: ꝛ si
non semen atqꝫ aliud nihil quod ad genera-
tionē obsecundet: conferatqꝫ: sed locū quē
vuluā nuncupat tantum foetui: alimentumqꝫ
ipsam suppeditare. nam semen quod sangui
nei alimenti excrementum est. plurimum
in se inquit potentię continet: vt a quo egre-
ditur euꝫ dissoluat: atqꝫ imbecillem reddat.
etenim purissimus: ꝛ salubꝛis sanguis qui
esse partium alimento debuit: concoctus
quodammodo: ac alteratus: ꝛ in seminis
naturā iaꝫ commutatus: tūc extra egrediēs
resolutionis causa efficitur. liberos autem pa
rentibus similes fieri rationem quidem exi
gere inquit: nam sanguis ad pꝛocreantis
partes adactus: ac ipsas enutriens: resolu-
to ac metu causante in seminis naturam
immutato similis est. Quoniam igitur reso-
lutus: ac in semen conuersus sanguis illi a
quo secretum est similis sit: (nam pars eius
est) ꝛ infans ex resoluto sanguine pꝛocrea-
tus: pꝛobabili ratione patri similis est: eteniꝫ
semen quod ex patris sanguine originem
sumpserat: totum infans potentia est. Quod
in eo qui sequitur libꝛo admirabili quodaꝫ
oꝛdine iste edisseret. nam ad secundi libꝛi
initia quonam pacto semen potentia infans

fit explicabit. Cum autem dixisset: quale quodcunqꝫ illorum est actu: tale semen potentia est: addidit: an propter corpulentiaꝫ: an aliqua facultate quaꝫ in se ipso semen cõtineat. eo autem, sua corpulentia statua potẽtia est. quãtũ enim eri corpulẽtię inest: tantundem ꝛ statuę quę ex ipso fit magnitudinis. Semen vero cum breuissimaꝫ in se corpulentię portionem contineat: quo nam pacto in seminis corpulentia animal potentia esset? restat igitur potentia quę in ipso est id fieri. Quemadmodum enim granum quod in ficubus ex quo arbor ipsa oritur breuissimę corpulentię: potentia vero ex qua tam magna arbor plurima habeatur: sic ꝛ in animalium genitura. igitur: tum genitura: tum granum potentia: non autem corpulentia ꝛ animal: ꝛ arbor ẽ. at eã aũt quę in ipsis mouet ꝛ quę efficiens est: talia habentur. cũ semen potentia tale esse asseruisset: aut corpulentię causa qua preditum est: aut quod facultatem in se quandam contineat: causam huius additionis adduxit cuꝫ ait: idem eniꝫ non dum nobis patet vtrum seminis corpus generationis causa: an habitum in se aliquẽ obtineat. Nam ꝛ hoc in eo qui sequitur libro non seminis corpulentiam: sed habitum qui in ipso est generationis causam esse asseuerabit. sciendum autem: si semen corpulentię causa potentia animal esset: materialis. quidem non formalis esset. Quemadmodum inquit saxea manus ęquoce manus est: ita et semen: nisi animę potentiam aliquam obtineret ęquiuoce semen esset. de hinc ꝛ de seminali colliquatione quę ꝛ gonoria nuncupatur quo nam pacto fiat edisserit. Ut plerunqꝫ (inquit) tectores: vel cementarii sabulcalcem in parietibus: aut aliud de albamentum illiniunt: duꝫ hoc illiniunt aliquid in terram de cidere accidit quod non satis a pariete retentum: ac ad illum ad glutinatũ fuerit: ita iam tale quoddã ꝛ in animalium corporibus fieri existimandum. Naꝫ sanguineum alimentum quod ab atrahente animę facultate assumitur: ꝛ ad carnem secernitur: nec retentum penitus: concoctumqꝫ debilitate naturę quę continet causante fit: sed inter carnem: ac sanguinem existit: rursus in sanguinem vnde processerat resoluitur: ꝛ ita quoddam pacto perperam dissolutuꝫ ceu genitutę creatio fit: ꝛ qua libet hora tale illud (vt ita dicatur) quo ad morbo quis afficitur defluit. Nam sensus quidem talis est: ordo vero litere sic se habet. Accidit auteꝫ hoc: seminale videlicet colliquamentum: cuꝫ sanguineum alimentum secretum in illud quod accesserat resoluitur: videlicet a quo processerat: vel ad illum vnde processerat sanguinem: in naturã videlicet formamqꝫ sanguinis: (sanguis quidem erat quod processerat:) ꝛ iccirco in sanguinis rursus naturam resoluitur. Etenim nouissimum excrementum illud videlicet quod assumptum de hinc resolutum est quod sanguinem dicas: hoc enim primum excrementuꝫ appellauit. siquidem omne quod in aliquam resolutionem: concoctionemqꝫ commutari potest: ad illud ad quod commutari potest collatum: excrementũ quodãmodo esset. sed ꝛ sanguinẽ excrementũ dixit: ad carnẽ eniꝫ collatus sanguis excrementum est: sed de his quideꝫ sic disseruisse visuꝫ est. At cum etiã inquit in debiliori animali fieri excrementum necesse est: maius quidem corpulentia: ꝛ magnitudine: concoctione vero minus fit. Nam validiora animalia: calidioraqꝫ: minus excremẽti sed concoctius emittunt: frigidiora magnitudine quidem: ꝛ quantitate satis: sed inconcoctum. Etenim vt plurimum excrementum erectur in concoctio causa fit. Quoniam igitur ꝛ debilius animal plus excremẽti ꝛ inconcoctius illo quod calidius est necessario continet: omne enim maius: ac in cõcoctius excrementum cruenti humoris copia est: hinc ꝛ menstruum: excrementum esse necesse est. Sic nam ratiocinatione: seu syllogismo vtendum. Foemina debilius: frigidiusqꝫ: hoc tale plus: ꝛ inconcoctius excremẽti emittit: quod huiuscemodi habetur: cruẽti humoris copia est: cruẽti humoris copia mẽstruũ: menstruũ igitur excrementum est.

¶ Recte auteꝫ ita dici indicant ea: quae in iis ipsis eueniunt. eadem eniꝫ aetate maribus genitura fieri incipit: ꝛ secernitur: foeminis auteꝫ menstrua erumpunt: vox etiaꝫ mutatur: ꝛ mãmae intumescunt. necnon desinente aetate aboletur maribus generandi facultas: foeminis menstruoruꝫ confluuium. Ad haec indicium illa faciunt: vt excrementum sit haec secretio foeminarum: quod non mariscae: non profluuiũ e naribus sanguinis: non varices: non tale qd mulieribus magna ex parte accidere solet: quandiu menstrua ꝓfluunt: ꝛ siquid tale accidit deteriores fiunt purgationes: quasi haec materia mẽstrua consumpta in ea fuerit. minus etiam venosae sunt foeminae: quam mares: ꝛ lau-

tiuo que in ipso est efficientem asseruit. Quoniam in plerisq3 foeminis post conceptionem menstrua fiunt: aliquis quidem diceret: si menstruis ex materia animal procreatur: quo nam pacto non nullis a cõceptione menstrua secernuntur? nihil autem absurdum esse: item ex his que conceperunt pauca mẽstrua: nec per omne tempus egredi fatemur. Non enim si noue3 mensibus foemina inutero fert nouies ex ipsa: sed semel: aut bis menstrua prodeunt. nihil igitur absurdum ipsis morbi alicuius causa hec accidere:

¶ Quod autem semen conferri a foemina per coitum nonnulli existimant: propter ea quod interdum simili voluptate afficiatur: vt mas: simulq3 aliquid humoris secernat: id non humor seminalis est: sed loci proprius. vteri enim excretio est: quae alijs euenit alijs non. euenit (quod plurimũ dixerim) ijs quae nitidae: foeminaresq3 sunt. non euenit ijs: q̃ fuscae: atq3 viragines. copia vero quibus euenit nõ pro seminis emissione interdum est: sed multo excedit: tum etiam ciborum diuersa ratio plurimu3 facit: vt plus: et minus ve eius humoris excernatur: vt quedam acris saporis augent plane excernendi modũ. voluptas autem: quae per coitum sentitur: ñ solum semine exeunte accidit: sed etia3 spiritu: ex quo consistente semen emittitur: q3 patet: tu3 in adulescentulis qui nondum emittere queunt: propter aetate expertibus. voluptas eni3 ijs dibus scalpendo excitatur: et quorũ depravata est generatio. Aluus interdum soluitur: propterea q3 excrementu3 eo secedit: quod concoqui: atq3 effici semen non possit. forma etiam similis mulieris: et adulescentuli est: et mulier quasi mas infeminis est. impotentia enim quadam foemina est: eo qd semen ex vltimo alimento concoquere nequeat: qd alimentum aut sanguis est: aut sanguinis proportionale in ijs: quae sanguine carent: propter naturae frigiditatem. vt igitur in aluo profluuium accidit cruditate: sic in venis: tum caetera profluuia sanguinis: tum menstrua veniunt. nam ea quoq3 sanguinis: profluuium sunt: sed illa morbo citantur: hoc natura le est. itaq3 generationem ex eo: ratione optima fieri: apertũ est. Sunt enim menstrua semen non purum: sed indigens confectionis.

Quod autem nonnulli et a foeminis semen emitti existimant iam diximus: in quo hoc quidem argumento vtebantur: quoniam letitia: et plurima voluptas in feminis emissione maribus accidit: hac quidem et foemina afficitur: hinc semen ipsa emittere opinati sunt. Aliter vero inquiunt: quoniam et humoris cuiusdam secretio coitus tempore in foemina fit: quid nam aliud humor iste quam semen esset? Ad hec Aristoteles aduersatus: ad secunda quod ipsi ad ferunt inquit: talem humoré haudquaquã semen: sed aliquam loci qué vuluã appellat proprietaté esse. proprio eni3 officio vulua in talis humoris secretiõe fungitur: qui vt in oculis lachryme effluxus inutilis habetur. Alia item ratione vtitur. sed nec omnes foemine tali humore predite sunt: sed albe: mulierosequ3: que scilicet humidiores sunt: candor enim a caloris defectu causatur. Itaq3: quoniam foemine candore predite frigidiores his que non tales: merito quidem in talibus tale excrementum: humorq3 procreatur. Omnè quidem excrementum caloris in edia fit. Viragines vero calidiores inquit: hac enim de causa fusce quoniam et calide sunt. Sic igitur secundo eorum argumento aduersatus et in primum inuehitur: nõ modo seminis emissionis gratia voluptatem fieri inquiens: sed collecti spiritus causa: quia in semen vt aer in aquam constituitur. Quoniã igitur mas (vt si diceremus) non emisso etiam semine tali voluptate afficitur: id ex spiritu fit: et in foemina collectione spiritus non seminis secretionem idem accidet. Nam et pueris q nõdum semen emisserant cum manibus penes scalpunt talis voluptas sentitur. veru3 enimuero: et quorum depravata est generatio aluus soluitur: mouetur videlicet: eo quod excrementu3 quod in semen commutari nõ valuit ad aluum secedit. sed et illi: de generatione inquam depravati: ac semine carentes tali voluptate afficiuntur. At quia foemina puero tum voce (vtraq3 .n. acute vocis)

tum facie pillis vacante, aliisq; compluribus similatur: sic sillogismo: siue ratiocinatione vtemur, foemina puero similatur nullus vero puer semen secernit; nulla igitur foemina semen secernit. Mariscas vero ex morbo causari inquit: sed menstruorum excretiones natura fiunt.

¶ Quomodo in fructuum generatione adhuc imperfecta inest quidē alimentum: sed confectionez ad puritatem desyderat: quāobrem vt menstrua geniturae admista generant: sic alimentū in fructib⁹ gignēdis mistum alimento syncero alit.

Fructus Nunc farinam: generationem vero fermentationez appellat: vñ ⁊ fermentū nūcupat. non dū excribatam non dum cribro secretam: vnde secerno: ac si cribro diuido dicerco. Hoc autem quod dicitur tale esset. Quemadmodū enim in farinis non dum excribratis sed furfuri admistis alimentum in est: alimentum puram farinam a furfure per cribrum secretam: ⁊ iam ex fermentatione ⁊ fornace in panē redactā nuncupat. Quemadmodū igitur in admista farina siligo inest: ⁊ ope ac eius q farinā cribrat officio vt a furfure secernat indiget: ita ⁊ menstrua habētur: semen enī nō purum sunt: illud vero idem quod ⁊ siligo cum furfure est: vt his cribrante: sic ⁊ menstruis semine quod ipsa cōficiat: constituatq; opus est, ⁊ quemadmodum: si quis non dum excribratę farinę semodiuz vnum decem purę silliginis admisceat: admistio vndecim semodiorum alimentū subministrare valet: eodē pacto ⁊ semen menstruis ad mistum generare poterit.

¶ Indicio etiā est semē non emitti a foemina: quod cum per coitum feminis voluptas contrectatione loci eiusdem: atq; maribus veniat: tñ humor ille non hac emittitur. Itez non oībus foeminis id excernitur: sed sanguineis tantuz: iisq; non oībus: sed quibus vterus non ad septum transuersum est: nec partus ex ouo. Ad haec: iis: quae non sanguinem: sed proportionale sanguinis hñt: non emittitur ille humor: vt enim in aliis sanguis: sic in his alia inest mistela. causa autē: ne aut his: aut supradictis sanguineis fiat purgatio: siccitas corporis est: quae parum excrementi relinquit: quantūq; satis duntaxat ad generationem sit: nō vt etiam aliquid foras mittatur. At vero quae viuipera sunt: sine oui partitione: vt hō: ⁊ quadrupedum: quae suffragines intus flectunt. haec enim oīa animal procreant sine ouo: iis omnibus ea purgatio fit: nisi quid laesum per generationem fit: vt mulla: tamen nullis tam purgationes redundant: quaz hoī: sed quemadmodum cuiq; animali haec eueniant: in libris de historiis animalium scriptum est. plurima ex oibus animalibus purgatio mulieribus fit. maribus etiā plurimum emittitur seminis: magnitudinis rōne: cuius rei causa est constitutio corporis: quae humida: ⁊ calida est. plurimuz. n. excremēti fieri in eiusmodi corpore necesse est. carent etiaz partibus iis: in quas vertitur excrementum in caeteris animalibus. non enim pilorum copiaz gerunt per corpus: non ossium: aut cornuum: aut dentium excretiones indicium semen esse in menstruis: quod simul (vt ante dixi) maribus semen fieri incipit: ⁊ foeminis menstruā innotescunt eadem aetate: tanquam simul ea loca distendant: quae vtrumq; recipiant excrementum. Cunq; tempus distendendi instat: loca intumescunt a spiritu: quod mariū testes apertius ostendunt: quāquam ⁊ mām̄ae: sed foeminarum mām̄ae potius indicant. cum enim bino digito extolluntur: tunc plurimis incipiant menstrua. igitur in quibus vita preditis sexus maris: ac foeminae distinctus non est: in iis semen: veluti conceptus iam est conceptum appello: primaz ex mare: ac foemina misturam. quā obrem ex vno semine vnum gigni-

genituram attinent deficiunt manifestus est,
Quoniam enim mollia ꝛ crustacea partus
tempore salubria sunt: ꝛ ipsa tali tempore
pinguia fieri sequeretur: at vero cum pin-
guendo concoctus sanguis fit quod illa ex-
sanguia sunt haudquaquã pinguescunt. Quod
partus tempore pinguedini proportionale
in ipsis fieri deberet: in seminale excremen-
tum secernitur: hoc a plerisqꝫ ouum nuncu-
patur. itaqꝫ: natura illa quę in ouum abyt
excremento quod semen fieri poterat simila-
tur: nec autem in semen: sed in pinguedi-
nem est constituta. Quoniam igitur (vt di-
ctum) qua tempestate tum mollia: tum cru-
stacea bonę habitudinis sunt: illud quod
vtilis alimenti excremento proportione re-
spondet: seu in semen: siue in pinguedinem
abyt: ouum procreatur: quod rursus pin-
guedini proportionale fit. Nam quod semen
fieri debuit: in eis qui bone habitudinis
sunt in pinguedinem processisse apertum est:
ꝛ hac de causa genitura expertes redduntur.
Proportio vero talis est: quemadmodum
illud quod excremento vtilis alimenti pro-
portionale fit ad ouum se habet: ita ꝛ vtile
alimentum quod semen fieri poterat ad pin-
guedinem. Et vicissim: quę vtilis alimen-
ti ad alimentum proportio: hęc ꝛ illius quod
ouum dicitur ad pinguedinem. At ex ipso
ouum: ex vtili alimento pinguedo fit: vtili
igitur alimento inpinguedinem consumpto:
vt quę ad seminis procreationem sunt defi-
ciant consentaneum habetur. Mollia enim
vterum gestantia optima inquit: dulcia vi-
delicet: ac esum oblectantia efficiuntur.

¶ Indicio autem est non tale semẽ
a foemina emitti: quale a mare: nec
amborum mistura generari: vt ali-
qui volunt: quod saepenumero foe-
minae concipiant sine ea: quae per
coitum fit voluptate: rursusqꝫ cum
ea ipsa voluptate: pariqꝫ concursu
profusionis vtriusqꝫ nihilo magis
concipitur: nisi menstruorũ humor
sit modice temperatus. Quamob
rem necnullis omnino vicibus mẽ
struorum foemina generat: neqꝫ cũ
effluunt magna ex parte: sed a pur-
gatione. vis enim: quae in maris ge
nitura continetur: aut caret alimen
to: ꝛ materia: ex ꝗ instituat animal:
aut nimia copia semen cum humore
eluitur: sed vbi effluxerint satis quod

remanet consistit.

Nam Et prius diximus: quod qui se-
men ex duorum humorum a ma-
re ꝛ foemina procedentium admistionem es-
se fatentur: sic quę opinati sunt asseuerant.
Nam inquiunt: dũ semen egreditur plurima
circa genitalia voluptas fit: at quidem ꝛ to-
to coitus tempore voluptate aliqua afficiun-
tur: sed non ea quę in coitus fine cũ ꝛ semẽ
egreditur accidit. Quoniam igitur tali vo-
luptate mas in seminis emissione afficitur
quam ꝛ foemina sentit: ꝛ ipsam in seminis
emissione eadem affici necesse est. Hęc igitur
quę ipsi opinantur Aristoteles hac sententia
demolitur. Si semen: ꝛ genitura prorsus
mistio humorum qui a mare ꝛ foemina profi-
ciscunt: ac horum neuter ipsum per se mo-
uere materiam ꝛ animal perficere priusquam
ad inuicem ambo commisceantur valet: nisi
vtriqꝫ interse humores commisceantur: con
ceptum nullatenus fieri necesse est. Sed enim
foemina ꝛ a solo maris humore (vt ostende-
tur) concipit: non igitur duorum humorum
commistio genitura est. Sed ex his rationi
bus quę ipsi adducunt semen a solo mare es-
se ostendit. Nam vt ea quę memorauimus
euidentius pateant: sic nobis dicendum sit.
Voluptas illa quam in seminis emissionẽ fie
ri diximus: non mari semper: ꝛ foeminę pa
ri motu fit: vt cum mas ipsa afficitur eodem
momento ꝛ foemina sentiat: At non nun-
quam ipsam mas sentit: ꝛ a foemina secedit
quam illa non dum senserat: ꝛ hac de causa
adhuc in coitu versari appetit. Quandoqꝫ
vero e diuerso euenit: foeminam eãdem
sentire: ac gaudio affici: marem vero mi
nime. Nonnunquam simul humores se-
cernunt: ꝛ vno: eodemqꝫ tempore cum foe
mina tunc ꝛ mas voluptatem sentit. Quod
igitur foemina ꝛ priusquam mas: ꝛ vna cum
ipso: ꝛ post tali voluptate afficitur: nunquã
ipsam concipere nisi simul voluptatem sen-
tient certum est. Si enim genitura a qua mẽ
struum constitutio mistio duorum humorum
fit: ꝛ humor ipse cum ꝛ ineffabilis illa volu-
ptas subsequitur effluit: cum mari prius ac
cidere solet: ꝛ a foemina seiungitur: nihil ta
le a foemina secretum esse manifestum habe-
tur: non dum enim humore non emisso vo-
luptatem senserat: itaqꝫ nec excretio secuta
est: si enim humoris excretio fieret: ꝛ ea affi
ceretur. itaqꝫ: cum mari ante foeminam vo
luptas eueniet: nunquam ipsam concipere
manifestum habetur. Sed plerunqꝫ ꝛ cum
mas ipsa tali prius afficitur: concipit: geni-
tura igitur mistio haud quaquam est. His sic
explicatis literę seriem differemus. Indi-

tur corpus. verbi gratia: ex vno tritici grano vnus fundus: vt ex vno ouo vnum animal: geminum enim ouum: duo est oua. At in quibus generibus mas: ⁊ foemina distinguuntur: in iis plura aialia ex eodem semine gigni possunt: q̃si natura differat. semen in plantarum: ⁊ animaliū genere indicium est: quod vno initu plura gignuntur in iis: quae plura: quam vnum possunt generare: quo argumento constat etiam non omni ex parte corporis genituram prouenire. neq; enim distincta statim inde ex eadem parte secernerentur: neq; postquā simul ad uterum deuenissent: ibi destinguerentur: sed euenit porro quod ex recta ratione est: vt cum mas formam: ⁊ principium motus praebeat foemina corpus: atq; materiam (quemadmodum in lactis concretione corpus lac ipsum est: succus: aut coagulum principium spissandi: cogendiq; obtinet) sic quod a mare in foemina distinguitur intelligi debeat. cur in plura pauciora ve partiatur: aut singulare instituat: alia ratio est: sed quia non differat forma quod diuidit: si modo se habeat modice ad materiam: vt neq; minus sit: vt cōcoquere densareq; nequeat: neq; amplius: vt exiccare possit sit ob eā rem: vt plura generentur. Caeterū ex eo quod primum constituit. ex vno iam vnum tantum procreatur: sed genituram a foemina non conferri ad generandum: t̄si aliquid cōferri: idq; esse menstruorum constōnem: aut proportionale in genere exangui: tum ex supradictis: tum etiā ratione: vniuersaliq; indagatione constat. esse enim quod generet: ⁊ ex quo generet necesse est: idq; q̃s vnis vnum: forma quidem differre: ⁊ rationis diuersitate oportet. At vero in iis: quae distictas eas potentias obtinent: corpus etiam: ⁊ naturā diuersas esse agentis: ⁊ patientis. Quod si mas est: vt mouēs: ⁊ agēs: foemina qua foemina vt patiens: sequitur vt ad maris genituram foemina non genituram: sed materiam conferat: quod ⁊ fieri ita videtur. natura enim menstruorum pro prima materia est. Atq; de his ita docuisse satis sit.

Humor Qui in candore preditis mulieribus gignitur: (vt prius dictum) non earum ex genitali vt quod a nobis semen progreditur: sed tota ex vulua effluit: ⁊ ille i aliquā eius partē cōfluēs ɔgregatur. His sic pstrictis: hoc qd dicit esset potētia tale. Si talis humor q coitus tēpore a cādore pditis mulierib' secernit semē esset: quēadmodū in marib': Ita ⁊ i foeminis euenire necesse erat: nec vero fit: nō igit semen est: sed quo nā pacto nō fit: referam'. Mares tū ɔtrectationē voluptatēq;: tum seminis emissionem vna ⁊ eadem parte pene videlicet sentiunt. etenim proprio pene coitus tempore detritionem contrectationemque in foeminę genitali mares peragūt ⁊ in hoc voluptate afficiuntur: atq; hoc seminalem humorem simili modo emittunt. foemina vero contrectationem voluptatemq; per genitale sentit: humor vero ipso haudquaquam excernitur: nec ex ipso omnino egreditur: sed in aliquam vuluę partem confluit. Quoniam igitur omnis genitura semenq; in coitu per genitale excernitur: talis vero humor foras non egreditur: sed potius intus in vulua colligitur: tales humorē semen haudquaquam esse dicere queas. Aut potius qd dicitur hoc est. Cum duo in foeminę genitali foramina sint: quorū altero humidum excrementum: altero vero menstruum ⁊ humor similiter egreditur: si humor semen esset: ipsi foramine quo humidi excrementi: non autem vnde menstruorum egressus pateret. Ad hęc: si quis a foemina humor quēadmodum ⁊ a mare secerneretur: ⁊ genitura vere duorum humorum mistura esset: talem humorem ⁊ exanguibus foeminis secerni necesse erat: at a sanguine tantum preditis secernitur: hęc enim sanguinea appellauit. At nec ab omnibus sanguine preditis foeminis secernitur: sed tantum ex his sed quę vuluas ad genitalia: non autem ad septum continēt. Cum exanguibus menstruorum purgamenta minime fieri diceret: ⁊ quibusdam etiam sanguine preditis: (quędam vero vt dictum mulieres nulla omnino men

struorū secretione funguntur)causam quod ex his menstrua non secernantur corporum siccitatem asserit. Nam quę animal sine ouo vt homines edunt: ⁊ quadrupeda quę posteriora crura intus ad conuexam videlicet circumferentia flectunt: quę nā autem ipsa circumferentiā sit: nos in cōmentarijs quos de animalium partibus construximus accuratissime sumus prosecuti: omnibus igitur his inquit quę animal sine ouo procreant mēstrua fiunt: nec vero ea excernuntur pluribus tantum mulieribus exceptis. non autē cum modica sunt excernuntur: tantum enim in illis quos diximus quadrupedis: ac non nullis mulieribus menstruorum: quantum ad generationem duntaxat sufficit constituitur. plurima enim mulieribus ad corporis proportionem: cum magnitudine breues fiut menstruorum secretio: ⁊ maribus seminis fit: quorum causas adducit: quibus ⁊ nos plurimum seminale excrementum: et fęminę menstruorum: quadrupeda vero per quā pauci emittant. etenim quadrupeda (inquit) plurimo excremento carent: quod tale in alimentum incrementumq; tum cornuū: tum vngularum: ac sannorum pilorūq; vertitur. homines vero omnium talium expertes: probabili ratione plurima tali excretione funguntur. cum menstruis semen inesse: vt infructu non dum cribrato alimentum asseruisset: sed confectione indigent: ac cum inter hęc ea quę nuper dixerat interponeret: ad illa rur sus hęc addendo ita inquit. Iudicium semen esse in menstruis: nam eodem ętatis tempore maribus semen fieri incipit: ⁊ foeminis menstrua innotescunt: ⁊ simul harum: illorumq; loca in quibus illę menstrua: hi vero genituram recipiunt distenduntur: incrementaq; sentiunt. Cunque tempus vt loca distendantur instat: ipsa a spiritu qui in ipsis est tumescunt: ⁊ maribus quidem tunc testes extollunt: maioresq; fiūt: foeminis vero genitalia ac māmę similiter: quę in viris minus: in foeminis vero magis augentur. Sed de his sic dixisse sufficiat. Nā in plantis in quibus maris ⁊ foeminę sexus distinctus non est: in his semen veluti conceptus iam est: ⁊ quid nā conceptus sit: primam maris: ⁊ foeminę misturā inquit. illud: primam maris: ⁊ foeminę misturā appellauit: eo quod ab horum mistura sanguinei quidam humores in conceptum ingrediuntur: ⁊ cum ipso quo ad animal perfectū sit admiscētur: sed illi omnes vt alimenta quędam cui primum admista fuerant in conceptum scilicet ingrediuntur. Cōceptus autē vegetali anima prędítus est: vt ipse in libro qui sequitur memorabit ostendetq;. est igitur conceptus inquit animal imperfectum animal quidem: qua in ipso ex quibus iam animal fiet insunt: at imperfectum quia nō dum animal factum est: ⁊ cum cōceptus iā animal sit: at vnum animal plura fieri non potest: vnum corpus ex vno semine: ex vno videlicet tritico: ⁊ ex vno semine vnus fundus fit. vnum fundum maiorem radicem quę prima procreatur inquiens: ex ipsa autem vt a fonte quoddam ⁊ alię paruę radices oriuntur. ⁊ fundus quidem: ⁊ prima radix capiti: quę vero ab ipsa paruę pullulāt capillis proportioni respondent. Cum autē ex vno conceptu (triticum vero conceptui similatur) vnum corpus fieri dicere deberet: vt ex vno tritico vnus fundus: ex vno semine: vnum corpus communem consuetudinem secutus fieri asseruit. plurimi quidem: ⁊ fere omnes triticum in sulcos proiectum semen: non autem conceptum appellari consueuerunt. ex vno igitur semine conceptuq; vnus fundus fit: vt ex vno ouo (etenim ⁊ ouum conceptus est) vnum animal oritur. gemelli vero ouorum: videlicet ouum a quo duo pulli procreantur gemelli: ⁊ duo oua sunt: quod vero ⁊ ouum maris: foeminęq; mistura sit: ⁊ omnino conceptus iam patet. ⁊ enim quod ouum conceptus sit illud argumento est: quod non modo ab auibus calefacta oua animal procreant: sed si quis ea fimo aut aliqua materia calore prędita ipsa defodiat: idē sequitur. calor vero qui in fimo est calori qui in matre in viuiperis est proportione respondet. de hinc inquit: quia in quibus vita prędítis sexus maris: ⁊ foeminę distinctus non est: in his ab vno semine plurima animalia procreari possunt: non enim horum semen partus vt qui in plantis: sed diuersus est. indicium autem plantarum semen ab animalium semine diuersum esse: quod ab vno animalis semine plura animalia fieri possunt. ⁊ quemadmodum ab vno statuario plures statuę: ab vno vero conceptu plura procreari nequaquam posse: quod conceptus iam animal: similiter ⁊ plantarum semen iam planta sit. quod vero ab vno initu plurima animalia procreantur: ⁊ hoc non omnia a toto corpore proficisci insolubile argumentū est. si enim omnia a toto proficiscerentur: cum sus quinos porcellos enititur ab eius capite quinq; capita ⁊ a pedum quolibet quinq; pedes: ⁊ de alijs partibus similiter progredi accideret: sed hoc impossibile habetur. non enim quinq; capita protinus ab inuicem discreta ⁊ alię similiter partes secernuntur: quonam pacto cum ab vna: ⁊ eadem partes secernātur: discreta essent: potius enim inuicē coherētis esse necesse erat: ⁊ cum simul ac

se inuicem tangentia coberētiaq3 fiāt: nec in vuluis secerni ab inuicem: ac segregari quas prius dixerat causis valerent: optima autes ratione ab vno initu plura animalia procreari accidit: quod mas formam: ꝛ efficientem causam: foemina vero materiam impartiatur. Quemadmodum enim vnum ꝛ idem coagulum ad diuersum lac discretum valde conspissat: cogitq3: ita vnum: ꝛ idem semen ad plura menstrua discretum ea cuncta cum modice temperata fuerint constituit. Qua quidem de causa: in alys verbi gratia canibus: ꝛ in illis quę plurima procreant semen plurifariam: in alys vero in vnu3 diuiditur: vt pręsentis rei opere differet. Quod autem illud quod diuiditur de quo asseruimus specie a toto diuersum non erat: si modice temperatum cum materia existet: ꝛ neq3 minus ea sit vt concoquere ipsa illud constituereq3 nequeat: neq3 amplius vt exiccare nō possit: (menstrua enim ob calorem ipsis insitum siccescere: exhalareq3 solent:) si neq3 amplius: neq3 minus fuerit: plura creautur: ꝛ ex vno quidem menstruo: ac vno semine si ad inuicem conuenerint: plura (vt diximus) gignuntur. A primo autem constituente: ab eo scilicet quod primum constitutum fuit: tale vero conceptum nuncupat: ab hoc autē vno tali vnum animal quod conceptus est procreatur. vnu3 vero animal plura fieri nequit: ꝛ sic inquiens conclusione vtitur. Ex his quę diximus patet quid na3 sit quod foemina in genituram conferat: ex his quę diximus lquit patet: ꝛ ab vniuersali ratione: vniuersalem rationem demonstrationē ingens: demōstrationes vero ex vniuersalibus fiūt. ꝛ tamen huius demonstrationes ꝛ prius asseruit: ꝛ nunc: ac deinceps explicaret pget. ꝛ quid nā vniuersale sit: sequitur inquiens. esse enim quod generet: ꝛ ex quo generet foemina videlicet necesse est. ꝛ tum mas ipse tum foemina ꝛ si vnum subiecto sint: vt in plantaru3 semine: ac forma: ꝛ ratione discrepāt. in talibus quidem corpus ꝛ subiectu3: maris: ꝛ foeminę idem sunt: ratione vero diuersa: in animalibus vero tum corpora: tum naturę diuersa sunt. ꝛ menstruorum autem natura inquit pro prima materia est: prima3 materiam inquiens sub qua ꝛ sub semine cōceptus est: alię enim materię huiusce alimenta habentur.

¶ Apertu3 vna cu3 ijs est: de quo differendum deinceps fit: quemadmodum scilicet ad generationem mas conferat: ꝛ quonam pacto semen maris causa eius: quod gignitur fit: vtrum vt in sitū: ꝛ protinus inde pars corporis gignendi mistu3 cū materia foeminae: an semen nihil cōmune cu3 corpore hēat: sed motus: visq3 in eo ɔtenta sit: quae communicet. haec est enim quae agat'. quod autem consistat: ꝛ formam recipiat: reliquu3 excremēti foeminae est: atq3 vt ratione: sic effectis quoq3 probari videtur. nam cum in vniuersum animo complectimur: non ita effici vnum ex patiente: agenteq3 videt: vt quod agit in eo: quod efficitur: insit: nec oino ex eo: quod mouet: ꝛ qō mouetur quicquā cōstitui. At foemina qdē: qua foemina: patiēs ē. mas: q̄ mas: agens: ꝛ vnde mouendi principiu3 est. itaq3 si extrema vtrinsq3 sumātur: qua alteru3 agens: ꝛ mouens: alteru3 patiens: ꝛ quod moueatur sit: non ex ijs vnum: quod gignitur est: s3 ita vt ex fabro: ꝛ ligno lectus: aut ex cera: ꝛ forma globus est. patet igitur nihil secerni a maris semine esse necesse: neq3 siquid accidit: idcirco ex eo: vt insito esse: q' gignitur: sed vt ex eo: quod mouerit: ꝛ forma: vtq3 a medicina: qui sanat' est: facta etia3 rationi consentiunt. hinc enim mares nonnulli p coitu3: nec membrum qdem vllum in foeminam indere visuntur. Sed contra: foemina in mare3: vt in quibusdam insectis fit: quod enim in ijs: q̄ indunt: efficitur semine in foemina: idem in mare ipso vapor: virtusq3 efficit: foemina admouente suam particula3: quae seminis capax est. Unde fit: vt genus id animaliū diu coeat: absolutumq3 breui generet. coniuncta igitur manent quousq3 constituant perinde: vt genitura constituit: sed abiuncta cito edunt conceptum: qm̄ ꝛ imperfectum qō pariunt est. qppe quae vermiculu3 oia id genus progenerēt: maximo sane indicio est: quod auibus: ꝛ pi-

scibus ouiperis euenit: semen nec oi ex parte corporis venire: neqꝫ tale quid emitti a mare: quod insit in eo: qđ genitum est: sed virtute tantū contenta ingenitura viuificari: vt modo diximus de insectis: quorum foemina transigit in marem.

Priusquam hec que in litera sūt explicanda agrediamur: perstringere nos decet quod tum hic: tum quarto quod post naturalia operis est partem: ⁊ quod insitum creato corpori est: materiam esse asseuerat: vt statue quidem pars: ⁊ insitum i eo: lecti vero lignum: animalis autem menstruum: animalis inquam quod imperficiendo consistit nōdum perfecti: nam perfecti partes carnes: nerui: ossa: ⁊ reliqua habentur. Corpus autem qđ ex vtroqꝫ ex materia: ⁊ forma fit: vt si quālibet statuam lectumqꝫ atque animal diceres nuncupaf. His sic memoratis: quoniam semen efficientem: menstruum vero materialem esse ostendit: quonam pacto mas ad generationem conferat perspectum inquit: et hec adducens questione vtitur: vtrum semen materie que a foemina est commistum: illi quod creatum est insitum protinus: ⁊ pocius materia vꝫ: quemadmodum ⁊ mēstruū fit necne? ⁊ sic propositam questionem soluere ipse agreditur. corpus quidem seminis: ipsum videlicet semen nihil commune habet: neqꝫ pars ⁊ materia fit: sed vel egreditur: vel euaporatur: vt libro qui sequif explicabit. At facultas que in ipso: est ipsa est q̇ mouet: ac formam impartitur: reliquum vero formatum ⁊ quod iam forma preditus est: esse foemine excrementum censendum. sciendum autem (quemadmodum ⁊ ipse in eo qui sequitur libro asseret) semen uuluas ingressum: ac admistum menstruo moram dierum septem peragere: quoad efficiens in ipso causa se mota menstruo commiscef: hic dehinc a septima: aut excernitur: aut in spiritum resoluitur: quod vero per foemine genitale a septima excernitur satis compertū habetur. Quoniam enim efficiens que in semine est facultas qualitas quedam: ⁊ habitus est: (quādoquidem nulla qualitas: nec habitus per se esse absqꝫ subiecto aliquo potest) natura talem facultatē in seminis corpus ceu in admissarium indit: ⁊ hac de causa vt instrumenti cuiusdam: ⁊ coitus officio talem in foeminam facultatem immittit. Cū vero in ipsam ingressum: ⁊ ad eius mēstrua ad actum fuerit: aut excernitur: aut in spiritus naturam resoluitur. itaqꝫ: natura semine instrumenti vice fungitur: quam vero in ipsam facultatem indit: pro efficiente habetur. Si iam omnis efficiens causa remanet: ⁊ corporis pars fit: semen vero nō remanet: illud creati corporis partem nequaquam esse certum est. ⁊ hec quidem huiuscemodi sunt. cum autem ex his que dicta sunt: ⁊ ratione ipsa apertum esse quonā pacto fiant asseruisset: cum que ratione fiunt dixisset: addidit: non modo enim ipsa ratione sed ob res que fiunt vel effectus sic esse videntur. Ceterum si in vniuersum animaduertimus: nihil ab ipsa materia: quod perspicuum esset constituitur. hanc autem pacientis: non agentis instrumenti videlicet esse dixit: tanquam si corpus: ⁊ magnitudo materie esset admista. nihil igitur huiuscemodi factum apparet: non enim serra ligno admiscetur: ac lectus efficitur: At nec statuarii manus eri vt statua fiat: sed eo ab actu quem a manibus: ⁊ tali motu suscipit: ⁊ talis motus: actusqꝫ statue forma est. Sic igitur: neqꝫ semen (instrumētum enim est) cū menstruo cōmiscef sed facultas que in ipso semine consistit: quam (libro qui deinceps sequitur.) calorem: qui solis: aliorumqꝫ syderum calori proportione respondet appellat: nam ex solis calore animalia vt vermiū genus: aliaqꝫ plurima procreantur. foeminam vero qua foeminam: ⁊ passibilē materiam quam foemina impartif: ipsius iam mēstruum: aut proportienale nuncupat. Marem autem qua marem: ⁊ agentem: semen: ⁊ que in ipso efficiens facultas: que solis calori proportionalis est dicit. Nam talis facultas ita mēstrua mouēdo alterandoqꝫ: rationibus seu vi que ipsi insunt in formam redigit. Quoniam igitur foemina qua foemina patiens: mas qua mas agens est: non que animalia (plurima enim ex animalibus non procreant) id esse dicas. si enim extrema desumpseris: ⁊ maris ac foemine aduersa quibus extremis aduersantur: que agens: ⁊ patiens sunt in vnum cōferas: quod ex his mēstruo videlicet ⁊ semine erit non vnum fiet. nō enim semē agens: sed instrumentum: nō vnum qđ ex his procreatur: sed illud qđ ex mēstruo: ac natura: facultateqꝫ que semini inest vnum erit. fabrum autem fabrilē artē appellat: talis vꝫ forma que a fabro in ligno exprimitur: ⁊ qđ lectum formā a fabrili arte perfectam appellauit: ex hoc manifestum reddidit: aut ex cera: ⁊ forma globus est inquiens.

¶ Nam sive accidit: vt auis hypenemia: idest subuentanea oua ferat: si postea coit: nondum mutato ouo ex luteo in album: foeconda ex subuentitys redduntur: sine conceptu ex coitu: si adhuc luteis cu3 alio mare coniecit: simile eius: quo cum postea coiuit: prouenit oē genus pullorum: quapropter nōnulli ex ijs: q vt gallinae generosae procreent: operam dant: ita mutatis admissarys faciunt: tanquam non misceatur: confusionemq3 subeat semen: neq3 oi ex parte venerit: ex ambobus enim venisset: itaq3 bis partes easdem hēret: sed sua facultate semen maris materiam contentam in foemina: ⁊ cibu3 qualitate quadam afficiat. Id enim efficere potest: vbi secundum puenerit: tepefaciendo: ⁊ concoquendo. cibus enim ab ouo absumitur: quamdiu crescit: hoc idem in generatione quoq3 ouiparorum piscium euenit. Ubi eni3 foemina oua ediderit: mas semē aspergit: ⁊ quaecunq3 attigit: foecunda efficiuntur: quae non attigit: remanent infoecunda: quasi non ad quātitatem mas conferat: sed ad qualitatem. patet igitur ex ijs: nec oī ex parte semen secedere: neq3 foeminam ita vt marem conferre ad generationem: sed marem principiu3 motus foeminam materiam praestare. hac enim causa nec per seipsā foemina generat principium enim: ⁊ id: quod moueat discernatq3: desyderat Sed nonnullis: vt auibus aliquatenus natura gignere pōt. Aues eni3 constituunt quide3 oua: sed imperfecta: quae subuentanea vocantur: ⁊ ortus eius: quod generatur: in foemina agitur: nec in marem semen emittit: aut mas: aut foemina: sed ambo in foeminam conferunt: quod suum vtriq3 fit: quoniā in foemina materia est: ex qua constat: quod creatur: ac protinus partim haberi paratam materiam necesse est: ex qua primus conceptus consistat: partim subinde accedere: qua nutriatur: ⁊ crescat.

Subuentanea Oua dicunt que galline absq3 marium congressu pariunt: cum nullatenus a gallinaceis compresse sint: oua edūt: que subuentanea nuncupātur. Subuentanea aute3 sunt: que absq3 marium semine procreātur: nec hac de causa ex his animalia gignūtur. quod autem in vtero adhuc partu3 ferant: contineātq3 concipere inquit. Qui vero luteum quod omnium in intimo consistit appellamus. vt vero ab eo quod cernitur ordiamur. Putamen enim est quod primum cernitur: ab hoc quod intus: ac deinceps cartilago quedam gracillima: dehinc a cartilagine albumen: quod (vt ostendetur) pullus efficitur: deinde ab albumine luteum quod in gallinis boni alimenti: obesisq3 magis rubedine inficit. hoc pulli alimentum esse dicas. sciendum autem luteum primus qde3 augeri quo ad nature sue incrementum expleat: dehinc albumine nec vero totum sed quedam eius portio concedit: que circulo qd non in albumen abyt (quemadmodum cernere est) comprehendit. ⁊ tunc ouum precipue dicit cum album fit: priusquā albū fiat non ouum potissimum; nec perfectum quidē ouum: sed imperfectum appellatur: vt statuam imperfectam in qua aliquid desit: ex quibus ipsa consistat dicit. Etenim oui integritas: eiusq3 perfectio est: ⁊ ouu3 proprie qd ex luteo ⁊ albo qd luteum comprehēdat cōsistit: nam pellicula: putamenq3: tutelle gratia: ⁊ tegumenta oui sunt. ⁊ hec quidem (vt ea que referenda sunt planiora paterent) ꝑfari visum. Ab ouis autem tum que subuētanea sunt: tum que a maris initu procreantur: marem in foeminam nihil quod materie vice fungat conferri opinatur. Nam inquit: si acciditvt auis in vtero subuentanea oua ferat: si postea coit: nōdum mutato ouo ex luteo in album: foecunda redduntur: tūc enim si mas eam insiliet: foecunda oua fiūt. Si vero priusquā candescere ceperint: vel cum tota candore qui esse debuerat fuerint ꝑdita: mas insiliet: prolifica haudquaquam gignuntur. itaq3 quod tunc admissario admoto prolifica non gignit: mare3 nullatenus magnitudinem: ac corpus: materiamq3 conferre certum est. ouum enim iam perfectu3 est; ⁊ omne quo decuit augeri incremēto ꝑditum. Nam nisi iustum incrementum qd nature officio debuit fuerit sortitum: in can

dorem verti originem non suscipit. ꝛ tũc igi
tur cum verti in candidũ coeperit: ꝛ ipso ade
pto: perfectam magnitudinem obtinet: ni
bil iam ipsi addit: nec eius magnitudo du;
in candorem vertitur incrementum suscipit:
sed altera magnitudinis portio in candorem
vertitur: altera qualis fuerat permansit.
tunc igitur ꝛ candore iam adepto perfectu;
est: sed ꝛ priusquam in candidore; verti coe
perat perfecti nomen obtinuit: qḋ iam ad p
fectum magnitudinis: ꝛ quantum ei natu
ra concedit excreuerat: tum qḋ magnitudo
eius: corpulenti aq;: accessionem vlterius sen
tire: neutiquam indiguit. Cu; iam in albũ
versum est: nomen perfecti oui adipiscitur:
ꝛ in hoc enim ouum recte substantia pr̨edi
tum est: ac esse ipsi inest: eo qḋ ex luteo: al
boq;: suum esse contineat: itaq; ex his iam
plane patet: marem nihil vt materiale confer
ri: sed ipse seminis corpore quemadmodum
lignarius faber serra fungit. sed ꝛ si ab alio
inquit prius gallinaceo: vbi gratia nigro gal
lina inita fuerit: ꝛ qui ętate parua: ꝛ cor
pore breuis sit: dehinc luteo adhuc ouo: nec
dum in candidorem verso permanente: si a
lius eandem albus grandior insiliet: pullus
a quo postremo inita fuerit: similis procreat.
similis igit tu; colore: tũ corporis incremẽto
posterius insilienti gallinaceo gignit. Semi
nis. n. facultas prius inietis gallinacei defessa:
debilitataq;: ac du; constituere: creareq; lu
teum pergit: ad impotentiam redigitur: vi
uida posterius insilientis gallinacei facultas
ingrediens priorem amolitur: ꝛ quod a po
ri creari coeptum fuerat in sui naturam redi
git. Itaq; mas efficientem causam tantu;:
non autem materiam impartit: at si mate
riam tribueret: pullus posterius insilienti
gallinaceo similis haudquaquam gigneret.
Materię enim in se ipsas rerum naturas nõ
ꝯuertunt: nec eas quales ipsę sunt efficiunt:
sed efficiens causa. Non enim ligna: ignem
in ligna: sed ea ignis in igne; vertit. Si au
tem qs diceret: qui vnam tantum aquę gut
tam plurimo vino infundunt: in vinum per
mutat: ꝛ ipsa vinu; fieri certum est: neutru;
horum quidem esse sciat: alterum vt efficiẽs:
alterum vero vt materiam: ꝛ hoc huic per
spectum reddit. si qs vicissim vini guttã in
plurimam aquam immiserit: vinum in aquã
verteret: eorum enim quę diximus sensus ta
lis. litere vero ordo sic habet. Admissarios:
gallinaceos: ꝛ omnes mares appellat. Quod
autem mutatis admissarijs inquit: par est
ac si diceret: a primis: dehinc magnos: gene
rososq; admissarios adhibẽt. generosos nũc
magnos: non autem fortes nuncupat: quid
nam fortibus gallinaceis opus est? Aut gene
rosos: vt sub hoc nomine magni: ac fortes
intelligi possint. nam ꝛ magni corporis: et
fortibus pernicum generis ad certamen qui
in his exercentur opus est. vbi vero illud di
cit his partes easdem haberet: potentia ta
le est. si igit ab eius capite qui primus insi
lijt: caput: ꝛ a pedibus pedes: ac a reliqs
cętera proficiscerent: similiter ꝛ eadem cun
cta ab eo qui posterior inijt fierent. quonia;
partes quę a posteriori ingressę sunt: illas q̃
prioris erant non diuiserunt: extraxerũtq;:
sed tum cę: tum illę permanent: pullus qui
dem edit geminato capite: ac pedibus qua
ternis: cęterisq; geminatis omnibus pr̨edi
tus erit. Vbi vero inquit: id enim efficere
potest: hoc innuit: aliquam quandam mate
riam facere potest. facultas enim quę a mare
progreditur: ipsa; tepefacit simulq; id quod
prius fuerat ingressum cõcoquit. Nam alia
quide; animalia absq; maribus ob quas ad
duximus causas: procreare haud quaquam
valent: gallinę vero absq; maribus oua quę
subuentanea dicunt ad tempus edunt. horũ
autem in pr̨esenti opere cum de his differet
causam adducet. Vbi vero inquit: sed nec in
marem semen emittit: aut mas illud proicit
ordo talis. neq; mas in marẽ: videlicet in se
ipsum: nec foemina semen proicit: neq; eni;
foemina i marẽ illud demittit: neq; mas illud
in seipsu;: s; mas i foeminã: foemina vero in
marẽ: nõ semẽ: sed quẽadmodo in insectis q
busdã fieri asseruimus materiã ꝯfert. Sed ꝛ
eodem pacto vbi inquit: ac protinus partim
haberi paratam materiam necesse est: nam li
terę ordo continuatus sic redderetur. ꝛ pri
mam quidem materiam a qua ꝛ seminis par
tus constituitur: collectam: ac totam pariter
esse necesse est. Aliam autem sub inde incre
menti: alimentiq; conceptus gratia accidere:
si videlicet ad eius alimentum sufficere que
ant. plurima enim animalia abortiua ca
suum euentu proicere solent.

¶ Itaq; partum in foemina conti
neri necesse est. nam ꝛ faber adest li
gno: ꝛ figulus limo. deniq; omnis
actio: ꝛ motio vltima iuxta mate
riam est: vt aedificatio in ijs: quae
aedificantur. hinc etiam quemad
du; mas conferat ad generationẽ:
acceperis: nec enim mas omne se
men emittit: ꝛ quib⁹ emittitur ma
ribus nulla pars foetus hoc est: si
cut nec a fabro quicqua; secedit ad
lignorum materiam: neq; pars vl
a artis fabrilis in eo: quod efficitur:

est: sed forma: ⁊ species ab illo per motum in materia existit: atqȝ aīa: in qua forma: ⁊ scientia est: mouet manus: aut aliud membrum motu certae qualitatis: vel diuerso: a quibus efficitur diuersum: vel eodem a quibus idez. manus autem: instrumentaqȝ materiam mouent. Ita natura etiam maris semen emittentis vtitur eo semine: quasi instrumēto: ⁊ actu habente motum: vt in operibus artiuz instrumenta mouentur: in illis enim quodāmodo motio artis est. Quae igitur semen emittunt: hoc modo ad generationem conferunt. Quae aūt nō emittunt: sed foemina particulam sui quandam inserit in marez: haec simile facere videnť quasi quis materiam ad opificem afferat. nam ob imbecillitatem eorum marium nihil per aliud natura efficere potest: sed vix assidente ipsa motus valēt: ⁊ similis fingenti non fabricanti est. quippe quae non per aliud attingens: sed ipsa suis membris rem cōdat instituendam. Sexus igitur maris: ac foeminae distinctus in genere oium animalium gressiliium est: ⁊ quanquam diuersa sunt animalia: mas: ⁊ foemina: tamen specie idem sunt. Verbi gratia: homo vtrūqȝ. At in plantis facultates istae miscētur: nec mas a foemina separatur: quamobrez ex seipsae progenerāt: nec genituram emittunt: sed conceptum: quod semen vocatur: afferunt. idqȝ Empedocles bene retulit suo carmine. deinde etiam oui pero genus arboreum tulit ortu. ouū enim conceptus est: ⁊ animal ex parte eius creatur. reliquum alimentū est: animalis seminis etiam aliqua ex parte consistit: quod oritur. Reliquum alimentuz germini: radiciqȝ primae est: hoc idez quodammodo in ijs quoqȝ euenit animalibus: q̄ sexu distinguntur: cum enim vniuntur: ⁊ generant: in separata redduntur: vt plantae: idqȝ natura eorum nititur: vt vnuz fiat: quod cum coeunt: ⁊ coniunguntur: conspicitur vnum effici animal ex ambobus: atqȝ ea: quae semen nō emittunt: diu complexa funguntur venere: dum conceptum constituant: vt insecta: quae solent coire: alia tamdiu exigunt: donec partem aduentitiam quādam mittant: quae conceptum constituat spatio temporis longiore: quam in sanguineo genere agatur. haec enim parte quadam diei cohaerent: genitura intra plures dies constituit: mox vbi eam emiserunt partem: absoluuntur. profecto aīalia tanquam plantae diuisae esse videntur: perinde quasi illas quoqȝ postquam semen attulere dissoluas: ⁊ separes in sexum insitum maris: ac foeminae.

Fabrum hic rursus fabrile opus asseuerat. Quę autem hic referuntur: ex his quę in naturali auscultatione posita sunt dependent: dominatumqȝ obtinent. illic enim actum agentis in patiente esse: ac in eo quod fit: quodqȝ omnino materię rationē habeat: explanatū est. nā docentis actus in discētis uact: ⁊ fit: ⁊ visitur: etenim docentis actus ⁊ in eodem ipso: sed ⁊ in discente est. similiter ⁊ ignis tū in ipso igne: tum in calefacta aqua: itaqȝ ⁊ fabri lignarij actus: ex actus ratione in ligno est. Si iam hęc sic habētur: est autem ⁊ seminis actus in foeminę excremento: ⁊ in foemina enim partus: ⁊ materia non in mare esset. Ubi vero inquit manus: seu aliam partez mouent. anima enim manus in artium operibus mouet: in marium autem cum foeminis congressibus aliud quoddam potius videlicet: aut aliquid tale motum perficit. patet autem alio motu manus ab anima moueri cum lectum: alio vero cum sphęram per agunt. quę nos enim multifariam rettulimus: naturam semine vt instrumento aut ascia: seu vehiculo vti planissime asserit. ⁊ quę semē secernūt: semine vt instrumēto vtūtur: ⁊ his quę ędificāt similia sunt: nā omnes isti quęcunqȝ efficiunt: instrumentorum officio peragunt. in quibus vero foemina sui aliquam partem in marem indit: id debilitate causante fit: ⁊ quod instrumento (vt in sectorum quędam) vti nō valeant. quęcunqȝ enim foeminę aliquam in

se portionem recipiunt omnia figulis simulãtur: non enim hi instrumentis ollas vel alyceres simulachra: quidam dolium aliquod: sed propriis tantummodo manibus fingũt. Empedoclis autem qui sic inquit sententiẽ astipulatur: sic primum ouiparẽ paruus fit ramus oliuẽ. paruos vero ramos ⁊ oliuas baccam quarum nos pulpium vescimur nũcupat: pro eo igitur quod dicere deberet sic rami oliuẽ oliuas producunt: quarum baccẽ in terram disseminatẽ ex ipsis parui quidam arbores procreantur: de hinc oliuẽ sic inquit ouiperẽ fiunt. Quod enim sic ouum non subuentaneum: sed quod ex coitu ẽditur conceptus fit: ⁊ quamlibet baccam conceptum' fieri necesse est metaphora seu conuersione poetarum more vsus: ipsos quidem ramos ferẽdis iam fructibus idoneos oliuas dixit. Ouiparas gallinas non oua: sed oliuas i paruos vero ramos ipsas oliuas qd arbores potẽtia sint appellauit. Quemadmodũ vero inquit pars oui quẽdã pullus fit: alia ãt ad alimẽtũ eius relinquitur: idẽ ⁊ i fructib' fit: pars quidẽ i germẽ: alia in eiusdẽ alimẽtũ vertit: ⁊ aliud idics ex terra succrescit: ⁊ sic germẽ breui incremẽtũ suscipit: itaqз: hac de cã empedocles oliuas ouiparas asseruit. primã aũt nũc radicẽ inqt: qnã nuper fundũ appellauit. qd vero mas: ⁊ foemina: ceu vnũ animal ex louob'. coitus tempore efficiantur: hoc sensu patet. Aduentitiam autem partem semen inquit: omne enim excrementum aduentitium est: a qua aduentitia parte longiore temporis interuallo quam in sanguine carentibus conceptus constituit. Nam sanguine preditorũ semen: ⁊ quẽ in ipso facultas est septem dierũ adminus interuallo partum cõstituit: facultas vero exanguium in quibus foeminam sui aliquam partem in marem indit vno diei momento: itaqз longiore tempore sanguine preditorum facultas partum constituit.

¶ Atqз haec omnia recte ita a natura condita sunt. plantarum enim substantiae non aliud munus: nulla actio: nisi generatio seminis ẽ. Qd cuз maris: ac foeminae coitu efficiatur: miscuit ea natura: indiscretũqз ferum maris: ⁊ foeminae plantarũ generi tribuit. Sed de his alibi disputatum a nobis est. At animalis munus non solum generare: quod cõe oiuз viuentiũ est: sз ẽt cognitionis alicuius participes vnũ quodqз ẽ: aliud maioris: aliud minoris: aliud minimae: sensuз eteni hñt: sensus ãt cognitio quaedaз est: cuius fine nobilis: siue ignobilis: nota plurimus referet: ad hominis ne prudentiam an ad genus inanimatum consyderetur. nam ad prudentiam nihil esse videbitur: tactum: gustumqз tantum adipisci. At ad sensus vacuitateз summuз id esse putabitur. Carũ enim censueris compotem eius esse cognitionis: nec emortuum: expertemqз essentiae omnis iacere sensũ autem animalia differunt ab his: q̃ tantum viuunt: sed cum viuat etiã quod animal est: necesse fit: cuз fungi viuentis munere opus est: tunc coeunt: ⁊ miscentur: ⁊ quasi plante efficiuntur: vt dictum est. Caeterum genus animalium testa intectum qñ inter animalia: ⁊ plantas ambiguum est: vt in ambobus constitutum generibus munere neutrius fungitur: nam vt planta sexũ maris: ⁊ foeminae caret: nec in altero generat: vt autem animal nullum ex se fructum affert modo plãtae: sed consistunt: ⁊ generantur ex terrena: ⁊ humida quadam concretione: sed de eorum generatione postea differemus.

Ad primum Principium scipsus de more adducit: hoc autem naturam: ⁊ primam causam dixit: quam duodecimo in his: quẽ post naturalia scripsit animal sempiternum: optimuз appellauit. Ipse autem tale principium nobilissimam mentẽ naturã nũcupare ɔsueuit: aperte igitur etiam ex his quẽ hic asseuerat prouidentiam ostendit. Cum maris foeminẽqз misturam fructus ⁊ perinde ac conceptus esse plurisariam asseruisset: quoniam in animalibus (vt patet) mas a foemina distinctus sit: ex his quẽ sequuntur: vtrorumqз horum causaз adduxit. Probe igitur inquit hẽc deus: naturaque creauit: quoniam enim stirpibus nullum aliud opus: actusqз sit quam alĩ ipsisqз similia procreare: in his marem a foemina non distinxit: quid nam ex ipsis si distinctẽ essent emolumenti sequeretur? Sed de his in opere vbi de stirpibus

differuit. Nam animalium munus non modo gignere est: sed ⁊ cognitionis omnino non inexpertia esse. At cum cognitio duplex sit: altera mente: consideratione que: altera quidem sensu: (⁊ sensus enim cognitio quędam est) habetur. Nam (in vniversum dixerim) cognitio ipsa iucunda: tristitiamque diiudicat. quę autem sensus: ⁊ mentis quemadmodum homo nō inexpertia plurimarum cognitionum compotes efficiuntur: reliqua vero pauciora norunt: quę vero tactus tantum facultate prędita: pauca admodum comprehendere queunt. Quoniam igitur preter quam quod generantia sint ⁊ cognitione participant: mas ab inuicem in his: foeminaque distincta est: quo eis expedita: facilisque ad ea quibus participant per agenda cognitio pateret. Confusio enim inter ipsos mare foeminaque ad inuicem permistis: ⁊ cognitio imbecillis omnino: ⁊ confusanea: impuraque: nec stabilis diretur. His quidē de causis ipsa ab inuicem deus seiunxit. Cum autem viuentis munus: generatiōem videlicet explere opus fuerit: tunc coeunt: ⁊ vnum quasi stirps quędam efficiuntur. In testaceis vero: quoniam inter animalia: et plantas sunt: neutrum horum: amor tantum fit. Sed quēadmodū ⁊ stirpes mare: foeminaque carent. nulla enim ex stirpibus. aut mas aut foemina est: sed vtrasque in se maris ⁊ foeminę facultates mistas continere perspectum habetur. ⁊ quamuis harum nonnullę tum mares: tum foeminę appellentur metaphore: seu translationis tantum modo dicuntur: qua igitur stirpes sunt: ea quę stirpium generis: horum neutrum mas videlicet ⁊ foemina est: at qua animalia quidem: ex se fructus minime procreant: hoc enim ex se fructus procreare stirpium proprium habetur. Sensus quidem qui ad libri finem vsque procedat talis quem diximus est. literę vero ordo quę sunt nobile: ⁊ ignobile his qui prudentiam: ac inanimata animaduertunt plurimum ad inuicem differunt: quod de sensu ibi dictum iam sit: certum est. Quod vero asserit tale est: siquidem sensus ad prudentiam: prudentięque magnitudinem collatus fuerit ignobilis habetur: si vero quis ipsum ad inanimata: eorumque insensibile: ac demortuum: ⁊ quod esse non optinet conferat: illum magnum quoddam: nobileque intuebitur.

Philoponi in primum Aristotelis de animalium generatione interpretatio explicit.

Philoponi in secunduz Aristotelis de animaliũ generatione librum commentarij eodem Nicolao petro Corcyraeo interprete.

Marem: ac foeminam esse principia generationis: ⁊ quaenam eorum essentiae vis: atq; ratio esset: dictum: iam ē. Sed quamobrem gignatur: ⁊ sit alterum mas: alterum foemina: vt necessario: ⁊ quonã primo mouente: ⁊ q̃li materia id efficiatur: procedendo explicare conabimur. At vero qđ ad melioris rationem: ⁊ causam: cuius gratia pertinet.

IN primo cum alijs simul quę inipso ostendit libro quid mas ⁊ foemina sit: cum ⁊ marem quidẽ quod in alio generat foeminã vero in quo aliud differuisset: marem: foeminãq; engerationis principia esse: marem quidem vt mouentem: agentemq;: foeminam vero vt quę materiam prębeat ostendit. in hoc q secundus habetur pręcęteris omnibus quęrit: (de quibus in ipso explicabit) qua de causa in vniuersum mas: ⁊ foemina sit: ⁊ quid in rebus ex his emolumenti. Nam causam quęrere cur mas: ⁊ foemina sint quęrere est cuius gratia: quę finalis est. quęrere vero cuius gratia: ⁊ cur mas ⁊ foemina in vniuersum sint quęrere est quid in mundo conferant: ⁊ quid nam ex ipsis vtilitatis. ⁊ quoniam positum est: ⁊ demonstratũ quod mas: foeminaque generationis principia sunt: quęrit quę in mundo generationis vtilitas: cum hoc fuerit nactus quid a mare: foeminaq; emolumenti proueniat perspicuum reddetur. Si enim tum mas tum foemina generationis principia habẽtur generatio autem ad hoc confert: iuuatq;: ⁊ ex his patet marẽ hac de causa qua ⁊ generationẽ esse. Etenim in mundo generationis emolumentum: hoc inquiens ostendit. diuina enĩ semper omnia sibi similia facere: numero videlicet sempiterna intendunt. Nam sol idem ⁊ numero vnus est: similiter autem: ⁊ vnũquodq; diuinorum corporum: tum magis etiam ea quę ipsa mouent: omnia enim perpetua numero ob insitam ipsis bonitatem esse fieri pergunt: tũ quod esse melius est quã non esse: ⁊ viuere quam vite esse expertem. Sed quia omnium quę in generatione sunt subiecta materia sic sempiterna esse non potest: immutat iam species vertitq;: ⁊ has quidem recipit: cũ quę prius habuerat respuisset. Nonnunquã vero alia: ipsa spetie sempiterna: singulatiq; successione facit. succedit enim filius patri: ac filio qui ex ipso genitus: ⁊ sic successione: spetieq; sempiternum obseruant. Igitur huius successionis gratia generatio: ob generationem aũt mas: ⁊ foemina habentur. Ratio quidem quę adducit: qua: cur in rebus mas: ac foemina sit ostenditur ⁊ quid ex ipsis emolumenti: talis quã diximus est. ⁊ iam ad literę explanationem pergendum. Quod enim foemina: et mas generationis principia sunt: ⁊ quę nã ipsorum natura: prius dictum. qua autẽ materia: tum foemina: tum mas gignatur ⁊ esse continet: eodem modo ⁊ quid quod proxime agat hoc mas: illud vero foemina: nec non cuius gratia: ⁊ qui finis: vtilitasq; eorum sit deinceps referemus.

ℭ Coelitus principium ducitur.

Propter Voluntatẽ videlicet quę coelitus fit: principium: ⁊ causam quod sit habet. coelitus autẽ principium: fortassis diuina: ac circulariter mota corpora diceres: hęc enim propinquius operant: ⁊ in his quę hic sunt eorum actus ostẽdunt. forsan autem ⁊ corpore carentes: et summe diuinas: beatissimasq; naturas a quibus ista mouentur vel vtrasq; hoꝝ causam putares. Nam eorum quę dixeruit ordo talis esset. Cur autem: alterum quidem foemina: alterum vero mas procreatur: estque: quemadmodum enim necessario: ⁊ qua materia: ⁊ quo idest a quo primum mouente: (nam illud quo: pro a quo capit̃) deinceps explicare conandum est. illud autem necessario: ⁊ quali materia eadem sunt. qua quidem materia mas: ⁊ qua foemina gignitur: similiter ⁊ quid quod ipsos propinque efficiat deinceps (vt diximus) memorabit.

ℭ Cum enim rerum aliae sint sempiternae: summaeq; diuinae: aliae quae possint: ⁊ esse: ⁊ non esse.

Qua De causa mas ⁊ foemina sit: ⁊ q̃d in mundo conferant ex his ostendit. cũ qua de causa in rebus generatio fit

asseruisset cetera prosequit. Nam inquit. quoniã enim rerum alię sempiternę ⁊ summe diuinę videlicet circulariter mota corpora ⁊ quę ipsa mouent sunt: alię vero quę possunt esse: ⁊ non esse inter hęc: omnia quę sub generationem cadunt complectit.

¶ Pulchrum autem: diuinumq illud cã semper sua natura melioris conditionis in rebus contigentibus sit: quod vero sempiternũ nõ est: id ⁊ esse: ⁊ particeps tum deterioris conditionis: tum melioris esse possit. cũq anima sit corpore melior: animatumq inanimato praestet ꝓpter animam: ⁊ esse: quã non esse: ⁊ viuere: quam non viuere melius sit: ⁊ efficitur his de causis: vt generatio sit animalium. Cum enim natura eius generis sempiterna esse non possit: quõ fieri potest: eo sempiternum: qđ gignitur: est: numero igitur non potest. substantia enim rerum in singularibus est: quae si talia essent: sempiterna essent: specie vero potest itaq genus hoĩum semper: ⁊ bestiarum: ⁊ plantarum est. Sed cum principiũ sit eorũ mas: atq foemina: fit vt generationis gratia sit mas: ⁊ foemina in rerum natura.

Cum Pulchrum: diuinumq diceret: ea quę nuper adduxerat sũt. coelestis autem causa semper sua natura melioris causa contingentibus fit: semper enĩ in contingentibus illa melioris causa est. Nõ autem non sempiternum est tum melioris: tum deterioris conditionis particeps esse potest. Melior autem anima corpore: ⁊ esse quã non esse: ac viuere quam vitę esse expertem: his de causis animalium generationẽ factã esse censendũ. est igit talis orationis collectio. Quoniam illud quod non est sempiternum: possibile est ⁊ esse: ⁊ melioris ac deterioris esse participem: melius autem esse quã non esse: diuinum autem semper melioris causa est: igit ⁊ non perpetui causa erit: ⁊ melioris: modo qui esse potest dator: potest autem generatione hac igitur de causa in rebus generatio est: generationis autẽ mas: ⁊ foemina. Qua igit de causa mas: ⁊ foemina sint perspectum habetur. Cum autẽ his de causis animalium generationem esse asseruisset: rursus assumit: rationem at ipsã planiorẽ reddit. quoniam enim inquit natura huiuscemodi genus: contingens videlicet: illudq qđ esse: ⁊ non esse potest: numero sempiternum efficere nequit: sempiternum ex generationis successione efficere pergit: hoc autem declarat: illud quod ait: modo q esse põt: hęc quidem quę gignuntur hoc pacto sempiterna fiunt. omnia enim tum animalia: tum plantę: specie quidem: ⁊ natura cõmuni: ac successione quę ex generatione fit sempiterna esse possunt: pręsui vero substantia: corruptioni obnoxia habentur: quod subiecta eis materia mutabilis: ac resolui facilis sit. Quoniam aliquis erat dicturus: quia tum homo: tum equus: aliaque qua homo: ⁊ qua equus: ac qua quod vis aliud incorruptibilia: ⁊ sempiterna sunt: qua de causa non ipsa simpliciter sempiterna nũcupat: at numero quidem non sempiterna: sꝫ specie: addidit. nam rerum substãtia in singularibus est: sic potentia inquiens. quoniam igit proprię res: ⁊ proprię substantię singularia sunt: vniuersalia enim ex abstractiõe ⁊ nihil sunt: aut (vt in eo qui de anima dictum est) singularibus posteriora habent. Cum igitur res: proprie particularia sunt: quę ⁊ corrumpuntur: quo nam pacto simpliciter sempiterna: non sic vt dictum est nuncuparentur?

¶ Cumq sua natura melior: magisq diuina cã sit ea: quae prima mouet: cui rõ inest: ⁊ forma: quam materia. Cunctꝫ melius etiam sit separari a deteriori: qđ melius est: iõ in quibuscunq fieri põt: ⁊ quoad eius fieri potest: mas a foemina separatur. melius enim: magisq diuinum est principium motus: quod per generationem mas obtinet. foemina enim materia est: sed coit: ⁊ iũgitur ad generationis officiũ mas cũ foemina: id enĩ cõe ambobꝰ est. Qua igitur ratione sexu maris: ac foeminae participant: viuunt. quãobrem plantae quoq vitae participes sunt. qua autẽ sensus adest: genus animalium est. Quorum incessibilibus fere oĩbus mas a foemina separatur ob eas quas modo reddidimus causas: eorumq alia

(vt dictum est) semen emittunt: alia non emittunt: cum coeunt: cuius rei causa est: quod quae nobiliora sunt: eadem sua natura magnitudinem sibi postulant: quod non nisi calore animali fieri potest. Quod enim maius est: id a facultate ampliore moveri necesse est: movere autem calor potest: quamobrem in vniversum propedixerim: maiora: quae sanguinem habent: quam ea: quae nō habent: ⁊ incedentia: quā stabilia. maiora: quae semen genitale propter calorem: ac magnitudinē emittunt. De mare: ⁊ foemina quam ob cām sint: dictum iam est. Animalium vero alia perficiunt partum: forasqꝫ mittunt sibi simile: vt ea: quae animal edunt in lucem: alia nondum explanatum: suamqꝫ formam adeptum pariunt: quorum sanguinea ovum pariunt: exanguia vermem. Inter ovum: ⁊ vermem hoc interest: ovū est: cuius ex parte animal gignitur: reliquum cibus ei: quod gignitur: est. Vermis ex quo toto aial gignitur. eorum autem: quae pfectum sibi simile edunt: in lucem: atqꝫ vivipera sunt: alia statim intra se animal gignūt: vt homo: equus: bos: ⁊ ex marinis delphinus: ⁊ reliqua generis eiusdem: alia: vbi primum intra se ovum genuerint: mox animal edunt foras: vt quae chartilaginea appellantur. Oviperorum alia ovum edunt perfectū: vt aves: ⁊ quae quadrupedes ovum pariūt vt lacertae: ⁊ testudines: aut quae pedibus carent: vt serpentum pars plurima. ova enim eorum postquā prodierunt: nullum insuper capiunt incrementum. alia imperfectum edunt: vt pisces: ⁊ crustata: ⁊ mollia nomine: nanqꝫ eorum ova edita augent. Omnia quae aut animal pariunt: aut ovum: sanguinem habent: ⁊ quae sanguinem habent: aut animal pariunt: aut ovum: nisi omino improlia fiāt. Exanguium insecta vermiculum pariunt: quae aut ex coitu generant: aut ipsa coeunt. Sunt enim nonnulla insecta: quae sponte naturae gignātur: sꝫ ferum maris: ac foeminae habeant: coitūqꝫ procreent aliquid: quod tamen generatur vt imperfectum ē: causam antea reddidi.

Ad primi Etiam libri fines qua de causa mas: a foemina distinctus sit explicavit: tum ex his quę posita sunt hoc idem rursus adductis causis recenset. Nam inquit: quoniam enim naturę ratione melior: potiorqꝫ ipsa materia causa quę movet: quę ratio ⁊ forma est. Quę videlicet movens causa ratio: ⁊ forma habet (quemadmodum enim sępe iam dictum in rebus quę sunt quod movet: ⁊ forma idem sunt): quoniā igit quę movet causa in his melior: materia vero deterior est: ⁊ distingui melius in quibus fieri pōt meliorem: a deteriori est: mas vero foemina melior: magisqꝫ divinus: marem igit a foemina distingui melius. Mas autem motus principiū: foemina vero materia est: quę quidem dicta sunt talia habentur. vbi vero inquit: melius autem separari a deteriori qd melius est: illud autem: coniunctio: exuperat: sed in illo qd inquit: melius enim magisqꝫ divinum principium motus: quod in rebus quę fiunt mas obtinet hoc explanat: quod mas motus principium est. Cum autem quędam semen genitale: nonnulla vero minime emittere dixisset: addidit: quod quidem semen alia emittere: nonnulla vero minime: causa est: qd nobiliora sunt: ⁊ magis sua natura sufficiūt: itaqꝫ grādiore magnitudine sufficientię gratia prędita sunt: nam magnitudine ignobilioribus maiora habētur. etenim maiori magnitudine prędictum esse fieri sine animę calore haudquaquam potest: motus enim causa calor fit: vbi autem plus caloris est: ⁊ seminis emissio plurima. Quoniam igit quę maxime sufficiūt caloris causa maiori tumore excrescunt: in quo vero plurimum caloris inest: in ipso ⁊ seminis emissio plurima habetur. optima igit ratione quę maxime sufficiunt semen emittere censendum: quę vero non talia: minime: sed foemina potius sui aliquā partem in marem indit. Vermis autem est inquit ex quo toto aliquid totum gignitur: vermium enim quorundam omne qd totum est in aliam quādam speciem immutatur. marinas vero testudines pedibus ca

rentes inquit:nam terrestres bis pditę sunt. satirus vero animal lacertę similis niger: ex pesq3 est. Ubi autem inquit coniuncta aliqd procreant: tale imperfectum est. nã im perfectum pro dissimili positum est. vel illõ fortaslis imperfectum inquit: ? qõ ex ipso nihil gignitur:quod enim non gignit vitium: imperfectumq3: nam perfecti munus gignere est.etenim ad primi libri initia de his disseruit.

¶ Magna autem permutatio generibus euenit: nec enim bipedes oẽs vel animal pariunt: vel ouum: aues enim ouum:homo animal parit:neq3 quadrupedes omnes aut ouum pariunt: aut animal. equus eni: ? bos: ? aliae plurimae animal pariunt:lacertae: crocodili: ? aliae complures ouum. nec verum in habendis pedibus:nec ne: ratio part⁹ continetur:nam expedum aliae animal pariunt:vt viperae: ? chartilaginea:aliae ouu3: vt piscium genus ac caeterae serpentes pedes habẽtium multae: ? ouum: ? animal pariunt: vt quadrupedes: quas modo enumerauimus:nec non intra se pariunt tum pedata:vt homo: tum expeda: vt balaenae:delphini. sic igit diuidi non potest: nec discriminis eius causam habet instrumentum vllum incessui delegatum. Sed eni ea pariunt animal:quae natura perfectiore sunt: ? principiu3 syncerius obtinent. nullum eni intra se gignit animal: nisi quod aerem recipit: ? spirat.perfectiora autem sunt:quae natura calidiora: ? humidiora: nec terreno constant. Caloris vero naturalis ratio: pulmone describitur sanguinis compote. Quae eni3 pulmonem habent:oĩno calidiora sunt ijs: quae non habent: ? interea superant quae non fungosum:aut retorridum: ? parum sanguinis continentem habent pulmonem:sed sanguinolentum: ? mollem: vtq3 animal res perfecta: vermis autem: ? ouu3 imperfecta est: sic perfectũ nasci solet a perfectiore. Quae autem calidiora quidem sunt propter pulmone3: sed natura constant sicciorẽ: aut quae frigidiora quidem: sed humidiora sunt:eorũ altera ouu3 edũt perfectum:altera intra se: ? ouum: ? animal pariunt. Nam ? aues: ? cortice intecta calore suo perficiũt: sed prae siccitate ouũ pariunt: chartilaginea cum minus ijs calida magis humida sint: vtroq3 participãt. quippe quae ? ouu3: ? animal intra se pariunt ouum:quia frigida sunt: animal:quia humida. humor enim viuificus est: siccitas longe a vita remota est.

Permutationem: Communicatiões nuncupat.ita enim ? in eo q de generatione: ? corruptione est:asseruit. pmutatio autem in elemẽtis hoc est communicatio fit: ex hoc vero quod adducit:õstendit non esse causas vt alia viuipera:alia vero ouipera sint pedes habere: vel expeda esse: siue qõ duob⁹ sint pedibus: aut pluribus pdita. sed quod pfectum: puriusq3: ? imperfectum nec purius est:causa erit. perfecti causam calorem esse nuper iam dictum: itaq3 conclusio patet. cũ quę prius dicta sunt accuratissime recẽseret: addidit:igit sic diuidi non põt:v3 sic igit ex instrumentis incessui delegatis discrimen viuiperoru3: ouiperorumq3 fieri nequit: vt si exempli gratia diceret: Animalium hęc qdem pedibus vacantia ouipera: illa vero pedibus pdita viuipera sunt: vel ecõuerso:aut omnino aliquo quę diximus discrimine: nec ex his viuiperorum: ouiperorumq3 diuisio fieri potest: sed ex perfecto: imperfectoq3. quę autem calidiora: humidioraq3:natura pfectiora sunt: sed non quę terrena videlicet non quę frigida:siccaq3 illa perfectiora habetur. Cum enim terra frigida siccaq3 habeatur:ex eo vbi inquit quod terrenum est planum reddidit. sed quonãpacto quarto sublimium speculationum caliditatem ? frigiditatemq3 efficientes causas: humiditatẽ siccitatemq3 patientes ? quę materię vim obtineant asseruit: hic efficiens quide3 calidũ: humidumq3: frigidum vero ? siccum materiale nuncupat: qõ quidem calidum: humidumq3 efficientis: viuificãtiaq3:ex morte patet. si enim hanc frigidam: siccamq3 conseu

tanetum: vitam humidam: calidamq; esse certum est. Nam in sublimibus speculationibus: planiciem asperitatemq;: ⁊ duriciem: ac molliciem: ⁊ similia: ex calidis: frigidisq; fieri asseruit. quę vero animalia efficiunt: procreantq;: non talia esse censendum est: sȝ calidum: humidumq;: ideo animaliū quę calidiora: humidioraq;: omnium perfectiora habent. secūdi vero ordinis illa quę minori caliditate p̄dita: sed ęque cum p̄fectis humiditatis sunt: ⁊ quę ad maius: minusq; parum declinent. Quę autem calida: siccaq;: eorum quę asserimus imperfectiora: ac tertiū sortita ordinem. itaq;: ad animalis generationē: humidum calido admixtum: quā siccū fit magis proclive. cum aūt calidiora: humidioraq;: natura perfectiora esse asseruisset: nobis rationem exhibuit: qua iam quę simpliciter calore p̄dita sunt: dignoscere: ac ab eis quę non talia secernere queamus: ⁊ de his quę calida: quę nam magis: minusq; talia sint: sic inqt. caloris p̄o naturalis ratio: terminusq;: pulmone describit. Retorridum autem: qd̄ siccitate exuperat inquit. At illud: sed sanguinolentum: ⁊ molle: calidi: humidiq; locū obtinet: calidum quidem sanguinis: molle vero humidi gratia. quod autem quę calidiora: humidioraq;: calidis: siccisq; perfectiora: hoc ex his quę a talibus procreātur patet: nā humida: calidaq;: animal: calida vero: siccaq;: ouum edunt. quantum animal ouo: tantum illa calidis: siccisq; perfectiora. Quod vero ⁊ humidum ad generationē magis quam calidum conferat: cartilaginea argumento sunt: cum minus ouiperis calidiora sint: ob insitum tamen ipsis calorem: intra se animal: sed prius ouum pariunt. verum enumero qua ratione id accidit si ouipera calida sunt: quod vero calida ipse quidē sic asseruit: nam galinę: ⁊ cortice intecta suo calore perficiunt: quo nam igit̄ pacto: si ouipera calida: de aliis sic inqt: quod frigida sint oua edunt: Nam omnia ouipera calida: nihil enim omnino absq; animę calore esse: nequidem generatio fieri pōt. omnia igitur talia calida: at ouipera minimo calore p̄dita sunt: itaq; si frigida appellarent̄: non ex toto: sed ad perfectiora collata: quę plurimū calorem continent: talia dicerentur. Nā frigidum multifariam: quemadmodum ⁊ calidū nuncupat̄: vt in secundo qui de animalium partibus dictum est. aues enim vtroq;: calido videlicet: frigidoq;: perfectis minores sunt. non. n. ex toto siccę: sȝ qd̄ in ipsis humiditatis parum est. cartilaginea vero: caliditate tantum p̄fectis posteriora habentur. Quoniam igit̄ humidum: vt ex ipso animalia procreentur causa fit: siccum vero nequaquā in huius gratia cartilaginea: quāuis medico calore p̄dita viuipera sunt.

¶ Sed cum non penna: non cortice: non squama tegantur: quae indicia sunt naturae siccae: atq; terrenae: idcirco molle generant ouum. vt enim ipsis: sic eorum ouis nulla satis insidet siccitas: atq; ob eā rē intra se pariunt oua. nam si ouum foras prodiret: facile periret carens putamine: quod protegat: duriore. frigida: sicciora q;: pariunt quidem ouum: sed imperfectum. Crusta et duriuscula opertum propter naturam terrenam sui generis: vtq; imperfectum exiens possit seruari tutela operimenti testacei. pisces itaq; cum squamati sint: ⁊ genus crustatum: vt terrena constitutum natura: oua putamine duriore generant. Sed mollium genus: vt piscium natura corporis lenta ē: sic oua: quae imperfecta edere solet: tuet̄: ⁊ seruat. plurimum enim lentioris sua cum foetura emittunt. Insecta omnia vermiculum pariunt: eademq; omnia sanguine carent: vnde fit: vt quae extra vermiculum pariunt: sanguine vacent: quāquam exanguia non oīa vermem simpliciter pariant. commutant enim inter se vices insecta: ⁊ quae ouum pariunt imperfectū: vt pisces squamati: ⁊ crustata: ⁊ mollia. horum enim omnia vermem imitantur. quippe quae foris incrementum recipiant: illorū vermiculi tempore procedente in speciem oui transeunt: quod quemadmodū fiat: postea explicabimus. Nunc prius intelligendum: q̄ȝ bene: miroq; deinceps ordine natura reddit generationem. perfectiora enim: calidioraq; animalia: prolem reddūt perfectam qualitate. nam quantitate nullum omnino animal perfecte progenerat. oīa enim postea quam nata sunt: incrementum recipiunt:

⁊ generant quoqꝫ ea ipsa animalia intra se statim. caetera ab ijs proxima loco secundo constituta: non statim perfecta intra se generant. cum enim prius intra se ouū pepererint: mox animal edunt in lucē. Alia nō perfectū animal generāt: sed ouū: idqꝫ perfectum. quae autem ijs frigidiora constant natura: generant quidem ouum: sed non perfectum: verū quod foris perficiatur: vt genus piscium squamata: ⁊ crustata: ⁊ mollia. Quintum genus: quod frigidissimum est: ne ouum quidem ex sese parere potest: sed haec affectio foris euenit ei: vt dictum est. Insecta enim primo vermiculum pariunt: qui addito tempore spēm accipit oui. Aurelia enim appellata: oui obtinet facultatem: tum ex eo animal nascitur: tertia mutatione finē recipiens generatōis. Sunt igitur quae non semine genitali procreentur: vt antea dictum est. Sanginea tamen omnia semine procreantur: videlicet ea: quae per coitum oriuntur: emissa a mare in foeminam genitura: qua ingesta animalia constituuntur: suāqꝫ formā recipiunt. aut intra ipsa animalia: quae solent animal generare: aut in ouo: aut in semine: ⁊ eiusmodi alia secretione: de quibus quaestio longe dubia oritur quonam pacto ex semine generetur: aut planta: aut animal. qđ enim gignitur: ⁊ ex aliquo: ⁊ ab aliquo: ⁊ aliquid gigni necesse est: ex quo gignitur materia est: quam nonnulla secum habent primam acceptā ex foemina: verbigratia: ea: quae non forma animalis nascuntur: sed vermiculi: aut oui q̄dā diu ex foemina capiunt: quoniam lactent: vt ea: q̄ non modo foras: verum etiā intus forma animalis gignantur. Talis: id ex quo oriuntur: materia ē: sed hoc loco non ex quo oriantur: quaerimus: sed a quo partes corporis generētur: aut enim extrinsecus aliqd: aut in genitura: ⁊ semine insitum agit: idqꝫ aut pars aliqua animae: aut anima: aut habens animam est.

Ex his Causam adducit: quod cartilaginea oua mollia nec dura edant. ⁊ hoc syllogismo: seu ratiocinatione sic ostenditur. omnia sicca: terrenaqꝫ natura: oua dura procreant: nullum cartilagineū siccū naturaqꝫ: terrenū est: nullū igiť cartilagineū durū ouū procreat. etenim syllogismus: seu ratiocinatio ex his est: quę in secūdi ordinis figura sunt. propositionem autem qua demonstratur terrena dura gignere: deinceps ostendet. illud vero quod inqt: nullum cartilagineum siccum natura: terrenumqꝫ esse: hac demonstratione perspectum redderetur. quoniam vero nec pennati: neqꝫ corticati: aut squammati generis sunt: ⁊ his de causis sic syllogismo vtemur. omnia quę sicca natura: terrenaqꝫ aut pēnata: aut corticata: siue squāmata sunt: nullum cartilagineum pennatum: seu corticatum: aut squāmatum: nullum igiť cartilagineum siccę: terrenęqꝫ naturę est. talis enim syllogismi est reductio. Cum autem neqꝫ pennata: corticataqꝫ: ⁊ squamata esse asseruisset: addidit. quę .n. dura: naturę siccę: atqꝫ terrenę sunt: videlicet qđ pennatum: corticatum: squamatumqꝫ: siccę: terrenęqꝫ naturę sit: planū habeť. Etenim vt fumus ignis: ⁊ lunā vndiqꝫ circūsepta area pluuiarum indiciū: ita hęc terrenę naturę esse non inexptia. Quemadmodum autē cartilaginea: terrenū: siccūqꝫ: non continent: sic ouū ipsorū sicco haud quaquā redundat. Siquidē omnia insecta: sanguine exptia esse inqt: non vero oīa quę sanguine carent: illa insecta. Mollia enī: testaceaqꝫ: sanguine vacant: insecta autem minime. Cum non omnia sanguine exptia simpliciter vermiculum parere ostenderet: causam huiusce rei adducit. ideo enim commutant inter se vices insecta: ⁊ quę ouum pariunt imperfectum: vt pisces squamati: ac si diceret: ⁊ mollia interse vices commutant. Ad hęc addidit: Nō simpliciter sanguine expertia vermiculum pariunt: quod vermiculi qui ex ipsis procreantur: ad finem vermiculi non permanent: sed ex ipsis quę aurelię appellantur oui speciem continentes: gignunť. Aurelię autem sunt: quę in parietib⁹ intuenť: bullis in aquam ex pluuia deciden te psimiles: albedinem gallinacei oui cartilaginis prese ferentes. non igiť vermen simpliciter pariunt: quod inter se vices commutant: ⁊ cum his quę imperfectum ouum pariunt communicantia sunt. Quemadmodū

enim horum (talia vero sunt pisces squamati: & mollia: crustataq;) vermiculata ova eduntur: ita illorum vermes ovi specie fiunt: Aurelię enim fiunt: quę ovi speciem pre se ferunt. quintum autem genus inquit: qd omnium quę nuper memoravimus frigidissimum habet: ex quibus non ovum: sed vermis procreatur. Has vermes: seu aurelias: ovi specie fieri accidit. prima igit mutatiōe: vermis creatio fit: dehinc in aureliam vermis: tertia mutatione ipsa in animal vertit. Cum hęc asseruisset: longe dubia de plurib' inquit oritur questio: quonam pacto ex semine planta procreat. Quod enim gignit: aut ex aliquo idest materia: aut ab aliquo videlicet efficiente: aut aliquid: hoc est illud qd fit gigni necesse est. & illud quidem ex quo gignit (vt dictū) materia est: cuius materię primum a quo constituunt: & quam in se ipsis habent: (ipsa vero menstruū est: aut menstruo preportionale) cuncta a foemina animalia formantur. secundam materiam quę alimentum est: quędā a foemina diu: vt lac suggentia: ad longum vz tempus capiunt. Hęc enim animalia: non modo primam materiam: ex qua: ac ex ea quę in genitali semine est facultate constituuntur a foemina accipiunt: sed & eam quę iam in alimentum cū ex vulva quidem fingit: quod demū ex mānis procedit absumpta est ab eadē sumūt. Que vero vermiculum pariunt: primas tantū a foemina: secundā aūt minime obtinent. ex quo quidē gignunt materia est: de qua nihil ambigit. quęrit igit a quo gignunt: vtrū aliqd: vt cū faber domū cōstituit extrinsecus qd agat fit: aut rei quę fit inest: eiusq; ps efficit: siue rei q̄ fit inest: siue nō: aliqua alę pars: aut anima. aut quod habeat animam est.

¶ Sed ab aliquo extrinsecus agente effici quęcq;: aut viscera: aut alia membra remotum a ratione videtur. fieri enim non potest: vt moveat. quod non tangit: & quicquā ab eo: quod non moveat: afficiatur. igitur in ipso conceptu aliquid iā inest: quod aut pars eius sit: aut seorsum contineatur. Sed aliud quicquam esse abiunctum: irrōnabile est. etenī generato iā animali: corrumpatur ne illud: an maneat. At nihil inesse videtur: quod non totius pars sit: aut plantae: aut animalis. Quin&t corrumpi postq̄ vel omnes: vel aliquot partes effecit: absurdum est. Quid enim efficiat reliquas? nam si illud posteaq̄ effecerat: cor iterijt: cor autem ipsum prem alias efficit: eiusdem rationis est: vt vel omnia intereant: vel omnia serventur. ergo servari necesse est. pars igit eius est id: qd protinus in semine inest.

Utraq; Enim agreditur: & primum quidem probabilia adducēs: credibilibus: non autem veris vtitur. possibile quidem esse haudquaquam asseverat: ab aliquo extrinsecus agente quęlibet viscera: aut alia membra effici: vt pars aliqua quę agit: ab re quę facta est reliqua fiat. Dehic his etiam adversatur: & falsum esse partem quę agit rei quę facta est asserere plane ostēdit: dehinc divisa ceu p mēbra ratione vsus: & esse: ac non esse inquit. pater enim qui efficientem cuiuslibet partis causam seminę qui ab ipso secernitur: & quę in se actu eorum rationes continet tribuit: extrinsecus est: & quālibet partem actu habet: nam in patre caput: & alia membra actu sunt. At efficiens facultas quę ab ipso patre: semine ceu instrumento tribuitur: viscerum (vt dictum est) aliarumq; partium absq; materia rationes quēadmodum & mens materiales formas optinet: & ipsa enim mens absq; subiecta ipsis materia formas ipsas: earumq; rationes habet. quę igitur facultas ab ipso semine intus tribuitur: & pars illius quod gignitur fit: pars vero non vt materia: sed vt forma efficitur: hęc sensualis anima est: quę (vt ad presentis libri finem disseret) sibi vegetalē: auctivāq; adherentem continet. & quemadmodum qui docet: cum eorum quę novit rationes actu possidet: potentia peritum in actum agit: ita quę in semine facultas est: qd partium rationes actu continet: materiam potentia partes existentem in actum perducit. & hęc ad ea quę Aristoteles opinat explicanda sufficiant: qui illud quod primū agit extrinsecus esse inquit & quod ex eo quod actu est: illud quod potentia est efficitur. primum igitur quod agit extrinsecus non esse probare molitur: cum ait: extrinsecus igitur esse quod agit: videlicet quo illud quidē fit quod agit aliquid eorum quę extrinsecus sunt: hoc est quę extra matris vterum sunt: absurdum quidem: a rationeq; alienum videtur. & causam huiusce rei perspicuā reddit. nihil igitur ex quo animalis partes procrearetur extra matris alvum fieri potest: restat igitur vt in ipso conceptu consistere credat. cum autem in ipso sit: vtrum pars est illius quod fit: vt oculus: vel manus: aut aliud

tale: an quemadmodum nauta nauis pars haud quaquam est? ⁊ ipse propositam questionem ita absoluit: non enim fieri potest quod in ipso est ne eius pars sit: ⁊ hoc autem a diuisione probat: de hinc partem eius non esse asseuerat. ⁊ prius quidem ostendere partem eius tandem esse hoc pacto nititur. Nam agentem illius quod fit partem non esse: sed vt in naui nautam dicere inquit absurdum videtur. Ab his igit̃ q̃ partem eius non esse afferunt: querendum fit: vtrum cum perfectum iam animal fuerit (etenim nostra de animalium generatione oratio est) illud quod agit: superest: seruaturq; ⁊ vna cum animali egreditur: an corrumpitur? Nam dicere quod manet: ⁊ simul cum ipso egreditur: cum eius pars non sit: falsum est: nihil enim cum animali egredi aliud preter eius partes inspicitur. Nam illud hoc declarat vbi ait. Sed nihil tale quod nõ totius pars sit inesse videtur. non igitur dici potest quod in ipso conceptu permanet: ⁊ perfecto ipso: ac iam in animal commutato cum perfecto simul egreditur: ergo corrumpitur. verum enimuero si corrumpitur: illud quod agit totum: an aliqua eius portio corrupta efficitur. ⁊ ad vnam partem vbi inquit: quod omnes partes efficit nihil inquit: ad reliquum vero sic asserens occurit. Quid enim efficeret reliquas? esto qđ illud cor: iecurq; effecerit: sed cetera quid nam constitueret? Si enim quis diceret: quod vnde cor procreatum fuit corruptum est: cor vero iecur edidit: ⁊ hoc pulmonem: ille aliud: ⁊ sic reliqua cuncta procreata sunt: audiat. Age inquam: quemamodum illud vnde cor procreatum corruptum est: ita ⁊ ipsum a iecinoris creatione corrumpi necesse esset: qua enim ratione qđ cor effecit illico corruptum est: ipsum vero a iecinoris constitutione incorruptum permaneat? id enim in successione consistit. Si autem hoc impossibile: seruatur igitur: si vero seruatur pars eius quod fit est: at nisi pars esset: cum animali secerni cũ aliud preter ipsum sit necesse esset: at tale nihil cum ipso secretũ: sed humores quidam turpissimi inspiciũtur. igitur: quod efficit pars illius quod fit est: et rationem que de anima que seminũ inest phibetur verissimam putandum: hec enim illius quod creatum est pars vere: ⁊ pars vt forma habetur. si enim ad primum agentem: patrẽ videlicet rationem de quo ⁊ iste ipsa vtitur referat: falsum quidem: ⁊ quonam pacto falsum sequitur inquiens.

¶ Sed si nihil animae est: quod nõ aliqua in parte sit corporis: vt animata quoq; pars aliqua protinus fit: consequitur: sed caetera quonã pacto efficiantur: aut enim simul oẽs partes generantur. Uerbi gratia: cor: pulmo: iecur: oculus: ⁊ reliqua omnia: aut ordine deinceps: vt in his carminibus quae ad Orpheum autores referuntur. Similiter enim: vt retis implexum constitui animal ibi scribitur. Sed enim non simul omnia effici: vel sensu pcipi potest. cum partes aliae iam inesse: aliae nõdum adesse cernantur: nec dici põt eas prae sua exiguitate latere. pulmo enim: qui amplioris: q̃ cor magnitudinis est: posterior corde in primo ortu conspicitur. Sed cum aliud prius: aliud posterius fiat: vtrum alterum efficiat alterum: ⁊ fit propter proximum: an potius hoc post hoc fiat. Uerbi cã: non cor iam ortum efficit iecur: idq; aliud quippiam: sed hoc post hoc: vt postquam puer factus est: vir efficitur: non a puero agente vir efficitur. Cuius rei ratio illa est: quod ab eo: quod actu est: id quod potentia est: efficiatur: tum in naturae: tum in artis operibus. itaq; speciem: ⁊ formam esse in illo oportebit. Uerbi gratia: in corde formam iecinoris quanquam alias quoq; illa opinio absurda: ⁊ commentitia est. Quinetiam ⁊ in semine protinus pars aliqua animalis: aut plantae facta contineatur: Sineq; caeteras efficere possit: siue quae non possit. Impossibile est: quando ex semine: ⁊ genitura omnia generantur. ab eo enim: qui semen fecerit: creatum id proculdubio est: sigdem protinus inest. At vero semẽ prius fiat: oportet. Idq; officium generantis est: nulla igitur pars condita inesse potest: ergo quod agit: nullam in se habet partem. At ne extra quidem alterutrum autem fit: necesse est.

Ex his Item (ut iam asseruimus) illud quod primum agit in illo quod efficit haudquaquā esse: ⁊ quod pars eius omnino non sit ostendit. perspicuum autem habet: quod qui primitus: ⁊ proprie movet pater est: ex ipso enim semen: ⁊ que in eo facultas est progreditur. confusanea autem ratione: ⁊ hinc inde librata utitur: quod nō prius de primo patre uz se sermonem habiturum denunciaverit: sed de hoc indefinite disputare accingitur. patrem autem neque in semine: neqz illius quod fit portionem esse inquit. Cū prius si pars eius est ostenderet: illam animatam esse: ⁊ in se anime facultatem quandam ut alia mēbra continere necesse est. Nunc igitur inquit: sed si nihil anime est quod non aliqua in parte sit corporis: si igitur omnes uz irrationalis anime partes forme: ⁊ actus cuiuslibet corporis partiū sunt: (ut in illo qui de anima demonstratum) ⁊ in corporis partibus ut forme in materia sunt. Si illud quod agit animalis pars est: ⁊ ipsi pars aliqua: seu anime facultas quedam inesset: ⁊ animata pars protinus in semine esset: dehinc hoc applicandum: quin etiam: ⁊ in semine protinus animalis: sive plāte creatam partem inesse: sive que alia efficere valeat: seu que non possit impossibile est: talis enim litere ordo est: reliqua vero de medio inserta sunt. Quod autem asserit tale habetur. sed in semine pars aliqua protinus animata inest: sed quidem animatum aliquid esse: sive alia efficere valeat: sive non: impossibile sit. si enim animatum est: (omne autem animatum ex semine) ante: semē in quo illud animatū est: aliud semē fieri necesse eēt: quod.n. hoc ab illo quod efficit semē (in quo est) effectum est: iam patet. Nam ⁊ ante hoc: ⁊ ante semen in quo est: aliud semen esse ex quo effectum est necessarium habetur (omne enim animatum ex semine est) itaqz semē seminis erit: ⁊ hoc in infinitum progrederetur. nullum igitur quod efficit: pars illius quod factum est fieri potest. Etenim: ne si extra quidem fuerit efficere posse demonstratum est. coherentia enim orationis talis: reliqua vero de medio ut asseruimus inserta habētur: itaqz ex his insistendum sit. Cum dixisset si quod efficit: movetqz: pars illius qd fit animatum esse necesse est: addidit sed cetera igitur quonam pacto: cetere videlicet partes que ab ipso effici debent quonam pacto efficientur? utrum omnia simul fient necne? ⁊ quod quidem non omnia simul ⁊ ratiōe ipsa: ⁊ sensu patet. ⁊ quo nam pacto ratione pateat: in presenti libro deinceps explicabit. Quoniam vero nonnulli omnia simul fieri asseruerunt: atque maiora sunt magnitudine patent: que vero brevissima brevitate ipsa incerta. Ad hec: quedam autem apparent: alia vero minime: ⁊ tamen simul omnibus perfectis: addidit. quemadmodum igitur pulmo in perfectis animalibus corde maior: ita ⁊ in generatione cum omnia brevissima fuerint eorum maior esset. Si autem hoc: quoniam in generatione cor minimum sit: apparet quidem: ⁊ pulmo eo magis qua cor magnitudine exuperat cerni deberet. At cum tunc cor conspicuum redditur: pulmo vero utpote qui nondū creatus sit minime apparet: si enim creatus esset: ⁊ appareret: itaqz non simul procreantur. Verumenimvero primum quidē cor: alia vero una designantur: perficiuntur autem hoc quidem prius: illud vero (ut deinceps referet) posterius. Quoniam inquit hoc prius: illud vero posterius fit: utrum qd primum effectum est secundum: ⁊ illud tertium procreat? ⁊ ipse questionem hoc pacto absolvit. an potius hoc post hoc fiat: an primū videlicet nō agit quod proximum est. quod autem posteriora prioribus nō fiant: causam rationemqz refert: quod ab eo quod actu est: id quod potētia est in nature operibus efficitur. Quod autem dicit tale esset. Quemadmodum ignis qui potentia ab illo qui actu sit ignis actu gignitur: ⁊ qui potentia grāmaticus: ab illo qui actu est: eadem ratiōe gramaticus fit: ita ⁊ cor pulmonem efficit: cor quidem pulmo fieret: ⁊ simul tum cor: tum pulmo essent. Sciendum autem nos ab eo decipi. primum quidem facultas q̄ semini inest (ut deinceps explicabit) cor constituit: ⁊ in ipso talem facultatem efficientem videlicet inserit: dehinc ab ipsa reliqua peraguntur. quonam autem pacto hec accidunt: in libro presenti explicabit: tunc ⁊ nos inibi quod visum fuerit referemus.

¶ Haec igitur solvere conandum est. fortasse enim aliqd ex iis: quae diximus: non simplex est: ut ab extero nihil effici posse. nā ⁊ est ut possit: ⁊ est ut non possit: sed semen an id: a quo semen dicamus: nihilo refert: scilicet qua motum: quem illud movebat semen in seipsum continet. fieri autem pōt: ut hoc ab hoc: moveatur: ⁊ hoc ab hoc: fitqz perinde quasi admirabila illa spōtina partes enim habent vim modo quodā: etiam cum quiescunt: quarum primā ubi extrinsecus aliqd moverit: statim proxima actu efficit: ut igitur in spontinis illis quodāmodo illud movet: quod

nihil nunc tangit: sed ante tetegit: sicut a quo semen aut qd semen effi cit: mouet: cum aliquid tetigerit: quãquam non adhuc tangit: & motus: qui inest: quodam efficit modo: vt ędificatio: ędes. igit aliquid esse quod efficiat: sed non ita: vt hoc quẽ quã nec perfectum inesse primum agens: apertum iam est.

Cum se Ad alterutra explananda: & ratiocinatiõe adducta (vt dictum est) accingeret: illud quod agit neq; extrinsecus esse: neq; in conceptu fieri demõstratur. Quoniam illud qd extrinsecus est: non simplex est: hoc erroris causam esse asseuerat. Si quidẽ quis dixerit: illud: qd extrinsecus est immediate absq; instrumento aliquo agere: fallit. si vero semine ipso: & quę in eo facultas est: vt instrumentis quibusdã mediantibus: vera sentiet. itaq; si quereres: vtrum qd agit cum extra sit agere aliqd valet necne? sic respondemus. est quidẽ qua possit: est & qua nõ: instrumentis quibusdã põt: absq; his vero minime. Quod iam agit inquit an id semen appellare decet: an a quo: nihilo refert. Siquidem semen in quo partium rationes existunt in se ipso facultatem continet: semini tantisper ab illo vnde progressum est nihil inest discriminis. Quẽadmodum ascia: motu quo a fabro mota est simul mouet: & lignum in talem formam redigit: nihil a fabro differt: sic neq; semen quã in se motum: efficientemq; facultatem continet: nihil diuersum est: sed idem cum eo vnde digressum est existit. spontina vero admirabilia lignea simulacra quę in nuptijs proferuntur nuncupat: vt enim in his qui mirabilia agit tale lignum mouet: & digredit: illud vero facultate quadam sibi ab arte pstita motum: & aliud mouet: & hoc aliud: at illõ simulacrum: tunc hoc a se motũ: saltuatisq; ferri videt: non tamen a se: sed ab alio qd primum mouit mouetur: ita & in his accidit. Nam patrem seminalem quandam facultatem: vt q mirabilia agit ligno quod primum ab ipso mouetur impartiri certum est: ipsa vero motiua facultas menstruũ: vel qd menstruo proportionale mouet: & animal sic efficit. cum autem veluti spontina illa mirabilia prius diceret: addidit: partes enĩ habẽt vim modo quodã etiã cũ quiescũt. Nam simulacri ptes: lignaq; reliqua: cum quiescũt: mouendi facultatem cõtinent: & quemadmodum iam in spontinis: & simulacro admirabiliũ actore non contacto: sed tamen alio quodam ligno: dehinc ipso recedente simulacrũ mouet: ita & pater: cuius nõ menstruũ: sed aliã partem tetigerit animal procreat. facultatem vero quę semini inest menstruum: quẽadmodum ędificationem ędes: & conuicium conuiciantem tangere fatemur. illud vero modo quodam additum est: quia tangi in corporibus proprie dicit: facultas vero quę semini inest: & conuitium incorporea habent: itaq; reliqua conclusione adhibita explicat. est aliquid qd efficiat inquiens: sed nõ ita vt hoc aliquid. quod vero inqt tale est. qd aũt aliquid qd efficit est: & hoc quę semini facultas inest habetur: sed non ita in se partes actu: quemadmodum qd primum agit pater videlicet continet: sed partes potentia: rationes vero actu continere certum est.

Quemadmodũ autem vnũquodq; fiat: accipiendũ hinc ẽ hoc initio. Omnia quaecunq; aut natura: aut arte efficiuntur: ab eo: quod actu ẽ: fiunt ex eo: quod potentia tale est. Semen igitur tale est: motumq; habet: & principium tale: vt motu peracto pars existat quaeq;: eadem q; sit animata. non est enim facies: nisi animam habeat: neq; caro: sed corrupta aequiuoce dicetur facies: aut caro: perinde quasi lapidea: aut lignea facta sit: simul autem partes similares: & instrumentales: siue officiales: efficiuntur: & quẽadmodum non securim: non aliud instrumentum dixerimus factum esse ab igne solo: sic non pedem: non manum: eodemq; modo ne carnem quidem: nam eius quoq; aliquod officium est. dura igitur: mollia: lenta: rigida: & quicunq; alij affectus partibus insunt animatis: a caliditate: frigiditate ve effici possunt. At ratio: qua iam caro: aut os est: non potest: sed a motu: proficiscente efficit ab eo: quod genuit: quodq; actu est id: quod potentia ẽ id: ex quo gignitur: quo in ijs quoq; agitur: quae arte efficiuntur. ferrum enim durũ: aut molle efficitur calore: vel frigore. At vero ensis a motu instrumentorũ: qui artis obtinet rationem. Ars enim

tingat: vt qui actu geometra est: neque quod libro careat artem exercet. Cum vero materiam tetigerit: ⁊ mouet: ⁊ ipsam fere animatam reddit: similemque librum geometre habenti: exercentique fit. Etenim tum semen: tum geometram: ⁊ propius eos sibi: ⁊ remotius fieri inquit. Nam idem: ⁊ viuus geometra cum quiescit quidem: remotius ab agente: cum vero vigilat propius fit. ita ⁊ in semine accidit: semen igitur: actu quidem animatū est: vt q vigilat geometra actu geometra: potentia vero cum non agit: vt ⁊ qui non agit geometra fit. qua quidem habitum habent actu: qua vero non agunt cum agere valeant potentia esse censendum.

Sed enim huius nulla pars causa est generationis: sed quod primū extrinsecus mouit: id causa est. nihil enim seipsum generat: sed postquā generatum est seipsum iam auget. quamobrem non simul omnes partes generantur: sed vna primum: eāque primum oriri necesse est: quae principium augendi contineat: siue enim planta: siue animal est: aeque oibus inest: quod vim habeat vegetandi: siue nutriendi. id autem est: q tale alterum generet: quale ipsum est: hoc enim cuiusque perfecti: tum animalis: tum stirpis: secundum naturam officium est.

Illud huius: ad eam quę format: ⁊ efficit: partem refert. nulla pars inquit sibi formatę generationis causa existit. nullum enim seipsum (vt in alijs demōstratum est) gignit: procreatque: sed ab exterius agente procreatur: a se vero alimentum suscipit. vnum quodque enim in se ipso vegetalem animam continet: ⁊ ideo cum procreatum iam est: ipsum sibi alimentum suggerit: formalem vero: efficientemque: non in se: sed extrinsecus habet. Quod vero extrinsecus inquit: tale est ac si diceret: non qō natura insitum sit: sed quasi tangat est. Cū autem illud a se ipso incrementum accipere asseruisset: addidit: ideo primum aliquid: nō omnes simul partes oriuntur: videlicet nulla pars se ipsam creat: producitque: sed omne qō fit cum ab alio fiat: primum aliquid effici existimandum. nisi enim ab alio: sed a se ipsis generationem susciperent: qua ratione: quēadmodum verbi gra cor se ipsum procreauit:

non eodem tempore vna quęque pars se ipsam ederet: ⁊ simul omnia genita essent? Nā quęret quispiam: si nulla pars se ipsam procreat: sed aliud quoddam: quod actu in se ipso rationes continet: cur non omnia simul: sed cor primum producit? enimuero quemadmodū faber lignee sphere rationem: ⁊ lecti: aliorumque plurium actu habet: non autem simul cuncta: sed primum spheram si sic acciderit: dehinc lectum efficit: ita ⁊ ipsa facultas: cuncta quidem simul designat: primum vero qō maxime necessarium: ab hoc cetera suo ordine procreat. Cum primum aliquid oriri dixisset: addidit: hoc primum oriri necesse est: quod ⁊ initium augendi contineat. hoc videlicet primum oriri necesse est: quod ceu arx quędam vegetalem: auctiuamque: ac genitalem animam accipere: ⁊ tueri queat. Hęc autem subiecto quidem vna: ratione vero diuerse habentur. id autem est inquit: quod tale alterum generet quale ipsum est. Cuiusque .n.. perfecti animalis: plantęque munus: quale ipsum est procreare.

Necessitatis autem rō est: quod cum aliquid ortum est: augeri idem necesse est. Generat igitur: quod ē vniuocum: vt homo hominem: sed per seipsum augetur: ergo ipsum: cum aliquid fit: auget. qō si vnum quid: idque primum fit: id primum generari necesse est. itaque si cor primum in nonnullis oritur animalibus: aut cordis proportionale in ijs: q corde carent: ex corde principium illud ē: in ijs: quae cor habent: caeteris ex proportionali: exposui iam ad ea: q ante quaerebantur. Quid causę sit: vt principium generationis cuiusque mouens primum: ⁊ procreans.

Cum hoc autem quod incremēti principium continet primum fieri necesse esse dixisset: ac cum de medio plura inferendo aceruaret: hoc addidit: huius gratia necesse est: ⁊ hoc illi parti coherens est: qō vero inquit sic aditū est: ac si diceret: cur autem diximus quod huius gratia aliquid primum generari: incrementique principium habere necesse est: ⁊ quid nam hoc: quod omne quod creatum est: idem augeri necesse est. Si id vnum aliquid est: ⁊ hoc cum primum auctiuam animam sortitum sit (non enim plures habet partes) hanc ante alia

pꝛimum gigni neceſſe eſt.

¶ De ſeminis natura dubitauerit quiſpiam ſemen enim pꝛodit de animali craſſum: ⁊ album: mox refrigeratum humidum: ad a quae ſpēm redditur: coloꝛem ēt accipit aquae. Abſurdū igitur id putaueris: aqua enim non craſſeſcit caloꝛe. Id autē intrinſecus e loco calido pꝛoficiſcit: craſſum: refrigeratumqꝫ humeſcit. At qui oīa aquoſa concreſcunt frigoꝛe: ſemen vero poſitum in gelu ſub diuo non concreſcit: ſed humeſcit: quaſi a contrario craſſum conſtiterit. Sed neqꝫ a caloꝛe craſſari ratio pꝛobabilis ē: quae enim plus terre continent: ea coſiſtunt: craſſanturqꝫ per coctionem: vt lac. igitur refrigeratum ſolideſcere debuit. at nihilo ſolidius fit: ſed totum modo aquae liqueſcit. hoc igitur dubium eſt: nam ſi aqua ē: cum aqua non videatur poſſe a caloꝛe craſſari: hoc tñ ex coꝛpoꝛe calido craſſum: ⁊ calidū erit. Sed ſi ex terra conſtat: aut ſi miſtum terrae: ⁊ aquae ē: non totū reſolui in humoꝛem: ⁊ aquā debuit.

Quod Queritur tale eſt: vtrū ſemē aqua an terre: aqueqꝫ admiſtio ſit. Si aqua qdē: nulla aqua a calido craſeſcit: ⁊ illa ſeipſa ſollidioꝛ efficit: ⁊ ſemen ſi aqua eſſet ab caloꝛe qui in animalibus eſt haud quaquam craſeſcere opoꝛteret. Uerum illud cōſiſtens: craſſumqꝫ: vt de coctum lac non autē fuſile vt aqua: euapoꝛatumqꝫ excernitur. Craſſum quidem egreditur: frigoꝛe vero humidum: ac fuſile fit: ſi aqua eſſet: illud in frigoꝛe minime fluere: ſed concretum potius: ac vt glacies fieri opoꝛteret. Quoniā igitur aqua a calido non craſeſcit: a frigoꝛe autem concreſcit. ſemen vero ab caloꝛe craſeſcit: ab frigoꝛe autem vt poꝛe calori contrario humidum redditur. Nam quarto ſublimium ſpeculationum explicatum: quod contrarium concretum reddit: hoc ab altero contrario liqueſcit: ſemen itaque aqua nequaquam: ſed nec terre aqueqꝫ commiſtio eſſet. ſi hoꝛum eſſet miſtio: in gelu eniꝫ ad coeni vicem concreſcere: ſoli deſcereqꝫ opoꝛteret: hoc autem ex hoc certum reddidit vbi ait: non totum reſolui in humoꝛem: ⁊ aquam debuit; concreſcere vero debebat: non autem vt dictum eſt concreſcit.

¶ An non omnia: quae accidunt diximus: non ſolum enim quod ex aqua: ⁊ terra humidū conſtat: craſſatur: ſed etiam quod ex aqua: ⁊ ſpiritu: vt ſpuma craſſioꝛ: albaqꝫ exiſtit: ⁊ quo ampullae paucioꝛes: incertioꝛeſqꝫ ſunt: eo ⁊ albioꝛ: ⁊ rigidioꝛ faſtus conſpicitur: q idem in oleo quoqꝫ fit. craſſeſcit enim miſtum cū ſpiritu. Quamobꝛem craſſius redditur quod albeſcit: cum humoꝛ in eo contentus diſcernatur a caloꝛe: efficiaturqꝫ ſpiritus. Galena etiam aquae miſta: aut oleo: amplum ex paruo erigit faſtum: quod ſpiſſum ex liquido: ⁊ album ex nigro: cā eſt quod ſpiritus immiſcetur: qui faſtū efficit: ⁊ albedinem dilucide aperit vt in ſpuma: ⁊ niue. nā ⁊ nix ſpuma eſt. aqua ēt ipſa permiſta cum oleo craſſa: albaqꝫ redditur. per concuſſum enim: attritumqꝫ includitur ſpiritus: ⁊ ipſum oleum quoqꝫ multum ſpiritus continet. pingue enim nec terrae eſt: neqꝫ aquae: ſed ſpiritus ex quo fit: vt per ſumma aquae fluitet. aer enim contentus in eo veluti in vaſe effert: per ſummaqꝫ ſuſtinet: ⁊ cām leuitatis pꝛaebet: quin etiam frigoꝛe: ⁊ gelu craſſeſcit: oleū non congelaſcit. caloꝛ enim facit ne gelu cogatur. aer namqꝫ calidus: ⁊ incongelabilis eſt: ſed quoniā a frigoꝛe is quoqꝫ conſiſtit: ⁊ denſatur: hinc oleum craſſius redditur. his de cauſis ſemen quoqꝫ erit quidem intrinſecus ſpiſſum: ⁊ album: caloꝛe interioꝛe multum ſpiritus calidi cōtinens: ſed egreſſum vbi caloꝛ euanuit: ⁊ aer refrigeratur: humidum: nigrumqꝫ euadit.. remanet enim aqua: ⁊ ſiquid parum terrenae poꝛtionis continetur: vt in pituita: ſic in ſemine cum ſicceſcit. Semen igit

comune est spiritus: ⁊ aquae: spirit⁹ autem aer calidus est: quãobrem natura humidum ẽ: quĩ ex aqua constat. Ctesias Cnidius plane mentitur ea: q̃ de semine elephãti scribit. ait eni vsqʒ adeo durari siccescens: vt electro: idest succino simile efficiatur: quod nunq̃ fit: magis enim alterum altero semen ẽ terrenum necesse est: ⁊ praecipue tale eorum est: quorum in corpore multum mataeriae terrenae habetur. Crassum aũt: albũqʒ est spiritus mistione. Semẽ enim oium album est. Herodotus vera non scribit: cum nigram esse Aethiopum genituram dicat: q̃si necesse sit oia nigra esse eorum: quibus nigra est cutis. At qui dentes eorum albos esse cernere potuit: cũ vt album sit semen: quod genitura spuma est: spuma autem alba est: ⁊ maxime quae ex paucissimis partibus constent: ⁊ tam paruis: vt cerni ampullae nequeant: quod in oleo quoqʒ: ⁊ aqua euenit: cum miscentur: ⁊ cõcutiuntur (vt añ diximus). Nec vero hoies antiquos latuisse videtur: naturam seminis esse spumosam: deam enim: q̃ rei venereae praeest: ab ea ipsa facultate nominarunt. Causa propositae quaestionis explicata iam est. Congelascere aũt semen non posse ob eam rem apertum iam est: aer enim incongelabilis est. Sequitur vt ⁊ dubitemus: ⁊ dicamus: si in hijs quae semen emittunt in foeminam: nulla ps constituendi conceptus fit: quod subierit: quonã vertatur corpulentia eius: quando ipm facultate: quam in se continet: agit.

Cum Dubium adduceret illud hic solvere tendit: potentia inquiens. dubium enim ex imperfecto locum sortitum est: quodqʒ nos vsi non perfecta diuisione sumus. Nam quod ex terra: aquaqʒ consistit: ab igne quidem crasescere iam dictum est: aqua vero ab eodem crasescit: non modo quod ex terra: aquaqʒ: sed quod ex aqua ⁊ aere: ab eodem crassum efficit. itaqʒ cũ demõstratũ iã sit: semẽ ex aqua: aereqʒ ꝯsisteř: ratiocinatione: seu syllogismo hoc pacto vtendũ. semen ex aqua aereqʒ consistit: omne quod ex aqua: aereqʒ a calore crasescit: ⁊ iam cõclusio patet. Quod vero qd ex aere: aquaqʒ est: ab calido crasescit: ex hoc quod adducit ostenditur. Nam ⁊ spuma ex aqua: aereqʒ est. calor enim qui ex aquę motu: cursuqʒ causatur: cum spiritu: vel aere in quo est fit: (omnis enim calor in aliquo subiectu visit) calor igitur iste vna cum proprio eius subiecto qui aer est aquę commistus efficitur: eam cõcretam reddit: spumamqʒ cõstituit. Quod vero spuma aqua crassior: sollidiorque habetur: patet. aqua enim fluit: nec proprio aliquo termino cõtinetur: spuma vero proprio circunscripta termino: vt cera: vel quoduis allud sollidorum corporum: quę proprio cõtinentur termino consistit: ⁊ quo ampullę breuiores: eo spuma constrictior: sollidiorqʒ habetur. isdem de causis ⁊ oleum quod album redditur (⁊ illud enim ad solem vt telle lino contextę album efficitur) crassius fit. quod vero ipsi oleo insitum aquosum: eiqʒ admistum est. ab solis calore euaporatum: crassius redditur. Nam galena plumbi species humida: fusilisqʒ vt argentum liquidum habetur: Ab ipsa enim quod humidum est crasescit: eo quod spiritus per concussum qui in mistione fit commisceatur. ipsam autem humido comiscentes: lõgo interuallo quoad penitus cõmista reddatur concucti solent. Nam diu quatiunt: quod nõ cita: facilisqʒ ei⁹ cum humido sed cum mora: vt olei cũ aquam admistio fit. Cum igitur spumę: oleiqʒ exemplo humidum ab aere crasescere ostenderet: sequitur. Quemadmodũ oleum ab aliquo crasescit: ⁊ cum quod illud crassum reddit rigor sit: ita ⁊ semen ab insito nobis calore crasescit: egressum vero cum calor ab rigore exhalatum fuerit: ⁊ aer cum ipso aliquis exhalatur. Quod vero reliquum: nec exhalatum fuerit: frigescens in aquam commutatur. vt non aqua potius: sed crassiore aere: aqua vero subtilior (qualis vapor est) humor appareat. aqua enim aut vapor: ⁊ breue quoddam terreum remanet: quod vero aliquid terreum remaneat plane patet. Cum enim semen siccescere accidet: terrenę aliqd portionis quod ex minimis partibus consistat apparet. illud parum: pro breuibus ponitur. deã enim quę rei venereę pręest venerio vsum nuncupat.

Definiendum igitur prius est: vtrum quod in foemina constituit:

accipiat aliquid ab eo: q9 subierit: an nihil accipiat. Atq3 ẽt de anima: qua animal dicit. (Est aũt animal parte aiae sensuali) vtrum in semine: ⁊ conceptu insit: an nõ: ⁊ vnde. conceptu3 eni3 inanimatũ eẽ nemo statuerit vita oibus modis priuatũ: quippe cu3 nihilominus semina: ⁊ conceptus animaliu3 viuant: qua3 stirpes: ⁊ aliquãdiu prolifica sunt. ergo animam in ijs: haberi vegetalem palam ẽ: sed quamobrem eam primu3 haberi necesse sit: ex ijs: q̃ alibi de anima desseruimus: apertum est. Sensualem ẽt: qua animal est: tẽpore procedẽte recipi: ⁊ rationalẽ: qua homo certum est. nõ enim simul: ⁊ animal fit: ⁊ homo: nec aial ⁊ equus: eademq3 in caeteris animalibus rõ est: finis enim postea contingit. proprium aũt est finis cuiusq3 generationis: q̃3 obrem de mente etiam quonam tpe: ⁊ quomodo: ⁊ vnde eam recipiant: q̃ principiu3 id participant: plurimam dubitat. Sed enitendum pro viribus: ⁊ quoad fieri potest: accepisse operae p̄ptium ẽ. Animam igitur vegetalem in seminibus: ⁊ conceptibus scilicet nõdum separatis haberi potentia statuendum est: non actu: priusquã eo modo: quo conceptus: q iam separantur: cibum trahãt. ⁊ officio eius animae fungantur. principio enim haec omnia vitã stirpis viuere videntur. de anima quoq3 sensuali pari modo dicendum ẽ: atq3 ẽt de intellectuali omnes enim potentia prius haberi: quã actu necesse ẽ: sed aut omnes contingere: cũ ante non fuerint: necesse est: aut omnes cum ante fuerint: aut partim: cum ante non fuerint: ⁊ contingere: aut in materia nõ subeuntes semen maris: aut eo quidem inde venientes: sed in mare: aut omnes extrinsecus contingere: aut nullam: aut partim extrinsecus: parti non extrinsecus.

caeteru3 omnes aũ esse impossibile rationibus his esse ostendit. Quorũ enim principiorum actio ẽ: corporalis: haec sine corpore inesse non posse certum est. Verbi gratia: ambulare sine pedibus: itaq3 extrinsecus ea venire impossibile est: nec enim ipsae per se accedere possunt: cum inseparabilia sint: neq3 cum corpore. semen eni excrementu3 alimẽti mutati est. Restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat: eaq3 sola diuina sit. nihil enim cu3 eius actione communicat actio corporalis.

Cum: huic quidem proximum est vt dubitemus: ⁊ dicamus dixissetrursus rationẽ resumit: ac si diceret: ð hoc qõ prius diximus deffiniendum. hoc autem tale erat: vtrum animal quod in foemina constituitur: perficiturq3: amare accipiat aliqd: de hoc iam: ac de anima diffiniendum est. quod vero inquit: nihilominus semina: ⁊ cõceptus animalium viuant qua3 stirpes: huic parar est ac si diceret. quemadmodum eni3 plantę: ita ⁊ animalium semina vita fruuntur. ⁊ conceptus autem inquit aliquamdiu prolifici sunt: quoad enim conceptus animal fiat prolificum est: procreatum autem amplius haudquaquam tale est. Quemadmodum enim ⁊ ouum: quoad quidem ouũ fiet prolificum fit. nam facultate qua animal fieri possit pręditum est: editu3 vero nõ amplius ouum est: aut conceptus: seu semen genitale: sed animal prolificu3 quod simile sibi procreare valeat efficitur. Ex his enim quę de anima explicantur certum esse asseuerat: quoniam vegetalem primum capiant (conceptus enim vt nuper ostendit vegetali anima p̃ditus est): procedentes ⁊ sensualem app̃hendunt: ⁊ cum vlterius processerint (vt hominum genus) ⁊ rationalem adipiscuntur: nec autem tales facultates diuersis temporibus: sed omnes repẽte a prima constitutione accipere: ⁊ ipsas animal cu3 in ventre adhuc sit suscipere plane censemus. Si enim ipsę animę non plures: sed vni9 anĩmę facultates vt si dicere s rõnalis sunt: huius .n. facultates quędã nobiliores: alię vero ignobiliores habentur. nobiliores aũt: quas scientialis: intellectualisq3: absq3 vegetali: sensualiq3: ⁊ penit9 absq3 his quę inferiores omnino sunt esse nequeunt. Animam vero quę itellectuali facultate p̃dita est: ⁊ alias habere necesse est. non tamen. vt. si. inferiores

facultates habeat: & intellectualem necessario obtinere queat. Cum nobis ipsa anima inascitur: eiusq; tunc cum ipsa omnes reliquę facultates inasci certū est: rationalis ipsa ratione expertes secum confert: non vero cū ipsis confertur. Non enim hoc esse (ut explicatum est) fatemur diversis temporibus hanc: illamue animę facultatem: vel animam in nobis constituit: hoc enim pacto plures animas: abinuicemq; discretas sortiremur: sed quoniam cuncta a proprijs effectibus signantur: appellanturq;: tale quoddam esse videtur. Animalia vero cum primum concepta fiunt: ac in utero continentur: aluntur quidem: sed sensu carent: (presentibus enim sensibus sentitur) animam vero vegetalē ipsa obtinere censemus: sensualis autem cū in lucem ęduntur: eo qđ tunc sentiunt ipsis inasci credendum. Nam partium atractiones: extensionesq;: quę ipsis in utero existētibus fieri solent: non proprio eorum sensu: sed ibi ut portio animatę partis mouentur. Quod autem omnes simul facultates: meliorū autem actus posterius sortiuntur: hinc perspectum reddit. Si enim sensus animę facultas est: hac qui ipsam obtinet ipsis sensatis similis ob aliquam mutationem actu qui ad ipsa est factus: ea discernere valet. Ut enim vegetalis facultas: ad hunc huius actum alimento indiget: Ita & sensualis sensatis: actus enim eius in his est: & hęc recipit quidē discernitq;. si enim hoc sensualis anima habetur: & nisi sensata ad sunt agere nequit: non autem hęc in matris utero p̄sentia esse diceres: sensuale enim potentia: imperfectumq; potius: scientia p̄ditis: nec ipsam exercentibus proportionale nuncuparetur. Cum vero egreditur: agitq;: sensuale iam: perfectumq; dici optima ratione potest. Ita igit̃ & in rationali accidit: facultatem quidem: ac aptitudinem obtinet: quibus habitum ab opere intellectuq; agenti discentiq; insito recipit: cum iam & homo peculiari nomine nuncupatur. Duplex autem animę facultas: & aptitudo talis: ut & illa inquibus facultas & act⁹ eius est: ad inuicem discrepent. Ad ea enim quę natura differunt: animę etiam partibus differunt: cum alterum ad alterum suapte natura diuersum sit: ut in moralibus quę ad Nicomacum scripta sunt explicatum est. Si autem ipsis cognitio similitudine quadam: aut proprietate inascitur: subiectus autē rationalibus facultatibus adinuicem differūt: quod quidem alij actuales: seu practici: & contingentes: ac se aliter habentes: alij tum sempiterni: tum necessarij: quidam opinabiles: nonnulli vero scibiles habent. quamobrem animę facultatum alia opinabilis: alia scientialis: utranq; enim mentis nomine appellares. Sed actualis: opinabilisq;: ac consultiua: hęc actus principium est: cuꝫ voluntas: appetitusq; his quę ab ipso diiudicata fiunt conuenerint. Ad hęc vero scientialis & speculatiua est: etenim quędam agendi: quędam vero noscendi gratię querimus. Homo enim non protinus cum tali habitu procreatur: sꝫ facultate: aptitudineq; illum recipiendi p̄ditus est: dehinc tamen ipsuꝫ suscipit: quod quidem finis non perfectissimus: sed tamen bonus habet. Nam finis optimus: maximeque diuinus: nobis cum extrinsecus mentem adipiscimur inascit. quisnam hic: ac quo pacto: quoue tempore in nobis lumen ostendit: alibi accuratius disseruimus. His se sic habentibus: hęc ab Aristotele accuratissime prosecuta sunt. non enim animal & homo qui scilicet quos nuper asseruimus habitus contineat simul gignit: posterius enim ipsi inascūtur. At illud quod inquit: proprium cuiusq; generationis finis est: idem & cuiusq; generationis finis: nil aliud quā cuiuslibet propriū est. Ceterum: de mente quidem inquit dicere enitendum est: nec vero in p̄senti ope asserit: in his ubi de anima: ac duodecimo q̄ post naturalia inscribit explicauit. Quod vero tum semina: tum conceptus cuꝫ separabilia: alimento videlicet quo aluntur expertia sunt: potentia nutriendi vim habere certum est. Omne enim quod nō obtinet ubi suapte natura agere idoneum est: & hac de causa si nō agit: potentia esse: actu vero minime censendum est. simile autem quoddam de conceptibus non separatis dicas. priusquā: ut conceptus quidam separātur vel alimentum attrahant: vel agant efficiantq; vegetalis animę munus. Nam literę quę prius dicta ordo talis: vel quemadmodum conceptus q̄ iam separātur cibum trahunt: & officio talis animę funguntur. separatos autem conceptus nunc non q̄ proprie conceptus: sed lactentes infantes nuncupat: hi enim cum lactentes fiunt: vegetalis animę munere actu utuntur. Hoc vero & de his qui proprie conceptus sunt dici pōt: & ipsi quo ad in vulua consistunt alimenti usuꝫ obtinent. ubi vero inquit: & contingere aut in materia nō subeuntes semen maris: materiam menstruuꝫ: aut eius proportionale nuncupat. Quod vero asserit tale est: tales autem animas vel in menstruo protinus inasci cū prius haudquaquam maris semen ingressę essent: aut prius in semine dehinc in menstruo consistere necesse est. Cum autem dixisset: utrum omnes ante fuerint: necne: fieri quidem omnes ante nequaquam posse sic statuit. q̄cunq; enim animę principia: ac facultates corporales

actiones habēt: has absqꝫ corpore: instrumentoqꝫ proprium munus exequi non posse certum est. quod hec esse absqꝫ corpore non possunt: in eo qui de anima opere est explicatum. si vero hec sic habētur: neqꝫ ante ipsa corpora eas neqꝫ post esse censendum. At si ipse propria munera exequi absque corpore non valent: nisi enim corpus obtinerent: frustra omnino essent. Sed ⁊ aliter: si ante essent aut cum corpore aliquo: aut absqꝫ corpore progrederent: cuꝫ sine corpore esse nullatenus possint: quonam pacto absqꝫ corporibus progredi quirent? si vero cum corpore: at cum semine certum est. sed semē (vt demonstratum) mutati alimenti excrementuꝫ est: si autem excremētum: quo nam pacto in ipso mens existeret? reliquum igit̄ fit: qd mens extra ingreditur: nulla enim eius portio actu cum corporali actu cōmunione vtit̄: hoc est: vt enim propria munia exequat̄: nullatenus corporali actu: aut corpore indiget.

Sed enim omnis animae: siue virtus: siue potentia corpus aliud participare videtur: idqꝫ magis diuinū: quā ea: q̄ elemēta appellātur: verū prout nobilitate: ignobilitate ve animae inter se differunt: ita ⁊ natura eius corporis differt. Inest enim in semine omniū: quod facit: vt foecunda sint semina: videlicet quod calor vocatur: idqꝫ nō ignis: non talis facultas aliqua est: sed spiritus: q̄ in semine: spumosoqꝫ corpore continetur: ⁊ natura: quae in eo spiritu ē proportione respondēs elemento stellarum: quamobrem ignis nullum animal generat: neqꝫ constitui quicquam densis: vel humidis: vel siccis videtur: at vero solis calor: ⁊ animalium: non modo q̄ semine continetur: veruꝫ si quid excrementi sit: quāquam diuersum a natura: tamen id quoqꝫ principiuꝫ habet vitale. caeterum calorem in aīalibus contentum: nec ignem eē: neqꝫ ab igne origineꝫ ducere apertum ex his est.

Quod Inquit tale est: omnis animae potentia in corpore est: qd melius: nobiliusqꝫ quatuor elemētis existit: itaqꝫ tum mens: tum anima rationalis quo melior alijs est: eo ⁊ eius subiectum eis qui in alijs sunt melius erit. Cum hec asseruisset: inquit: facultas seu vis que semini cuiusque animalis inest: illudqꝫ prolificum efficit: anime videlicet calor est qui solis: aliarūqꝫ stellarum calori proportionalis fit. itaqꝫ: corp⁹ quoddam quod stellarum elemento: corpori scilicet proportionale est: ⁊ semini inesse: ⁊ ab ipso comprehendi necesse est. Cum enim cuiqꝫ anime nature ordine idem subiectum sit: nobilitate excellitudineqꝫ: ac demissione discrepant. Quemadmodum ⁊ sphere: nā ⁊ ipse: ⁊ que in ipsis sydera natura qdem minime: nobilitate vero differunt: nobilior eniꝫ omnibus inerratica: dehinc saturni: ⁊ que sequuntur. Quod vero calor q̄ in corpore est ignis minime sit: corpus vero stellarum corpori proportionale appellamus. quod autem calor ille non ignis: sed quod calori q̄ in stellis est proportione respondet: ipse stellarum calor tum animalia: tum plantas producit: ac generat. Tellurem enim humefactam: cum a sole calefieri contigerit: vermes: aliaque procreant̄: vbi syllogismi demōstratiōe visus ita ostendit. nullus ignis animal procreat: omne qd in seminibus calidum animalia procreat: nullum igit̄ quod in seminibus calidū ignis est: sed spiritalis quedam natura: que spumoso qd in semine cōsistit inuoluta est. semen vero: ⁊ que in ipso natura est: recto inter se ordine cōsistūt. nō modo solis inquit: animaliumqꝫ calor animalia gignit: sed ⁊ si excremētuꝫ aliquid accidat: vt sanies: pusqꝫ: qd cuiuslibet rei natura omnino alienum habetur idem efficit. qd ⁊ si ex talibus qd ortum ducat: vitale tamē principiuꝫ obtinet. nā ex putri vermes procreari perspectū est.

Corpus aūt geniturae: in quo semen animalis principij contentum vna prouenit: partim separabile a corpore: in quibus diuina pars cōpraehenditur: qualis est: quae mēs appellatur; parti inseparabile: hoc inquam geniturae semen dissoluit: versumqꝫ in spiritum euanescit: cū naturā humidam: aquosamqꝫ habeat. quamobrem an semper id foras exeat: quaerendum non est: neqꝫ an pars vlla sit formae constitutae: quomodo nec de succo: a quo lac cogitur: quaeri tale quid conuenit. nam is quoqꝫ mutat: ⁊ nulla ps

conſtitutae magnitudinis eſt. De anima queadmodum conceptus: ⁊ genitura habeant eam: ⁊ quemadmodum non habeant: definitum iā eſt. potentia enim habent: actu non habent.

Animale Principium animam: ſemen vero: ſeu radicem: ⁊ calorem qui creat: producitqʒ animam quiſ ſtellarum calori proportionalis eſt nūcupat. Hoc enim ratione carentem animam: ⁊ queq ab ipſa eſt producit. Sed ſi quod videt potius dicere oportet: ipſe calor modo quoddā anima potentia eſt. ſenſus igit litere talis. Cum prius vtrum ſemen animā habeat necne aſſeruiſſet: ⁊ vtrum ſemē recedit: an illius qd ſit pars efficit: ac cum tūc ſemē animam habere que vigilāti geometre: nec exercenti proportionalis eſſe adduceret: nunc vero: dum ⁊ que nāʒ hec ſit explicare pgeret: (calor autem quidam eſt) de genitalis ſeminis corpore in quo anime principium eſt edi ſerit. geniture corpus ipſam genituram nūcupat; quoniam aliquādo quidem cum humide nature ſit reſoluitur: exhalaturqʒ: non nūquam vero extra egredit. in his autē vbi inquit: ⁊ geniture corpus in quo ſemen principij contentum vna prouenit: hoc cuius: dehiat: vt anime principij integrum fuet: cuius anime: pars quidē altera ſeparabilis vt mēs que extra accidit: pars vero in ſeparabilis ē. Nam ordo litere talis. geniture autem corpus: hoc inquam geniture ſemen: ipſa videlicet genitura: diſſoluitur. alia vero parenteſi clauſa explicantur.

¶ Semē autēʒ cuʒ excrementum ſit: eodemqʒ moueatur motu: quo augetur corpus degeſtione vltimi alimenti: vbi vterum ſubijt: conſtituit: ⁊ mouet excrementum foeminae eodem motu quo ipm mouet. nam illud quoqʒ excrementuʒ eſt: habetqʒ omnes partes potentia: actu nullam. habet eniʒ eas partes potentia: quibus differt foemina a mare. nam vt ex laeſis interduʒ laeſa: interduʒ nō laeſa gignuntur: ſic ex foemina partiʒ foemina: alias nō foemina: ſed mas generatur. foemina enim quaſi mas laeſus eſt: ⁊ menſtrua ſemen ſunt: ſʒ quū non purū.

Unum enim illud non habet originem: ⁊ principiuʒ animae: quāobrē quibus animalibus oua ſubuentitia gignuntur: partes quidem vtrorumqʒ obtinet ouum inſtitutum. Sed principio caret: quapropter animatum non eſt: id enim a maris ſemine affertur: quod principium vbi foeminae excrementuʒ receperit: concept⁹ ſit. humidis vero corpulentijs cum incaleſcunt: obducit: vt in pulte refrigerata: cruſtula. Corpora aūt omnia cohaerent: ⁊ continentur lentore: quem in dies iamqʒ adauctis corpibus natura accipit nerui: q partes animalium continet. In alijs neruo: in alijs eo: quod neruo proportionetur. cutis etiam formae eiuſdem eſt: ⁊ vena: ⁊ membrana: ⁊ oē eiuſmodi genus: differunt haec enim inter ſe maioris: minoriſqʒ ratione: ⁊ omnino exceſſu: defectu ve. Animalia vero: quoruʒ natura imperfectior eſt: cōceptum cum perfectus iam eſt: ſed nondum aial perfectum foras mittunt: quod quas ob cāsita fiat: an dirimus. pfectū autēʒ ē animal: cū conceptus iā: aut mas: aut foemina eſt .ſ. in qbus ſexus haec differētia habet. Sunt eniʒ quae nec mareʒ: neqʒ foeminaʒ generent: videlicet quae ⁊ ipſa nō ex foemina: mareqʒ: ⁊ coitu aialium procreantur: ſed de eorū generatione poſtea dicemus.

His enim Uerbis officis que calor qui in ſemine eſt efficit: qui ſtellarum calori proportionalis habetur nobis explicat. Nam inquit: ſemen eniʒ cum excrementum (vt demonſtratuʒ) ſit: qd auctiue inſe facultatis motum: auctiuam ſcilicet facultatem: ſeu animam: ſed ⁊ efficientem obtinet: hec enim eadem: ⁊ vna anima eſt: altera quideʒ ſua facultate animalis partes efficit: altera vero alit: ac adiuſtuʒ euehit incrementum. At cum in ipſis partibus vltimum alimentum qd ſanguinem nuncupamus diuidi contigerit: hoc vuluam ſubiens: conſtituit: mouetqʒ mēſtrua: (hec foemine excremētum eſſe dixit) ⁊ quo motu ipſa mota

fuerint:eodē ꝛ semen mouetur. Quemadmo
dum enim in artificialibus cernere est: quo
motu enim ipsa: eodem ꝛ instrumēta moueā
tur: a quibus illa: ꝛ a fabro efficiunt. sic au
tem ꝛ mēstrua: eodem quo ꝛ semē motu ab
ea quę ipsi anima inest moueri cōtenderem.
Aliquis quidem optima quereret ratione:
si eodem motu semen quo ꝛ mēstruum mo
uet: menstrua vero constituūtur: alūturque:
ꝛ qđ patet incrementum suscipiunt: ꝛ semi
nis corpus optima ratione cōstitui: aliqꝫ: ac
incremētum suscipere cēsendum esset. verūꝫ:
quēadmoduꝫ lignū ab ascia fabroqꝫ mouet:
motu quo lignum in sphere formam: seu a
liā redigit: eodē ꝛ asciam moueri certuꝫ est.
Si enim alio motu lignū: alio vero ascia mo
ueret: faber tali formę ligno iniūgendę pro
positu frustraretur. Quemadmodum igitur
ꝛ lignum: asciaqꝫ: vno: eodemqꝫ motu mouē
tur: non tamen ꝛ ascia cum ligno in sphere fi
guram redigit. sed ꝛ aer similiter: Naꝫ quē
uis colorem suscipit: ac ad parietem aliquē:
seu aliud quoddam solidum traycit: ipse nul
lo colore inficit (Nam secūdo de anima quo
nam pacto colores aer trayciat ipso nō colo
rato a nobis accurate explicatum est.) Ita ꝛ
de semine diceres: motu quidem quo ꝛ mē
struum mouet: quo motu illud constituit: a
liturqꝫ: semen vero nō cōstitutum: ac alimē
to expers efficitur: eo quod instrumētum vt
ascia: non autem materia vt lignum fit. Cū
autem foeminę excrementum mouere dixis
set: addidit: etenim illud excrementum: mē
struum scilicet: in se omnes partes quibus
mares: foeminęqꝫ gignūtur potētia cōtinet.
Nā aliqs quereret: si ꝛ semē potētia omnes
animalis partes quas ꝛ mēstruum habet: qđ
nam seminis ad menstruū discriminis? enim
uero semē quidem hęc potentia vt in alio a
gat: quemadmodum ꝛ faber formas: ꝛ ratio
nes eorum quę arte fiūt obtinet: mēstruūꝫ ve
ro hęc recipiēdi facultate preditū est. Quo
niam igitur mēstruum vtraqꝫ: tum maris: tū
foeminę alterutra natura ꝑdomināte: ac sic
illud vel sic mouēte efficere potest: aliquādo
mas: nōnūquam vero foemina gignitur. Sꝫ
de maris quideꝫ foeminęqꝫ generatione ipse
quarto ꝑsentis operis explicabit. Quod ve
ro lęsa: ex lęsis ꝑducātur: exempli gratia di
ctum est: quemadmodum ex his aliquādo
integra: sanaqꝫ: cum moderatam fuerint nacti
materiam: nōnunquā vero materię inedia lę
sa gignunt: ita ꝛ ex mēstruis aliquādo qui
dem mares naturę calore ꝑdominante: alias
vero eius inedia foeminę procreātur. Cū
igitur foeminę excremētum inquit: mēstruum
videlicet potētia tales partes obtinet: ꝛ in
quibus quę subuētanea ędunt cōstitutum o

uum vtriusqꝫ maris: ꝛ foeminę partes potē
tia habere necesse est. At quia anima quę a
mare semine mediāte tribuitur: sensuali sci
licet caret: illud in animal minime commu
tat. Quemadmodum in decoctiōibus acci
dit: qui fluxibus ꝑmittur apolegio herba cū
fabe farina: seu silligine: ac melle decocta ve
scitur. vt in his decoctis: dehinc refrigera
tis siccum quoddam quod cartilaginis ima
ginem prę se ferat obducitur: quod amnū (vt
ipse deinceps referet) appellāt: ita ꝛ in mē
struis: hęc enim humida: ꝛ corpulēta inquit:
cum afferit: omnia corpulēta quę terręo par
ticipāt: cum a calore qui in semine est stella
rum calori proportiōale calefiūt: lētum ob
ducitur: quod crustatos quale i decoctiōibus
inspicitur proportiōale fit. tale vero lētum foe
tibus in incremētum procedētibus: grādiori
busqꝫ nerui naturā suscipit: hoc enim neruū
cutē: vena: membranaqꝫ lētius habetur. At
quidem cutis: neruum: membranaqꝫ lēto
rum formam: naturamqꝫ cōtinēt. lētum au
tem est qđ cōtinēdi quę attigerit potētiaꝫ ha
beat: ꝛ qđ cōtineri per se nullatenus possit: sꝫ
aut effluit si humidum: vel si siccū fuerit teri
tur. perfectā vero foeturam quę iā actu par
tes cōtinet nūcupat: quibus editis: mas: an
foemina sit designat: hęc aūt genitalia habēt.

Quae autem animal intra se ge
nerant: scilicet naturae perfectae
aialia quousqꝫ animal pariant: fo
rasqꝫ emittant: gerunt intra se in
nexum: qđ gignitur. At vero quae
foras aial pariunt: cum intra se pri
us ouum genuerint: eorum nonnul
lis ouum iam perfectum absoluit:
vt eorum: quae foras pariunt ouū:
atqꝫ ita animal ex ouo intra foemi
nam nascitur: alijs cum alimentum
in ouo cōtentum absumptum iam
est: repletur ab vtero: ꝛ perficitur:
atqꝫ ob eam rem ouum vtero non
abiungitur. haec chartilagineorūꝫ
pisciū differentia est: de qbus post
seorsum per se disseremus. Nunc a
primis incipiendum ē: prima auteꝫ
sunt quae perfecta: eiusmodi auteꝫ
sunt quae animal generant: eorum
qꝫ primum homo est.

Cum huius rei esset causam adducti
rus: oua a vuluis: vt pluribꝰ quę

cartilaginea sunt absolui: sic autem ab ipsa absoluta; adhuc tamen cum in ipsa vulua consistant animalia fieri: quedam uero non absolui: vt perfecti galei (ipse enim cartilaginei generis) nos & de his quę minime ouipera sunt plane instruit. Nam litera quę ait: quę autem animal foras pariunt: deficere in se videtur: quam sic explendam esse censemus. quę autem intra se: & extra animal pariunt. siquidez antea explicatuz: quod cartilaginea prius quidem intra se ouū: dehinc animal: post autem foras animal edunt. Horum autem quę intra se ouipera prius: post viuipera: dehinc foras viuipera fiunt: in nonnullis a vulua ouuz absoluitur: quod primum ipsi coagmentatum: de hinc absolutum efficitur. Cum in ipsa: vt verbi gratia aqua in vase consistat: animal perfectum gignitur: & ita extra emittitur. quā autem de causa absolutum animal efficitur: ex hoc quod adducitur patet: de his quę non absoluuntur sic asserit. Alys cum alimentum in ouo contentum absumptum iam est: ab vtero perficitur: quod potentia tale esset. in his autem cum ad animalis perfectionē oui substantia: integritasq3 minime sufficiat: ouū prę substantię defectu vulue adiungitur: vt illud ab ipsa (quemadmoduz in eo qui sequitur libro explicabit) alimentum nicatibus quibusdam accipiat. vmbilicus enim ex ouo reddi perfectus potest. Cum igitur quod in ouo alimentum est absumitur: cum scilicet ouum in animalis constitutionem: nec nō alimentum quarundam partium constituit: ex vulua reliquum suscipit: quoad perfectus foras excidere queat. Hec itaq3 ob materię defectum: non absoluuntur. quę igitur absoluuntur sufficientię gratia absolui existimandum: tum quod nullo quod auxilio proficiscat adminiculo indigeant.

❡ Decessio igitur seminis oium non aliter: quam caeterorū excrementa fieri solet. fertur eniz vnum quodq3 suum in locum: non vim spiritu inferente: non alia eiusmodi causa cogente (vt quidam a testibus trahi modo cucurbitarum medicinalium per vim spiritus opinant) quasi fieri possit: vt nisi vis inferat: alio tendat excrementuz alimenti: aut humidi: aut sicci: quoniā retēto spiritu ita vniuerso excernat. At id cōmune omnium ē: quae mouere volumus. vires enim retento spiritu augentur. nam & sine ea vi excrementa per somnum exeunt: si meatus laxi: pleniq3 excrementi sunt: simile ab ijs dicitur: vt siquis plantarum semina dixerit quotannis a spiritu secerni: eo vbi fructum afferre solent. Sed enim causa eius rei (vt diximus) est: quod excrementis partes capaces descriptae a natura habentur omnibus: tuz i vtilibus illis sicco: & humido: tuz sanguini: quae venae vocantur. foeminae itaq3 venis duabus: maiore: atq3 aorta filiis superne: venarum multitudo tenuium in vterum desinit: quibus alimento expletis: naturaq3 prae sua frigiditate facultatis concoquēdi indiga: transfunditur in vterum: propter venarum tenuitatem: cuz pre sua angustia nequeant exuperantiam continere. Itaq3 affectus hic: veluti mariscae: aut alia profusio sanguinis euenit. Caeterū mēstrua nullo circuitu certo describuntur. tendunt tamē moueri decrescente mense: idq3 rōne recta. sunt enim corpora aialium frigidiora cum euenit: vt continēs aer talis efficiatur. mensiū aūt coitus frigidi sunt propter lunae defectū. itaq3 fit: vt fines mēsium quam media: sint frigidiores.

Quod autem dicitur potentia tale est: quemadmodum enim sicci humidiq3 alimenti excremento peculiaria loca perscribuntur: illud naturę impulsu in ipsa procedit: colligiturq3: dehinc per meatus talibus locis adherentes foras progreditur: ita cum & semen in animalibus sit: proprium quendam locuz possidet: qui: quisnaz habeatur ab his non procul explicabit: tum quod in hunc natura: nec vi collectum: peruenosos meatus foras proficiscitur. Quę autem explicāda sunt de his satis comperti habebimus: si quę prius quidam opinati sunt in medium proferemus. Sic enim inquiunt: sicci enim humidiq3 alimenti excrementa vi excernuntur: similiter & de semine existimandum. Sic igitur qui hec opinati sunt asseuerabant: quemadmodum vtriusq3 alimenti (vt dictum) excrementum a spiritu qui in

nobis est vi impulsum egreditur: hoc autez
argumento esse afferunt a tali spiritu vi im
pulsuz:eiaculatiqz foras procedere. Etenizz:
cum non facilis egressus sicco excremento
patet: vt cum aluus siccitate causante astrin
gitur : respiratione minime vtimur : sed spi
ritum intus continemus : vt ab hoc scilicet
vim patiendo eiaculetur : idem iam ꝛ in hu
mido agimus . quemadmodum igitur hoc
excrementum vi egreditur : ita ꝛ semen ab
eo qui ipsi:totoqz corpori calore inest eiacu-
latum : expulsumqz : dehinc a genitalium
membrorum calore atractum. vt a medicina-
libus cucurbitis sanguis (hec enim medicę
artis instrumenta) vi : nō autem natura pro
greditur. Cū hęc pręfati essemus:literę ordo
peragendus sit. fertur enim (inquit) vnuz
quodqz suum in locum:vnuz quodqz: semē a
duorumqz alimentorum excrementum nun
cupat. illud vero quod inquit vim spiritu in
ferente:de seminibus tantum:sed ꝛ de trib⁹
vna:semine:duobusqz excrementis intelligi
potest. Ab ipso spiritu vi impulsa(inquit)ex
cernuntur. Ubi ait : non vim spiritu tali ex
cremento inferente : illud vim inferente dē
spiritu dictum est. Quod autem inquit tale
esset. nam vi egredi (inquit) opinantur:tū
fieri posse vt humidi:sicciqz alimenti excre-
mentum alio vt ad os:vel nasum tendat: ni
si ipsum spiritu ad vesicę partes : intestino-
rumqz impelleretur. At qui (inquit) talia
opinati sunt:hoc argumento excrementa vi
exire asseuerāt:quod ipsa ab hominibus: re
liquisqz animalibus collecto intus spiritu ex
cernuntur . Hoc enim illud explicatum red
dit: vbi ait:quod excrementorum egressus
collecto spiritu excernuntur. Cum ea quę il-
li opinati sunt in medium adduceret : sic in-
quiens aduersatur : non modo cū hęc execūt
spiritum continemus:sed idem spiritus no-
bis pondus aliquod attollere molientibus:
continetur. spiritu enim retēto fortiores eua
dimus : nam fortitudo a calore (spiritus.n.
calidus est) causatur . itaqz non simpliciter
excrementorum eiaculandorum gratia qua
si absqz spiritu egredi non possent:sed forti-
tudinis hunc continemus. Sed enim ꝛ per
somnum nobis remissa : impotentiaque lo-
ca:vt vesica:intestinaqz sunt fieri solentqz quę
cum quasi excrementa ipsa continere nequē
ant illa excernūt . Pleriqz enim sed magis
puerilis ętas humidum excrementum per
somnum emittere solet:cum locum pueri cō
tinendi potentię imbecillem habeant : non
vero quod spiritum contineant : id euenire
diceres:quonam pacto per somnum spiritus
quis continere queat? Unde autē menstrua
gignantur ex his plane declarat: quod vena

maior : adortaqz inplures finditur : vna aūt
sectio:in vuluā ingressa in multas subtilesqz
venulas scindit:ex hoc vero manifestuz red
didit vbi ait. Uenis supne scissis:hoc iam si
mile huic est: ac si diceret:quę ꝑrimus in cor
dis superficiem sectionem recipiunt. Sed ꝛ
illud qđ ait. Natura pręsua frigiditate facul
tatis concoquendi indiga : huic simile fit :
cum foeminę natura sanguinez qui in talib⁹
venulis est concoquēre:ac in carnis naturaz
permutare nequeat : ex talibus venulis ex-
cernit:atqz in vuuluam incidit:ex ipsa eiuꝫ
naturę ui extra eiaculatur .

C Igitur postquā excrementum
mutatum in sanguinez ē:menstrua
moueri tendunt eo:quez modo di-
xi:circuitu. at si concoctum non est:
paulatim aliquid subinde secernit.
quāobrem q̄ alba vocantur : par-
uis adhuc : ꝛ puellis proueniunt .
Seruat corpora integra vterqz ex
crementorum hic secessus:cū modi
ce fit: vt pote cum ab excrementis
vindicentur : quae causae corpori-
bus sunt vt aegrotent. Sed si vel
non fit: vel imodice fit:dānum eue-
nit:aut eniz morbi oriuntur:aut cor
pus emarcescit: ꝛ extenuatur:quā-
obrem : ꝛ ea alba cum frequenter
mouentur: ꝛ superant:incrementū
auferunt puellarum. Fit igitur ne-
cessario excrementum hoc ob eas
quas diximus cās: cum enim natu-
ra concoquere nequeat:excremen-
tuz fiat necesse ē : non soluz alimēti
inutilis:sed etiam in venis: ꝛ per te
nuissimas venas exundando supe-
ret: sed melioris notae: finisqz gra
tia natura eo abutitur in hunc locū
scilicet generationis causa : vt q̄le
erat futurum:tale alterum oriatur.
Jam enim tale potentia ē:quale est
corpus:cuius secretio est . foeminis
igitur oibus excrementum fiat: ne
cesse est:sed sanguineis amplius:ea
rumqz mulieribus plurimum: ve-
rum caeteris quoqz aliquid colligi
in vuluarium locuz necesse est. cām

quamobrem sanguineis amplius: eorumqz homini plurimum: ante exposui.

Excrementum In sanguinem mutatum alimentum: quod in succi qualitatem in aluo versum est: nuncupat: quod ab ipsa aluo venae in ea radicitus contentae attrahentes: in se ipsis in sanguinem redigunt. Nam primum alimentum quod panis est: primitus quidem ab insito nobis calore in ventre in succum vertit: dehinc ab ipso ceu radices a terra duae venae: maiorqz adortaqz: quae ab ipso radicitus insertae pullulant hoc attrahunt: et ita in ipsis rursus in sanguinem commutatur. Omnis enim sanguis simpliciter in venis sanguis fit. Maior autem: adortaqz vena a corde originem ducunt. Alimentum vero quod a venulis ab aluo attractum est: excrementi nomine appellauit: eo quod omne primum alimentum aluus ceu peculiari suo munere ad se attrahit: nec ab omni quidem: sed a portione quadam alitur. quod vero reliquum fit a venis vendicatur: et hoc non simplici modo excrementum: sed alimenti excrementum vnde aluus enutritus sit nuncupares. et his de causis litere ordo (vt arbitror) sic explendus esset. postquam excrementum igitur alimenti ventris: in sanguinem mutatum est. Circuitum vero vnumquodqz lunae solisqz coitum appellat. Cum excrementum concoctum: ac in sanguinem mutatum dixisset: natura vero alimentum ex sanguine in carnes commutare non valente in vuluam excernit: ac menstrua fiunt. ad hec addidit: si coctum non est: paulatim aliquid subinde secernit: videlicet non adhuc in venis concocto: et quod nondum in sanguinis qualitatem abijt: sed quali a ventre acceptum fuerat permanente (nam album fuit) (succus enim omnis albus) ab his in vuluas album aliquid vsquequaqz excernit. et hac de causa a iuuenibus adhuc foeminis non omnibus: sed aliquibus non menstrua: sed candidus quidam humor eorum vice extra emittitur. At quo nam pacto iunioribus foeminis cum plus caloris quam longeuis insitum sit: humor ille non concoquitur potius: ac in sanguinem commutatur: sed in venis qualis cum in ventre fuerat permanet? etenim iunioribus quidem plus caloris: nec autem vehementis: sed lenti remissiqz inest. Quemadmodum calidae in vno Cyatho aquae contentae calor intensus: minor quidem decem milium tepidae aquae cyathorum fit: vehementior tamen: et efficatior: ita et calor: qui in senioribus foeminis: minor: quam iuniorum: efficatior tamen: vehementiorqz erit. tum hac igitur de causa: et quod iuniores maiori vtatur alimento non recte humoris concoctiones fiunt. cum menstrua quidem non effluunt morborum causa subsequitur: at vero cum plurima: immoderataqz fuerint: corpus gracile admodum redditur. Quod enim ad corporis incrementum secerni debuerat: in effluxu de eius magnitudine detrahitur. At illud vbi ait: hoc quale erat futurum: tale alterum oriatur: tale est: quod dicit. Nam menstruum si concoctum: discretumqz esset: ex ipso tum carnes: ossaqz: tum reliquas partes procreari fuit necesse. quoniam vero discretum haudquaquam est: natura ipso ad alij animalis procreationem patri: seu matri similem cum menstruum vtrunque potentia sit: vtitur. in qualem igitur rem: naturamqz concoctus sanguis ille: secretusqz conuerti debuerat: (carnes enim: ossaqz aliae partes ab ipso fuerant procreandae) rursus aliud tale quoddam efficitur: etenim quod gignitur omnes ipsum generantis partes continet. Nam si in Socratis matre discretum esset: carnes quidem: ac ossa: reliquasqz partes efficeret: sed et in Socrate eadem constituisse certum est.

Sed cur in foeminis omnibus excrementum hoc inest: in maribus non omnibus inest? quedam enim non emittunt genituram: sed vt quae emittunt motu suae geniturae creant: quod instituit ex materia contenta in foemina: sic ea motu suo interno in ea parte contento: vnde semen secernitur. idem faciunt: et constituunt. pars ea locus septi transuersi est in omnibus id habentibus: principium enim naturae cor proportionale ve est. cum inquam cur omnibus maribus non fit excrementum genitale: cum omnibus foeminis fit. Quod animal corpus est animatum: ad quod instituendum foemina semper materiam praebet: mas vim creandi. hanc enim eorum vtriqz facultatem tribuimus: idqz est: quo alterum mas: alterum femina fit. itaqz corpus: et magnitudinem praeberi a foemina necesse est: a mari nihil tale necessario desyderatur. nec enim instrumenta in ijs: quae efficiuntur inesse: neqz ipsum efficiens necesse est. corpus igitur ex foemina est: anima ex mare. substantia enim corpo

Ex his Item (vt iam asseruimus) il-
lud quod primum agit in illo
quod efficit haudquaquã esse: ꝛ quod pars
eius omnino non sit ostendit. perspicuuȝ au
tem habet: quod qui primitus: ꝛ proprie mo
uet pater est: ex ipso enim semen: ꝛ quę in eo
facultas est progreditur. consusanea autem
ratione: ꝛ hinc inde librata vtitur: quod nõ
prius de primo patre vȝ se sermonem habi-
turum denunciauerit: sed de hoc indefinite
disputare accingitur. patrem autem neque
in semine: neqȝ illius quod fit portionem es
se inquit. Cũ prius si pars eius est ostende-
ret: illam animatam esse: ꝛ in se animę facul-
tatem quandam vt alia mẽbra continere ne
cesse est. Nunc igit inquit: sed si nihil animę
est quod non aliqua in parte sit corporis: si
igit omnes vȝ irrationalis animę partes for
mę: ꝛ actus cuiuslibet corporis partiũ sunt:
(vt in illo qui de anima demonstratum) ꝛ in
corporis partibus vt formę in materia sunt.
Si illud quod agit animalis pars est: ꝛ ipsi
pars aliqua: seu animę facultas quędam in-
esset: ꝛ animata pars protinus in semine es
set: dehinc hoc applicandum: quin etiam: ꝛ
in semine protinus animalis: siue plãtę crea
tam partem inesse: siue quę alia efficere va
leat: seu quę non possit impossibile est: talis
enim literę ordo est: reliqua vero de medio
inserta sunt. Quod autem asserit tale habe
tur. sed in semine pars aliqua protinus ani-
mata inest: sed quidem animatum aliquid
esse: siue alia efficere valeat: siue non: impos-
sibile sit. si enim animatum est: (omne au-
tem animatum ex semine) ante: semẽ in quo
illud animatũ est: aliȯ semẽ fieri necesse eẽt:
quod.n. hoc ab illo quod efficit semẽ (in quo
est) effectum est: iam patet. Naȝ ꝛ ante hoc:
ꝛ ante semen in quo est: aliud semen esse ex
quo effectum est necessarium habet (omne
enim animatum ex semine est) itaqȝ semẽ se
minis erit: ꝛ hoc in infinitum progrederet.
nullum igit quod efficit: pars illius quod fa
ctum est fieri potest. Etenim: ne si extra q-
dem fuerit efficere posse demonstratum est.
coherentia enim orationis talis: reliqua ve
ro de medio vt asseruimus inserta habẽtur:
itaqȝ e his insistendum sit. Cum dixisset si
quod efficit: mouetqȝ: pars illius qȯ fit ani-
matum esse necesse est: addidit sed cętera igi
tur quonam pacto: cęterę videlicet partes
quę ab ipso effici debent quonam pacto effi-
cientur? vtrum omnia simul fient necne? ꝛ
quod quidem non omnia simul ꝛ ratõe ipsa:
ꝛ sensu patet. ꝛ quo nam pacto ratione pa-
teat: in p̃senti libro deíceps explicabit. Quo
niam vero nonnulli omnia simul fieri asserue
runt: atque maiora sunt magnitudine patẽt:
quę vero breuissima breuitate ipsa incerta.
Ad hęc: quędam autem apparent: alia vero
minime: ꝛ tamen simul omnibus perfectis:
addidit. quemadmodum igit pulmo in per-
fectis animalibus corde maior: ita ꝛ in gene
ratione cum omnia breuissima fuerint coruȝ
maior esset. Si autem hoc: quoniaȝ in gene
ratione cor minimum fit: apparet quideȝ: ꝛ
pulmo eo magis qua cor magnitudine exu-
perat cerni deberet. At cum tunc cor conspi
cuum redditur: pulmo vero vtpote qui non
dũ creatus sit minime apparet: si enim crea
tus esset: ꝛ appareret: itaqȝ non simul pro-
creantur. Uerumenimuero primum quidẽ
cor: alia vero vna designantur: perficiunt au
tem hoc quidem prius: illud vero (vt dein-
ceps referet) posterius. Quoniam inqt hoc
prius: illud vero posterius fit: vtrum qȯ pri
mum effectum est secundum: ꝛ illud tertium
procreat? ꝛ ipse questionem hoc pacto ab-
soluit: an potius hoc post hoc fiat: an primũ
videlicet nõ agit quod proximum est. quod
autem posteriora prioribus nõ fiant: causam
rationẽqȝ refert: quod ab eo quod actu est:
id quod potẽtia est in naturę operibus effici
tur. Quod autem dicit tale esset. Quemad
modum ignis qui potentia ab illo qui actu
fit ignis actu gignit: ꝛ qui potentia grãma
ticus: ab illo qui actu est: eadem ratiõe gra
maticus fit: ita ꝛ cor pulmonem efficit: cor q
dem pulmo fieret: ꝛ simul tum cor: tum pul
mo essent. Sciendum autem nos ab eo de-
cipi. primum quidem facultas q̃ semini in-
est (vt deinceps explicabit) cor constituit: ꝛ
in ipso talem facultatem efficientem videli-
cet inserit: dehinc ab ipsa reliqua peragunt.
quonam autem pacto hęc accidunt: in libro
p̃senti explicabit: tunc ꝛ nos inibi quod vi-
sum fuerit referemus.

¶ Haec igitur soluere conandum
est. fortasse enim aliqd ex ijs: quae di
ximus: non simplex est: vt ab extero
nihil effici posse. nã ꝛ est vt possit: ꝛ
est vt non possit: sed semen an id: a
quo semen dicamus: nihilo refert:
scilicet qua motum: quem illud mo
uebat semen in seipsuȝ continet. fie
ri autẽ põt: vt hoc ab hoc: mouea
tur: ꝛ hoc ab hoc: sitqȝ pinde quasi
admirabila illa spõtina partes eniȝ
habent vim modo quodã: etiam
cuȝ quiescunt: quaꝝ primã vbi ex-
trinsecus aliqd mouerit: statiȝ proxi
ma actu efficit: vt igitur i spontinis
illis quodãmodo illud mouet: quod

nihil nunc tangit: sed ante tetegit: sic id a quo semen aut qđ semen efficit: mouet: cum aliquid tetigerit: quanquam non adhuc tangit: ꝛ motus: qui inest: quodam efficit modo: vt ędificatio: ędes. igiť aliquid esse quod efficiat: sed non ita: vt hoc qđ quā nec perfectum inesse primum agens: apertum iam est.

Cum se ad alterutra explananda: ꝛ ratiocinatiōe adducta (vt dictum est) accingeret: illud quod agit neqȝ extrinsecus esse: neqȝ in conceptu fieri demōstratur. Quoniam illud qđ extrinsecus est: non simplex est: hoc erroris causam esse asseuerat. Si quidē quis dixerit: illud: qđ extrinsecus est immediate absqȝ instrumento aliquo agere: falliť. si vero semine ipso: ꝛ quę in eo facultas est: vt instrumentis quibusdā mediantibus: vera sentiet. itaqȝ: si quereres: vtrum qđ agit cum extra sit agere aliqđ valet necne: sic respondemus. est quidē quā possit: est ꝛ quā nō: instrumentis quibusdā pōt: absqȝ his vero minime. Quod iam agit inquit an id semen appellare decet: an a quo: nihilo refert. Siquidem semen in quo partium rationes existunt in se ipso facultatem continet: semini tantisper ab illo vnde progressum est nihil inest discriminis. Quēadmodum ascia: motu quo a fabro mota est simul mouet: ꝛ lignum in talem formam redigit: nihil a fabro differt: sic neqȝ semen quā in se motum: efficientemqȝ facultatem continet: nihil diuersum est: sed idem cum eo vnde digressum est existit. spontina vero admirabilia lignea simulacra quę in nuptijs proferuntur nuncupat: vt enim in his qui mirabilia agit tale lignum mouet: ꝛ digrediť: illud vero facultate quadam sibi ab arte ꝑstita motum: ꝛ aliud mouet: ꝛ hoc aliud: at illō simulacrum: tunc hoc a se motū: saltuatiȝqȝ ferri videť: non tamen a se: sed ab alio qđ primum mouit mouetur: ita ꝛ in his accidit. Nam patrem seminalem quandam facultatem: vt q mirabilia agit ligno quod primum ab ipso mouetur impartiri certum est: ipsa vero motiua facultas menstruū: vel qđ menstruo proportionale mouet: ꝛ animal sic efficiť. cum autem veluti spontina illa mirabilia prius diceret: addidit: partes enīȝ habēt vim modo quodā etiā cū quiescūt. Nam simulacri ptes: lignaqȝ reliqua: cum quiescūt: mouendi facultatem cōtinent: ꝛ quemadmodum iam in spontinis: ꝛ simulacro admirabiliū actore non contacto: sed tamen alio quodam ligno: dehinc ipso recedente simulacrū moueť: ita ꝛ pater: cuȝ nō menstruū: sed aliā partem tetigerit animal procreat. facultateȝ vero quę semini inest menstruum: quēadmodum ędificationem ędes: ꝛ conuicium conuiciantem tangere fatemur. illud vero modo quodam additum est: quia tangi in corporibus proprie diciť: facultas vero quę semini inest: ꝛ conuitium incorporea habenť: itaqȝ reliqua conclusione adhibita explicat. est aliquid qđ efficiat inquiens: sed nō ita vt hoc aliquid. quod vero inqť tale est. qđ aūt aliquid qđ efficiat est: ꝛ hoc quę semini facultas inest habetur: sed non ita in se partes actu: quemadmodum qđ primum agit pater videlicet continet: sed partes potentia: rationes vero actu continere certum est.

Quemadmodū autē vnūquodqȝ fiat: accipiendū hinc ē hoc initio. Omnia quaecunqȝ aut natura: aut arte efficiuntur: ab eo: quod actu ē: fiunt ex eo: quod potentia tale est. Semen igitur tale est: motumqȝ habet: ꝛ principium tale: vt motu peracto pars existat quaeqȝ: eadeȝ qȝ sit animata. non est enim facies: nisi animam habeat: neqȝ caro: sed corrupta aequiuoce dicetur facies: aut caro: perinde quasi lapidea: aut lignea facta sit: simul autem partes similares: ꝛ īstrumentales: siue officiales: efficiuntur: ꝛ quēadmodum non securim: non aliud instrumentum dixerimus factum esse ab igne solo: sic non pedem: non manum: eodemqȝ modo ne carnem quidem: nam eius quoqȝ aliquod officium est. dura igitur: mollia: lenta: rigida: ꝛ quicunqȝ alij affectus partibus insunt animatis: a caliditate: frigiditate ve effici possunt. At ratio: qua iam caro: aut os est: non potest: sed a motu: proficiscente efficiť ab eo: quod genuit: qđqȝ actu est id: quod potentia ē id: ex quo gignitur: quō in ijs quoqȝ agitur: quae arte efficiuntur. ferrum enim duruȝ: aut molle efficitur calore: vel frigore. At vero ensis a motu instrumentorū: qui artis obtinet rationem. Ars enim

tingat: ut qui actu geometra est: neqꝫ quod libro carcat artem exercet. Cum vero materiam tetigerit: ⁊ movet: ⁊ ipsam fere animatam reddit: simileqꝫ librum geometre habenti: exercentiqꝫ fit. Etenim tum semen: tum geometram: ⁊ propius eos sibi: ⁊ remotius fieri inquit. Nam idem: ⁊ unus geometra cum quiescit quidem: remotius ab agente: cum vero vigilat propius fit. ita ⁊ in semine accidit: semen igitur: actu quidem animatum est: ut q vigilat geometra actu geometra: potentia vero cum non agit: ut ⁊ qui non agit geometra fit. qua quidem habitum habent actu: qua vero non agunt cum agere valeant potentia esse censendum.

℄ Sed enim huius nulla pars causa est generationis: sed quod primum extrinsecus movit: id causa est. nihil enim seipsum generat: sed postquam generatum est seipsum iam auget. quamobrem non simul omnes partes generantur: sed una primum: eamqꝫ primum oriri necesse est: quae principium augendi contineat: sive enim planta: sive animal est: aeque omnibus inest: quod vim habeat vegetandi: sive nutriendi. id autem est: quod tale alterum generet: quale ipsum est: hoc enim cuiusqꝫ perfecti: tum animalis: tum stirpis: secundum naturam officium est.

Illud huius: ad eam que format: ⁊ efficit: partem refert. nulla pars inquit sibi formatrix generationis causa existit. nullum enim seipsum (ut in alijs demonstratum est) gignit: procreatqꝫ: sed ab exterius agente procreatur: a se vero alimentum suscipit. unum quodqꝫ enim in se ipso vegetalem animam continet: ⁊ ideo cum procreatum iam est: ipsum sibi alimentum suggerit: formalem vero: efficientemqꝫ: non in se: sed extrinsecus habet. Quod vero extrinsecus inquit: tale est ac si diceret: non qd natura insitum sit: sed quasi tangat est. Cum autem illud a se ipso incrementum accipere asseruisset: addidit: ideo primum aliquid: non omnes simul partes oriuntur: videlicet nulla pars se ipsam creat: producitqꝫ: sed omne qd fit cum ab alio fiat: primum aliquid effici existimandum. nisi enim ab alio: sed a se ipsis generationem susciperent: qua ratione: quemadmodum verbi gratia cor se ipsum procreavit: non eodem tempore una queqꝫ pars se ipsam ederet: ⁊ simul omnia genita essent? Nam quereret quispiam: si nulla pars se ipsam procreat: sed aliud quoddam: quod actu in se ipso rationes continet: cur non omnia simul: sed cor primum producit? enimvero quemadmodum faber lignee sphere rationem: ⁊ lecti: aliorumqꝫ plurium actu habet: non autem simul cuncta: sed primum spheram si sic acciderit: dehinc lectum efficit: ita ⁊ ipsa facultas: cuncta quidem simul designat: primum vero qd maxime necessarium: ab hoc cetera suo ordine procreat. Cum primum aliquid oriri dixisset: addidit: hoc primum oriri necesse est: quod ⁊ initium augendi contineat. hoc videlicet primum oriri necesse est: quod ceu arx quedam vegetalem: auctivamqꝫ: ac genitalem animam accipere: ⁊ tueri queat. Hec autem subiecto quidem una: ratione vero diverse habentur. id autem est inquit: quod tale alterum generet quale ipsum est. Cuiusqꝫ .n. perfecti animalis: planteqꝫ munus: quale ipsum est procreare.

℄ Necessitatis autem ro est: quod cum aliquid ortum est: augeri idem necesse est. Generat igitur: quod est univocum: ut homo hominem: sed per seipsum augetur: ergo ipsum: cum aliquid fit: auget. quod si unum quid: idqꝫ primum fit: id primum generari necesse est. itaqꝫ si cor primum in nonnullis oritur animalibus: aut cordis proportionale in ijs: que corde carent: ex corde principium illud est: in ijs: quae cor habent: caeteris ex proportionali: exposui iam ad ea: que ante querebantur. Quid cause sit: ut principium generationis cuiusqꝫ movens primum: ⁊ procreans.

Cum hoc autem quod incrementi principium continet primum fieri necesse esse dixisset: ac cum de medio plura inferendo acervaret: hoc addidit: huius gratia necesse est: ⁊ hoc illi parti coherens est: qd vero inquit sic additum est: ac si diceret: cur autem diximus quod huius gratia aliquid primum generari: incrementiqꝫ principium habere necesse est: ⁊ quid nam hoc: quod omne quod creatum est: idem augeri necesse est. Si id unum aliquid est: ⁊ hoc cum primum auctivam animam sortitum sit (non enim plures habet partes) hanc ante alia

primum gigni necesse est.

❡ De seminis natura dubitauerit quispiam semen enim prodit de animali crassum: ꝛ album: mox refrigeratum humidum: ad aquae spēm redditur: colorem ēt accipit aquae. Absurdū igitur id putaueris: aqua enim non crassescit calore. Id autē intrinsecus e loco calido proficiscit: crassum: refrigeratumqꝫ humescit. At qui oia aquosa concrescunt frigore: semen vero positum in gelu sub diuo non concrescit: sed humescit: quasi a contrario crassum constiterit. Sed neqꝫ a calore crassari ratio probabilis ē: quae enim plus terre continent: ea cōsistunt: crassanturqꝫ per coctionem: vt lac. igitur refrigeratum solidescere debuit. at nihilo solidius fit: sed totum modo aquae liquescit. hoc igitur dubium est: nam si aqua ē: cum aqua non videatur posse a calore crassari: hoc tñ ex corpore calido crassum: ꝛ calidū erit. Sed si ex terra constat: aut si mistum terrae: ꝛ aquae ē: non totū resolui in humorem: ꝛ aquā debuit.

Quod Queritur tale est: vtrū semē aqua: an terre: aqueqꝫ admistio sit. Si aqua qdē: nulla aqua a calido crascescit: ꝛ illa seipsa sollidior efficit: ꝛ semen si aqua esset ab calore qui in animalibus est haud quaquam crascescere oporteret. Uerum illud cōsistens: crassumqꝫ: vt de coctum lac non autē fusile vt aqua: euaporatumqꝫ excernitur. Crassum quidem egreditur: frigore vero humidum: ac fusile fit: si aqua esset: illud infrigore minime fluere: sed concretum potius: ac vt glacies fieri oporteret. Quoniā igitur aqua a calido non crascescit: a frigore autem concrescit. semen vero ab calore crascescit: ab frigore autem vt pote calori contrario humidum redditur. Nam quarto sublimium speculationum explicatum: quod contrarium concretum reddit: hoc ab altero contrario liquescit: semen itaque aqua neutiquam: sed nec terre aqueqꝫ commistio esset. si horum esset mistio in gelu enīs ad coeni vicem concrescere: soli desccereqꝫ oporteret: hoc autem ex hoc certum reddidit vbi sit: non totum resolui in humorem: ꝛ aquam debuit; concrescere vero debebat: non autem vt dictum est concrescit.

❡ An non omnia: quae accidunt diximus: non solum enim quod ex aqua: ꝛ terra humidū constat: crassatur: sed etiam quod ex aqua: ꝛ spiritu: vt spuma crassior: albaqꝫ existit: ꝛ quo ampullae pauciores: icertioresqꝫ sunt: eo ꝛ albior: ꝛ rigidior fastus conspicitur: qꝫ idem in oleo quoqꝫ fit. crassescit enim mistum cū spiritu. Quamobrem crassius redditur quod albescit: cum humor in eo contentus discernatur a calore: efficiaturqꝫ spiritus. Galena etiam aquae mista: aut oleo: amplum ex paruo erigit fastum: quod spissum ex liquido: ꝛ album ex nigro: cā est quod spiritus immiscetur: qui fastū efficit: ꝛ albedinem dilucide aperit vt in spuma: ꝛ niue. nā ꝛ nix spuma est. aqua ēt ipsa permista cum oleo crassa: albaqꝫ redditur. per concussum enim: attritumqꝫ includitur spiritus: ꝛ ipsum oleum quoqꝫ multum spiritus continet. pingue enim nec terrae est: neqꝫ aquae: sed spiritus ex quo fit: vt per summa aquae fluitet. aer enim contentus in eo veluti in vase effert: per summaqꝫ sustinet: ꝛ cām leuitatis praebet: quin etiam frigore: ꝛ gelu crassescit: oleū non congelascit. calor enim facit ne gelu cogatur. aer namqꝫ calidus: ꝛ incongelabilis est: sed quoniā a frigore is quoqꝫ consistit: ꝛ densatur: hinc oleum crassius redditur. his de causis semen quoqꝫ exit quidem intrinsecus spissum: ꝛ album: calore interiore multum spiritus calidi cōtinens: sed egressum vbi calor euanuit: ꝛ aer refrigeratur: humidum: nigrumqꝫ euadit.. remanet enim aqua: ꝛ siquid parume terrenae portionis continetur: vt in pituita: sic in semine cum siccescit. Semen igit

commune est spiritus: ⁊ aquae: spiritus autem aer calidus est: quãobrem natura humidum est: quoniam ex aqua constat. Ctesias Cnidius plane mentitur ea: que de semine elephanti scribit. ait enim usq; adeo durari siccescens: ut electro: idest succino simile efficiatur: quod nunquam fit: magis enim alterum altero semen esse terrenum necesse est: ⁊ praecipue tale eorum est: quorum in corpore multum materiae terrenae habetur. Crassum autem: albumq; est spiritus mistione. Semen enim omnium album est. Herodotus vera non scribit: cum nigram esse Aethiopum genituram dicat: quasi necesse sit omnia nigra esse eorum: quibus nigra est cutis. At qui dentes eorum albos esse cernere potuit: cum ut album sit semen: quod genitura spuma est: spuma autem alba est: ⁊ maxime quae ex paucissimis partibus constent: ⁊ tam paruis: ut cerni ampullae nequeant: quod in oleo quoq; ⁊ aqua euenit: cum miscentur: ⁊ concutiuntur (ut ante diximus). Nec vero homines antiquos latuisse videtur: naturam seminis esse spumosam: deam enim: que rei venereae praeest: ab ea ipsa facultate nominarunt. Causa propositae quaestionis explicata iam est. Congelascere autem semen non posse ob eam rem apertum iam est: aer enim incongelabilis est. Sequitur ut ⁊ dubitemus: ⁊ dicamus: si in iis quae semen emittunt in foeminam: nulla pars constituendi conceptus sit: quod subierit: quonam vertatur corpulentia eius: quando ipsum facultate: quam in se continet: agit.

Cum Dubium adduceret illud his soluere tendit: potentia inquiens. dubium enim ex imperfecto locum sortitum est: quodq; nos usi non perfecta diuisione sumus. Nam quod ex terra: aquaq; consistit: ab igne quidem crasescere iam dictum est: aqua vero ab eodem crasescit: non modo quod ex terra: aquaq;: sed quod ex aqua ⁊ aere: ab eodem crassum efficitur. itaq; cum demonstratum iam sit: semen ex aqua: aereq; consistere: ratiocinatione: seu syllogismo hoc pacto utendum. semen ex aqua aereq; consistit: omne quod ex aqua: aereq; a calore crasescit: ⁊ iam conclusio patet. Quod vero quod ex aere: aquaq; est: ab calido crasescit: ex hoc quod adducit ostenditur. Nam ⁊ spuma ex aqua: aereq; est. calor enim qui ex aquae motu: cursuq; causatur: cum spiritu: vel aere in quo est fit: (omnis enim calor in aliquo subiectu visit) calor igitur iste una cum proprio eius subiecto qui aer est aquae commistus efficitur: eam concretam reddit: spumamq; constituit. Quod vero spuma aqua crassior: sollidiorque habetur: patet. aqua enim fluit: nec proprio aliquo termino continetur: spuma vero proprio circunscripta termino: ut cera: vel quoduis allud sollidorum corporum: quae proprio continentur termino consistit: ⁊ quo ampullae breuiores: eo spuma constrictior: sollidiorq; habetur. isdem de causis ⁊ oleum quod album redditur (⁊ illud enim ad solem ut telle lino contextae album efficitur) crassius fit. quod vero ipsi oleo insitum aquosum: eiq; admistum est. ab solis calore euaporatum: crassius redditur. Nam galena plumbi species humida: fusilisq; ut argentum liquidum habetur: Ab ipsa enim quod humidum est crasescit: eo quod spiritus per concussum qui in mistione fit commisceatur. ipsam autem humido commiscentes: longo interuallo quoad penitus commista reddatur concuti solent. Nam diu quatiunt: quod non cita: facilisq; eius cum humido sed cum mora: ut olei cum aqua admistio fit. Cum igitur spumae: oleiq; exemplo humidum ab aere crasescere ostenderet: sequitur. Quemadmodum oleum ab aliquo crasescit: ⁊ cum quod illud crassum reddit rigor sit: ita ⁊ semen ab insito nobis calore crasescit: egressum vero cum calor ab rigore exhalatum fuerit: ⁊ aer cum ipso aliquis exhalatur. Quod vero reliquum: nec exhalatum fuerit: frigescens in aquam commutatur. ut non aqua potius: sed crassiore aere: aqua vero subtilior (qualis vapor est) humor appareat. aqua enim aut vapor: ⁊ breue quoddam terreum remanet: quod vero aliquid terreum remaneat plane patet. Cum enim semen siccescere accidet: terreae aliquid portionis quod ex minimis partibus consistat apparet. illud parum: pro breuibus ponitur. deam eius quae rei venereae praeest veneris usum nuncupat.

Definiendum igitur prius est: utrum quod in foemina constituitur:

accipiat aliquid ab eo: q· subierit: an nihil accipiat. Atqȝ ē de anima: qua animal dicit. (Est aūt animal parte aiae sensuali) vtrum in semine: ⁊ conceptu inest: an nō: ⁊ vnde. conceptuȝ enī inanimatū eē nemo statuerit vita oībus modis priuatū: quippe cuȝ nihilominus semina: ⁊ conceptus animaliuȝ viuant: quaȝ stirpes: ⁊ aliquādiu prolifica sunt. ergo animam in ijs: haberi vegetalem palam ē: sed quamobrem eam primuȝ haberi necesse sit: ex ijs: q̄ alibi de anima desseruimus: apertum est. Sensualem ēt: qua animal est: tēpore procedēte recipi: ⁊ rationalē: qua homo certum est. nō enim simul: ⁊ animal fit: ⁊ homo: nec aial ⁊ equus: eademqȝ in caeteris animalibus rō est: finis enim postea contingit. proprium aūt est finis cuiusqȝ generationis: q̄ȝ obrem de mente etiam quonam tpe: ⁊ quomodo: ⁊ vnde eam recipiant: q̄ principiuȝ id participant: plurimum dubitaſ. Sed enitendum pro viribus: ⁊ quo ad fieri potest: accepisse operae p̄tium ē. Animam igitur vegetalem in seminibus: ⁊ conceptibus scilicet nōdum separatis haberi potentia statuendum est: non actu: priusquā eo modo: quo conceptus: q iam separantur: cibum trahāt. ⁊ officio eius animae fungantur. principio enim haec omnia vitā stirpis viuere videntur. de anima quoqȝ sensuali pari modo dicendum ē: atqȝ ēt de intellectuali. omnes enim potentia prius haberi: quā actu necesse ē: sed aut omnes contingere: cū ante non fuerint: necesse est: aut omnes cum ante fuerint: aut partim: cum ante non fuerint: ⁊ contingere: aut in materia nō subeuntes semen maris: aut eo quidem inde venientes: sed in mare: aut omnes extrinsecus contingere: aut nullam: aut partim extrinsecus: parti non extrinsecus. caeteruȝ omnes añ esse impossibile rationibus his esse ostendit. Quorū enim principiorum actio ē: corporalis: haec sine corpore inesse non posse certum est. Uerbi gratia: ambulare sine pedibus: itaqȝ extrinsecus ea venire impossibile est: nec enim ipsae per se accedere possunt: cum inseparabilia sint: neqȝ cum corpore. semen enī excrementuȝ alimēti mutati est. Restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat: eaqȝ sola diuina sit. nihil enim cuȝ eius actione communicat actio corporalis.

Cum: Huic quidem proximum est vt dubitemus: ⁊ dicamus dixisset: rursus ratioē resumit: ac si diceret: ō hoc qō prius diximus deffiniēdum. hoc autem tale erat: vtrum animal quod in foemina constituitur: perficiturqȝ: amare accipiat aliqd: de hoc iam: ac de anima diffiniendum est. quod vero inquit: nihilominus semina: ⁊ cō ceptus animalium viuant quaȝ stirpes: huic parar est ac si diceret. quemadmodum eniȝ plantę: ita ⁊ animalium semina vita fruuntur. ⁊ conceptus autem inquit aliquamdiu prolifici fiunt: quoad enim conceptus animal fiat prolificum est: procreatum autem amplius haudquaquam tale est. Quemadmodum enim ⁊ ouum: quoad quidem ouū fiet prolificum fit. nam facultate qua animal fieri possit prēditum est: editus vero nō amplius ouum est: aut conceptus: seu semen genitale: sed animal prolificuȝ quod simile sibi procreare valeat efficitur. Ex his enim quę de anima explicantur certum esse asseuerat: quoniam vegetalem primum capiant (conceptus enim vt nuper ostendit vegetali anima p̄ditus est): procedentes ⁊ sensualem apprehendunt: ⁊ cum vlterius processerint (vt hominum genus) ⁊ rationalem adipiscuntur: nec autem tales facultates diuersis temporibus: sed omnes repēte a prima constitutione accipere: ⁊ ipsas animal cuȝ in ventre adhuc sit suscipere plane censemus. Si enim ipsę animę non plures: sed vni⁹ animę facultates vt si diceres rōnalis sunt: huius.n. facultates quędā nobiliores: alię vero ignobiliores habentur. nobiliores aūt: quales scientialis: intellectualisqȝ: absqȝ vegetalis sensualiqȝ: ⁊ penit⁹ absqȝ his quę inferiores omnino sunt esse nequeunt. Animam vero quę itellectuali facultate p̄dita est: ⁊ alias habere necesse est. non tamen. vt. si. inferiores

facultates habeat: ⁊ intellectualem necessa-
rio obtinere queat. Cum nobis ipsa anima
inascitur: ciusqꝫ tunc cum ipsa omnes reli-
quę facultates inasci certū est: rationalis ipsa
ratione expertes secum confert: non vero cum
ipsis confertur. Non enim hoc esse (vt ex-
plicatum est) fatemur diuersis temporibus
hanc: illam ne animę facultatem: vel ani-
mam in nobis constituit: hoc enim pacto plu
res animas: abinuicemqꝫ discretas sortire-
mur: sed quoniam cuncta a proprijs effecti-
bus signantur: appellanturqꝫ: tale quoddam
esse videtur. animalia vero cum primum cō
cepta fuint: ac in vtero continentur: aluntur
quidem: sed sensu carent: (presentibus enim
sensibus sentitur) animam vero vegetalē ipsa
obtinere censemus: sensualis autem cū in lu
cem eduntur: eo qd̄ tunc sentiunt ipsis inasci
credendum. Nam partium atractiones: ex
tensionesqꝫ: quę ipsis in vtero existētibus fie
ri solent: non proprio eorum sensu: sed ibi
vt portio animatę partis mouentur. Quod
autem omnes simul facultates: meliorum au
tem actus posterius sortiuntur: hinc perspe-
ctum reddit. Si enim sensus animę facultas
est: hac qui ipsam obtinet ipsis sensatis simi
lis ob aliquam mutationem actu qui ad ipsa
est factus: ea discernere valet. Vt enim ve-
getalis facultas: ad hunc huius actum ali-
mento indiget: Ita ⁊ sensualis sensatis: a-
ctus enim eius in his est: ⁊ hęc recipit quidē
discernitqꝫ. si enim hoc sensualis anima ha
betur: ⁊ nisi sensata ad sunt agere neqt: non
autem hęc in matris vtero p̄sentia esse dice-
res: sensuale enim potentia: imperfectumqꝫ
potius: scientia p̄ditis: nec ipsam exercenti-
bus proportionale nuncuparetur. Cum ve
ro egreditur: agitqꝫ: sensuale iam: perfectumqꝫ
dici optima ratione potest. Ita igit ⁊ in ra-
tionali accidit: facultatem quidem: ac apti-
tudinem obtinet: quibus habitum ab opere
intellectuqꝫ agenti discentiqꝫ insito recipit:
cum iam ⁊ homo peculiari nomine nuncu-
patur. Duplex autem animę facultas: ⁊ apti
tudo talis: vt ⁊ illa inquibus facultas ⁊ act⁹
eius est: ad inuicem discrepent. Ad ea enim
quę natura differunt: animę etiam partibus
differunt: cum alterum ad alterum suapte na
tura diuersum sit: vt in moralibus quę ad
Nicomacum scripta sunt explicatum est. Si
autem ipsis cognitio similitudine quadam:
aut proprietate inascitur: subiectus autem ra
tionalibus facultatibus adinuicem differūt:
quod quidem alij actuales: seu practici: ⁊ cō
tingentes: ac se aliter habentes: alij tum sem
piterni: tum necessarij: quidam opinabiles:
nonnulli vero scibiles habent. quamobrem
animę facultatum alia opinabilis: alia scien-
tialis: vtranqꝫ enim mentis nomine appel-
lares. Sed actualis: opinabilisqꝫ: ac consul-
tiua: hęc actus principium est: cum voluntasi
appetitusqꝫ his quę ab ipso diiudicata fiunt
conuenerint. Ad hęc vero scientialis ⁊ spe-
ctatiua est: etenim quędam agendi: quędam
vero noscendi gratie querimus. Homo enim
non protinus cum tali habitu procreatur: sꝫ
facultate: aptitudineqꝫ illum recipiendi p̄di-
tus est: dehinc tamen ipsum suscipit: quod q̄-
dem finis non perfectissimus: sed tamen bo
nus habet. Nam finis optimus: maximeque
diuinus: nobis cum extrinsecus mentem adi
piscimur inascit. quisnam hic: ac quo pacto:
quoue tempore in nobis lumen ostendit: ali-
bi accuratius disseruimus. His se sic haben
tibus: hęc ab Aristotele accuratissime prose-
cuta sunt. non enim animal ⁊ homo qui sci
licet quos nuper asseruimus habitus conti-
neat simul gignit: posterius enim ipsi inascū
tur. At illud quod inquit: proprium cuiusqꝫ
generationis finis est: idem ⁊ cuiusqꝫ genera
tionis finis: nil aliud quā cuiuslibet propriū
est. Ceterum: de mente quidem inquit dice-
re enitendum est: nec vero in p̄senti ope asse
rit: in his vbi de anima: ac duodecimo q post
naturalia inscribit explicauit. Quod vero
tum semina: tum conceptus cum separabilia:
alimento videlicet quo aluntur expertia sunt:
potentia nutriendi vim habere certum est.
Omne enim quod nō obtinet vbi suapte na
tura agere idoneum est: ⁊ hac de causa si nō
agit: potentia esse: actu vero minime censen-
dum est. simile autem quoddam de concepti
bus non separatis dicas. priusquā: vt con
ceptus quidam separātur vel alimentum at
trahant: vel agant efficiantqꝫ vegetalis ani
mę munus. Nam literę quę prius dicta
ordo talis: vel quemadmodum conceptus q
iam separātur cibum trahunt: ⁊ officio ta-
lis animę funguntur. separatos autem con-
ceptus nunc non q̄ proprie conceptus: sed la
ctentes infantes nuncupat: hi enim cum la
ctentes sunt: vegetalis animę munere actu
vtuntur. Hoc vero ⁊ de his qui proprie con
ceptus sunt dici pōt: ⁊ ipsi quo ad in vulua
consistunt alimenti vsum obtinent. vbi vero
inquit: ⁊ contingere aut in materia nō sub-
euntes semen maris: materiam menstruum:
aut eius proportionale nuncupat. Quod ve
ro asserit tale est: tales autem animas vel in
menstruo protinus inasci cū prius handqua
quam maris semen ingressę essent: aut prius
in semine dehinc in menstruo consistere ne-
cesse est. Cum autem dixisset: vtrum omnes
ante fuerint: necne: fieri quidem omnes an-
te nequaquam posse sic statuit. q̄cunqꝫ enim
animę principia: ac facultates corporales

actiones habet: has absq; corpore: instrumentoq; proprium munus exequi non posse certum est. quod hec esse absq; corpore non possunt: in eo qui de anima opere est explicatum. si vero hec sic habetur: neq; ante ipsa corpora eas neq; post esse censendum. At si ipse propria munera exequi absque corpore non valent: nisi enim corpus obtinerent: frustra omnino essent. Sed ⁊ aliter: si ante essent aut cum corpore aliquo: aut absq; corpore progrederent͂: cu; sine corpore esse nullatenus possint: quonam pacto absq; corporibus progredi quirent? si vero cum corpore: at cum semine certum est. sed semē (vt demonstratum) mutati alimenti excrementu; est: si autem excremētum: quo nam pacto in ipso mens existeret? reliquum igit͂ fit: qđ mens extra ingreditur: nulla enim eius portio actu cum corporali actu cōmunione vtit͂: hoc est: vt enim propria munia exequat͂: nullatenus corporali actu: aut corpore indiget.

¶ Sed enim omnis animae: siue virtus: siue potentia corpus aliud participare videtur: idq; magis diuinū: quā ea: q̄ elemēta appellātur: verū prout nobilitate: ignobilitate ve animae inter se differunt: ita ⁊ natura eius corporis differt. Inest enim in semine omniu;: quod facit: vt foeconda sint semina: videlicet quod calor vocatur: idq; nō ignis: non talis facultas aliqua est: sed spiritus: q in semine: spumosoq; corpore continetur: ⁊ natura: quae in eo spiritu ē proportione respondēs elemento stellarum: quamobrem ignis nullum animal generat: neq; constitui quicquam densis: vel humidis: vel siccis videtur: at vero solis calor: ⁊ animalium: non modo q semine continetur: veru; si quid excrementi sit: quāquam diuersum a natura: tamen id quoq; principiu; habet vitale. caeterum calorem in aialibus contentum: nec ignem eē: neq; ab igne originē; ducerē apertum ex his est.

Quod Inquit tale est: omnis animae potentia in corpore est: qđ melius nobiliusq; quatuor elemētis existit: itaq; tum mens: tum anima rationalis quo melior alijs est: eo ⁊ eius subiectum eis qui in alijs sunt melius erit. Cum hec asseruisset: inquit: facultas seu vis que semini cuiusque animalis inest: illudq; prolificum efficit: anime videlicet calor est qui solis: aliarūq; stellarum calori proportionalis sit. itaq; corpus quoddam quod stellarum elemento: corpori scilicet proportionale est: ⁊ semini inesse: ⁊ ab ipso compꝛehendi necesse est. Cum enim cuiq; anime nature ordine idem subiectum sit: nobilitate excellitudineq;: ac demissione discrepant. Quemadmodum ⁊ sphere: nā ⁊ ipse: ⁊ que in ipsis sydera natura quidem minime: nobilitate vero differunt: nobilior enī; omnibus inerratica: dehinc saturni: ⁊ que sequuntur. Quod vero calor q in corpore est ignis minime sit: corpus vero stellarum corpori proportionale appellamus. quod autem calor ille non ignis: sed quod calori q in stellis est proportione respondet: ipse stellarum calor tum animalia: tum plantas producit: ac generat. Tellurem enim humefactam: cum a sole calefieri contigerit: vermes: aliaque procreant͂: vbi syllogismi demōstratiōe visus ita ostendit. nullus ignis animal procreat: omne qđ in seminibus calidum animalia procreat: nullum igit͂ quod in seminibus calidū ignis est: sed spiritalis quedam natura: que spumeo qđ in semine cōsistit inuoluta est. semen vero: ⁊ que in ipso natura est: recto inter se ordine cōsistūt. nō modo solis inquit: animaliumq; calor animalia gignit: sed ⁊ si excremētu; aliquid accidat: vt sanies: pusq;: qđ cuiuslibet rei natura omnino alienum habetur idem efficit. qđ ⁊ si ex talibus qd ortum ducat: vitale tamē principiu; obtinet. nā ex putri vermes procreari perspectū est.

¶ Corpus aūt geniturae: in quo semen animalis principij contentum vna prouenit: partim separabile a corpore: in quibus diuina pars cōpraehenditur: qualis est: quae mēs appellatur: parti inseparabile: hoc inquam geniturae semen dissoluit: versumq; in spiritum euanescit: cū naturā humidam: aquosamq; habeat. quamobrem an semper id foras exeat: quaerendum non est: neq; an pars vlla sit formae constitutae: quomodo nec de succo: a quo lac cogitur: quaeri tale quid conuenit. nam is quoq; mutat: ⁊ nulla pa

constitutae magnitudinis est. De anima quēadmodum conceptus: et genitura habeant eam: et quemadmodum non habeant: definitum iā est. potentia enim habent: actu non habent.

Animale Principium animam: semen vero: seu radicem: et calorem qui creat: producitq3 animam qui stellarum calori proportionalis est nūcupat. Hoc enim ratione carentem animam: et quę ab ipsa est producit. Sed si quod videt potius dicere oportet: ipse calor modo quoddā anima potentia est. sensus igit litere talis. Cum prius vtrum semen animā habeat necne asseruisset: et vtrum semē recedit: an illius qd sit pars efficit: ac cum tūc semē animam habere quę vigilāti geometre: nec exercenti proportionalis esse adduceret: nunc vero: dum et quę na3 hęc sit explicare pgeret: (calor autem quidam est) de genitalis seminis corpore in quo animę principium est edisserit. geniturę corpus ipsam genituram nūcupat: quoniam aliquādo quidem cum humidę naturę sit resoluitur: exhalaturq3: non nūquam vero extra egredit. in his autē vbi inquit: et geniturę corpus in quo semen principij contentum vna prouenit: hoc cuius: deficit: vt animę principij integrum fuerit: cuius animę: pars quidē altera separabilis vt mēs quę extra accidit: pars vo inseparabilis ē. Nam ordo literę talis. geniturę autem corpus: hoc inquam geniturę semen: ipsa videlicet genitura: dissoluitur. alia vero parentesi clausa explicantur.

¶ Semē autē cū excrementum sit: eodemq3 moueatur motu: quo augetur corpus degestione vltimi alimenti: vbi vterum subijt: constituit: et mouet excrementum foeminae eodem motu quo ipm mouet. nam illud quoq3 excrementū est: habetq3 omnes partes potentia: actu nullam. habet enim eas partes potentia: quibus differt foemina a mare. nam vt ex laesis interdū laesa: interdū nō laesa gignuntur: sic ex foemina partim foemina: alias nō foemina: sed mas generatur. foemina enim quasi mas laesus est: et menstrua semen sunt: ꝗ̄ quā non purū. Vnum enim illud non habet originem: et principiū animae: quāobrē quibus animalibus ea subuentia gignuntur: partes quidem vtrorumq3 obtinet omnium institutum. Sed principio caret: qua propter animatum non est: id enim a maris semine affertur: quod principium vbi foeminae excrementū receperit: concept9 fit. humidis vero corpulentys cum incalescunt: obducit: vt in pulte refrigerata: crustula. Corpora aūt omnia cohaerent: et continentur lentore: quem in dicslam q3 adauctis corpibus natura accipit nerui: ꝗ partes animalium continet. In alijs neruo: in alijs coꝛ: quod neruo proportionetur. cutis etiam formae eiusdem est: et vena: et membrana: et oē eiusmodi genus: differunt haec enim inter se maioris: minorisq3 ratione: et omnino excessu: defectu ve. Animalia vero: quorū natura imperfectior est: cōceptum cum perfectus iam est: sed nondum aial perfectum foras mittunt: quod quas ob cās ita fiat: ast diximus. pfectū autē ē animal: cū conceptus iā: aut mas: aut foemina est. s. in qbus sexus haec differētia habet. Sunt enim quae nec marē: neq3 foeminā generent: videlicet quae et ipsa nō ex foemina: mareq3: et coitu aialium procreantur: sed de eorū generatione postea dicemus.

His enim Verbis officia quę calor qui in semine est efficit: qui stellarum calori proportionalis habetur nobis explicat. Nam inquit: semen enim cum excrementum (vt demonstratum) sit: qd auctiuę ipse facultatis motum: auctiuam scilicet facultatem: seu animam: sed et efficientem obtinet: hęc enim eadem ē et vna anima est: altera quidē sua facultate animalis partes efficit: altera vero alit: ac adiustum euehit incrementum. At cum in ipsis partibus vltimum alimentum qd sanguinem nuncupamus diuidi contigerit: hoc vuluam subiens constituit: mouetq3 mēstrua: (hęc foeminę excremētum esse dixit) et quo motu ipsa mota

fuerint:eodē τ semen mouetur. Quemadmo
dum enim in artificialibus cernere est: quo
motu enim ipsa; eodem τ instrumēta mouē
tur: a quibus illa: τ a fabro efficiunt. sic au
tem τ mēstrua: eodem quo τ semē motu ab
ea quę ipsi anima inest moueri cōtenderem.
Aliquis quidem optima quereret rationes
si eodem motu semen quo τ mēstruum mo
uet: menstrua vero constituūtur: aluūturque;
τ qō patet incrementum suscipiunt: τ semi
nis corpus optima ratione cōstitui: aliqz: ac
incremētum suscipere cēsendum esset. verū:
quēadmodū lignū ab ascia fabroqz mouet:
motu quo lignum in sphere formam: seu a
liā redigit: eodē τ asciam moueri certū est.
Si enim alio motu lignū: alio vero ascia mo
ueret: faber tali formę ligno iniūgendę pro
positu frustraretur. Quemadmodum igitur
τ lignum: asciaqz: vno: eodemqz motu mouē
tur: non tamen τ ascia cum ligno in sphere fi
guram redigit. sed τ aer similiter: Naz quē
uis colorem suscipit: ac ad parietem aliquē:
seu aliud quoddam solidum traycit: ipse nul
lo colore inficit (Nam secūdo de anima quo
nam pacto colores aer trayciat ipso nō colo
rato a nobis accurate explicatum est.) Ita τ
de semine diceres: motu quidem quo τ mē
struum mouet: quo motu illud constituit: a
liturqz: semen vero nō cōstitutum: ac alimē
to expers efficitur: eo quod instrumētum vt
ascia: non autem materia vt lignum fit. Cū
autem foeminę excrementum mouere dixis
set: addidit: etenim illud excrementum: mē
struum scilicet in se omnes partes quibus
mares: foeminęqz gignūtur potētia cōtinet.
Nā aliqs quereret: si τ semē potētia omnes
animalis partes quas τ mēstruum habet: qd
nam seminis ad menstruū discriminis: enim
uero semē quidem hęc potentia vt in alio a
gat: quemadmodum τ faber formas: τ ratio
nes eorum quę arte fiūt obtinet: mēstruū ve
ro hęc recipiēdi facultate preditū est. Quo
niam igitur mēstruum vtraqz: tum maris: tū
foeminę alterutra natura pdominâte: ac sic
illud vel sic mouēte efficere potest: aliquādo
mas: nōnūquam vero foemina gignitur. Sz
de maris quidez foemineqz generatione ipse
quarto psentis operis explicabit. Quod ve
ro lęsa: ex lęsis pducātur: exempli gratia di
ctum est: quemadmodum ex his aliquādo
itegra: sanaqz: cum moderatam fuerint nacti
materiam: nōnunquā vero materię inedia lę
sa gignunt: ita τ ex mēstruis aliquādo qui
dem mares naturę calore pdominante: alias
vero eius inedia foeminę procreātur. Cū
igitur foeminę excremētum lquit: mēstruum
videlicet potētia tales partes obtinet: τ in
eiibus quę subuētanea dunt cōstitutum o

uum vtriusqz maris: τ foeminę partes potē
tia habere necesse est. At quia anima quę a
mare semine mediāte tribuitur: sensuali sci
licet caret: illud in animal minime commu
tat. Quemadmodum in decoctiōibus acci
dit: qui fluxibus pmūtur apolegio herba cū
fabe farina: seu silligine: ac melle decocta ve
scūtur. vt in his decoctis: dehinc refrigera
tis siccum quoddam quod cartilaginis ima
ginem prę se ferat obducitur: quod aimū (vt
ipse deinceps referet) appellāt: ita τ in mē
struis: hęc enim humida: τ corpulēta lquit:
cum asserit: omnia corpulēta quę terreo par
ticipāt: cum a calore qui in semine est stella
rum calori proportiōale calefiūt: lētum ob
ducitur: quod crustato quale i decoctiōibus
ispicitur proportiōale fit. tale vero lētum foe
tibus in icremētum procedētibus: grādiori
busqz nerui naturā suscipit: hoc enim neruū
cute: vena: membranaqz lētius habetur. At
quidem cutis: neruum: membranaqz lēto
rum formam: naturamqz cōtinēt. lētum au
tem est qō cōtinēdi quę attigerit potētiaz ha
beat: τ qō cōtineri perse nullatenus possit: sz
aut effluit si humidum: vel si siccū fuerit teri
tur. perfectā vero foeturam quę iā actu par
tes cōtinet nūcupat: quibus editis: mas: an
foemina sit designat: hęc aūt genitalia habēt.

Quae autem animal intra se ge
nerant: scilicet naturae perfectae
aīalia quousqz animal pariant: fo
rasqz emittant: gerunt intra se in
nexum: qd gignitur. At vero quae
foras aīal pariunt: cum intra se pri
us ouum genuerint: eorum nonnul
lis ouum iam perfectum absoluit:
vt eorum: quae foras pariunt ouū:
atqz ita animal ex ouo intra foemi
nam nascitur: alijs cum alimentum
in ouo cōtentum absumptum iam
est: repletur ab vtero: τ perficitur:
atqz ob eam rem ouum vtero non
abiungitur. haec chartilagineorū
pisciū differentia est: de qbus post
seorsum per se disseremus. Nunc a
primis incipiendum ē: prima autez
sunt quae perfecta: eiusmodi autez
sunt quae animal generant: eorum
qz primum homo est.

Cum huius rei esset causam adducta
rus: oua a vuluis: vt plurib' quę

cartilaginea sunt absolui: sic autem ab ipsa absoluta; adhuc tamen cum in ipsa vulua consistant animalia fieri: quedam uero non absolui: vt perfecti galei (ipse enim cartilaginei generis) nos et de his quę minime ouipera sunt plane instruit. Nam litera quę ait: quę autem animal foras pariunt: deficere in se videtur: quam sic explendam esse censemus. quę autem intra se: et extra animal pariunt. siquidem antea explicatum: quod cartilaginea prius quidem intra se ouū: dehinc animal: post autem foras animal edunt. Horum autem quę intra se ouipera prius: post viuipera: dehinc foras viuipera fiunt: in nonnullis a vulua ouum absoluitur: quod primum ipsi coagmentatum: dehinc absolutum efficitur. Cum in ipsa: vt verbi gratia aqua in vase consistat: animal perfectum gignitur: et ita extra emittitur. qua autem de causa absolutum animal efficitur: ex hoc quod adducitur patet: de his quę non absoluuntur sic asserit. Alys cum alimentum in ouo contentum absumptum iam est: ab vtero perficitur: quod potentia tale esset. in his autem cum ad animalis perfectionē oui substantia: integritasq; minime sufficiat: ouū prę substantię defectu vulue adiungitur: vt illud ab ipsa (quemadmodum in eo qui sequitur libro explicabit) alimentum meatibus quibusdam accipiat. vmbilicus enim ex ouo reddi perfectus potest. Cum igitur quod in ouo alimentum est absumitur: cum scilicet ouum in animalis constitutionem: nec nō alimentum quarundam partium constituit: ex vulua reliquum suscipit: quoad perfectum foras excidere queat. Hec itaq; ob materię defectum: non absoluuntur. quę igitur absoluuntur sufficientię gratia absolui existimandum: tum quod nullo quod auxilio profiscisci adminiculo indigeant.

¶ Decessio igitur seminis omnium non aliter: quam caeterorum excrementa fieri solet. fertur enim vnumquodq; suum in locum: non vim spiritu inferente: non alia eiusmodi causa cogente (vt quidam a testib⁹ trahi modo cucurbitarum medicinalium per vim spiritus opinantur) quasi fieri possit: vt nisi vis inferat: alio tendat excrementum alimenti: aut humidi: aut sicci: quoniā retēto spiritu ita vniuerso excernat. At id cōmune omnium ē: quae mouere volumus. vires enim retento spiritu augentur. nam et sine ea vi excrementa per somnum exeunt: si meatus laxi: pleniq; excrementi sunt: simile ab iis dicitur: vt si quis plantarum semina diceret quotannis a spiritu secerni: eo vbi fructum afferre solent. Sed enim causa eius rei (vt diximus) est: quod excrementis partes capaces descriptae a natura habentur omnibus: tum inutilibus illis sicco: et humido: tum sanguini: quae venae vocantur. foeminae itaq; venis duabus: maiore: atq; aorta fissis superne: venarum multitudo tenuium in vterum desinit: quibus alimento expletis: naturaq; prae sua frigiditate facultatis concoquē diindiga: transfunditur in vterum: propter venarum tenuitatem: cum prae sua angustia nequeant exuperantiam continere. Itaq; affectus hic: veluti mariscae: aut alia profusio sanguinis euenit. Caeterū mēstrua nullo circuitu certo describuntur. tendunt tamē moueri decrescente mense: idq; rōne recta. sunt enim corpora aialium frigidiora cum euenit: vt continēs aer talis efficiatur. mensiū aūt coit⁹ frigidi sunt propter lunae defectū. itaq; fit: vt fines mēsium quam media: sint frigidiores.

Quod autem dicitur potentia tale est: quemadmodum enim sicci humidiq; alimenti excremento peculiaria loca perscribuntur: illud naturę impulsu in ipsa procedit: colligiturq;: dehinc per meatus talibus locis adherentes foras progreditur. ita cum et semen in animalibus fit: proprium quendam locum possidet: qui: quisnam habeatur ab his non procul explicabit: tum quod in hunc natura: nec vi collectum: per venosos meatus foras proficiscitur. Quę autem explicāda sunt de his satis comperti habebimus: si quę prius quidem opinati sunt in medium proferemus. Sic enim inquiunt: sicci enim humidiq; alimenti excrementa vi excernuntur: similiter et de semine existimandum. Sic igitur qui hec opinati sunt asseuerabant: quemadmodum vtriusq; alimenti (vt dictum) excrementum a spiritu qui in

nobis est vi impulsum egreditur: hoc autem argumento esse afferunt a tali spiritu vi impulsum: eiaculatumq3 foras procedere. Etenim: cum non facilis egressus sicco excremento patet: vt cum aluus siccitate causante astringitur: respiratione minime vtimur: sed spiritum intus continemus: vt ab hoc scilicet vim patiendo eiaculetur: idem iam et in humido agimus. quemadmodum igitur hoc excrementum vi egreditur: ita et semen ab eo qui ipsi: totoq3 corpori calore inest eiaculatum: expulsumq3: dehinc a genitalium membrorum calore atractum. vt a medicinalibus cucurbitis sanguis (hec enim medice artis instrumenta) vi: nō autem natura progreditur. Cū hec prefati essemus: litere ordo peragendus sit. fertur enim (inquit) vnum quodq3 suum in locum: vnum quodq3: semē et duorumq3 alimentorum excrementum nuncupat. illud vero quod inquit vim spiritu inferente: de seminibus tantum: sed et de trib⁹ vna: semine: duobusq3 excrementis intelligi potest. Ab ipso spiritu vi impulsa (inquit) excernuntur. Ubi ait: non vim spiritui tali excremento inferente: illud vim inferente de spiritu dictum est. Quod autem inquit tale esset. nam vi egredi (inquit) opinantur: tū fieri possit vt humidi: sicciq3 alimenti excrementum alio vt ad os: vel nasum tendat: nisi ipsum spiritu ad vesice partes: intestinorumq3 impelleretur. At qui (inquit) talia opinati sunt: hoc argumento excrementa vi exire asseuerāt: quod ipsa ab hominibus: reliquisq3 animalibus collecto intus spiritu excernuntur. Hoc enim illud explicatum reddit: vbi ait: quod excrementorum egressus collecto spiritu excernuntur. Cum ea que illi opinati sunt in medium adduceret: sic inquiens aduersatur: non modo cū hec excer̄it spiritum continemus: sed idem spiritus nobis pondus aliquod attollere molientibus: continetur. spiritu enim retēto fortiores euadimus: nam fortitudo a calore (spiritus .n. calidus est) causatur. itaq3 non simpliciter excrementorum eiaculandorum gratia quasi absq3 spiritu egredi non possent: sed fortitudinis hunc continemus. Sed enim et per somnum nobis remissa: impotentiaque loca: vt vesica: intestinaq3 sunt fieri solent: que cum quasi excrementa ipsa continere nequeant illa excernūt. Pleriq3 enim sed magis puerilis etas humidum excrementum per somnum emittere solet: cum locum pueri cōtinendi potentie imbecillem habeant: non vero quod spiritum contineant: id euenire diceres: quonam pacto per somnum spiritus quis continere queat? Unde autē menstrua gignantur ex his plane declarat: quod vena maior: adortaq3 in plures finditur: vna aūt sectio in vuluā ingressa in multas subtilesq3 venulas scindit: ex hoc vero manifestum reddidit vbi ait. Uenis supne scissis: hoc iam simile huic est: ac si diceret: que ꝓtinus in cordis superficiem sectionem recipiunt. Sed et illud qd ait. Natura pre sua frigiditate facultatis concoquendi indiga: huic simile fit: cum foeminę natura sanguinem qui in talib⁹ venulis est concoquere: ac in carnis naturam permutare nequeat: ex talibus venulis excernit: atq3 in vuuluam incidit: ex ipsa enim nature ui extra eiaculatur.

Igitur postquā excrementum mutatum in sanguinem ē: menstrua moueri tendunt eo: quem modo dixi: circuitu. at si concoctum non est: paulatim aliquid subinde secernit. quāobrem q̄ alba vocantur: paruis adhuc: et puellis proueniunt. Seruat corpora integra vterq3 excrementorum hic secessus: cū modice fit: vt pote cum ab excrementis vindicentur: quae causae corporibus sunt vt aegrotent. Sed si vel non fit: vel imodice fit: dānum euenit: aut enim morbi oriuntur: aut corpus emarcescit: et extenuatur: quāobrem: et ea alba cum frequenter mouentur: et superant: incrementū auferunt puellarum. Fit igitur necessario excrementum hoc ob eas: quas diximus cās: cum enim natura concoquere nequeat: excrementum fiat necesse ē: non solum alimēti inutilis: sed etiam in venis: et per tenuissimas venas exundando superet: sed melioris notae: finisq3 gratia natura eo abutitur in hunc locū scilicet generationis causa: vt q̄le erat futurum: tale alterum oriatur. Jam enim tale potentiā ē: quale est corpus: cuius secretio est. foeminis igitur oībus excrementum fiat: necesse est: sed sanguineis amplius: earumq3 mulieribus plurimum: verum caeteris quoq3 aliquid colligi in vuluarium locum necesse est. cām

quamob: est sanguineis amplius: eorũq; homini plurimũ: ante exposui.

Excrementum In sanguinem mutatuz alimentum: quod in succi qualitatem in aluo versuz est: nũcupat: qd ab ipsa aluo venę in ea radicitus contentę attrahentes: in se ipsis in sanguinem redigunt. Nam primum alimentũ quod panis est: primitus quidez ab insito nobis calore in ventre in succum vertit: dehinc ab ipso ceu radices a terra ducę venę: maiorq; adortaq;: quę ab ipso radicitus insertę pullulant hoc attrahunt: ꝛ ita in ipsis rursus in sanguinem conmutatur. Omnis enim sanguis simpliciter in venis sanguis fit. Maior autem: adortaq; vena a corde originẽ ducunt. Alimentum vero quod a venulis ab aluo attractuz est: excrementi nomine appellauit: eo quod oẽ primũ alimentum aluus ceu peculiari suo munere ad se attrahit: nec ab omni quidem: sed a portione quadaz alitur. quod vero reliquum fit a venis vendicatur: ꝛ hoc non simplici modo excrementum: sed alimenti excrementum vnde aluus enutritus sit nuncupares. ꝛ his de causis litterę ordo (vt arbitror) sic explendus esset. postquã excremẽtum igitur alimenti vẽtris: in sanguinem mutatum est. Circuitum vero vnumquodq; lunę solisq; coitum appellat. Cum excrementum concoctuz: ac in sanguinem mutatum dixisset: natura vero alimentum ex sanguine in carnes cõmutare nõ valente in vuluam excernit: ac mẽstrua fiũt. adhęc addidit: si cõcoctum nõ est: paulatim aliquid subinde secernit: videlicet nõ adhuc in venis cõcocto: ꝛ quod nõdum in sanguinis qualitatem abijt: sed quali a vẽtre acceptũ fuerat ꝑmanente (nam album fuit) (succus enim omnis albus) ab his in vuluas albus aliquid vsquequaq; excernit. ꝛ hac de causa a iuuenib⁹ adhuc foeminis nõ omnibus: sed aliquibus nõ mẽstrua: sed candidus quidam humor eorum vice extra emittitur. At quo nam pacto iunioribus foeminis cũ plus caloris quã longeuis insitum sit: humor ille nõ cõcoquitur potius: ac in sanguinez commutatur: sed in venis qualis cum in vẽtre fuerat permanet? etenim iunioribus quidẽ plus caloris: nec autem vehemẽtis: sed lenti remissiq; inest. Quemadmodũ calidę in vno Cyatho aquę contentę calor ĩtensus: minor quidem decem milliũ tepidę aquę cyathorum sit: vehemẽtior tamẽ: ꝛ efficatior: ita ꝛ calor: qui in senioribus foeminis: minor: quam iuniorum: efficatior tamẽ: vehementiorq; erit. tum hac igitur de causa: ꝛ qd iuniores maiori vtãtur alimento nõ recte humoris cõcoctiones fiunt. cum menstrua quidem nõ effluunt morborum causa subsequitur: at vero cum plurima: imoderataq; fuerint: corp⁹ gracile admodum redditur. Quod enim ad corporis incrementum secerni debuerat: in effluxu de eius magnitudine detrahitur. At illud vbi ait: hoc quale erat futurum: tale alterum oriatur: tale est: quod dicit. Nam mẽstruum si cõcoctuz: discretumq; esset: ex ipso tum carnes: ossaq;: tum reliquas partes ꝓcreari fuit necesse. quoniam vero discretum haudquaquam est: natura ipso ad alij animalis procreationem patri: seu matri similem cum menstruum vtrunque potentia sit: vtitur. in qualem igitur rem: naturamq; cõcoctus sanguis ille: secretusq; ꝯuerti debuerat (carnes eium: oẽsq; alię partes ab ipso fuerant procreandę) rursus aliud tale quoddam efficitur: etenim quod gignitur omnes ipsum generantis partes cõtinet. Nam si in Socratis matre discretum esset: carnes quidem: ac ossa: reliquasq; partes efficeret: sed ꝛ in Socrate eadem cõstituisse certum est.

¶ Sed cur in foeminis omnibus excrementum hoc inest: in marib⁹ non oibus inest? quedam enim non emittunt genituram: sed vt q̃ emittunt motu suae geniturae creant: quod instituit ex materia contenta in foemina: sic ea motu suo interno in ea parte contento: vnde semen secernitur. idem faciunt: ꝛ constituunt. pars ea locus septi transuersi est in omnibus id habentibus: principium enim naturae cor ꝓportionale ve est. cã inquã cur omnibus maribus non sit excrementum genitale: cum oibus foeminis sit. Quod animal corpus est animatum: ad q̃ instituendum foemina semper materiã praebet: mas vim creandi. hanc enim eorum vtriq; facultatez tribuim⁹: idq; est: quo alterum mas: alterum femina fit. itaq; corpus: ꝛ magnitudinem ꝑberi a foemina necesse est: a mari nihil tale necessario desyderatur. nec enim instrã in ijs: quae efficiũtur inesse: neq; ipsum efficiens necesse est. corp⁹ igitur ex foemina est: aia ex mare. substantia.n. corpo

ris alicuius anima est: ⁊ ió quae nó vnigena coeunt: q ea faciunt: quorum tempus par: ⁊ vteri gestatio proxima: ⁊ corporis magnitudo nó multo discrepans: haec primos partus similes sibi edunt communi generis vtriusqz specie: quales ex vulpe: ⁊ cane generantur: aut ex perdice: ⁊ gallinaceo: sed tempore procedente diuersi ex diuersis prouenientes: demum forma foeminae instituti euadunt: q̄do femina peregrina ad postremum pro terrae natura redduntur. haec enim materiaz: corpusqz feminibus pstat: quamobrem pars foeminarum ea: quae semen recipit: nó meatus: traiectusqz quidam est: sed vterus amplior. mares: q semen emittunt: meatus ad id emittendū habent exangues. excrementum aūt quoduis simul: ⁊ suo in loco est: ⁊ excrementum efficitur: nec prius vllum: nisi vis magna cogit: ⁊ contra naturam diuertitur: sed quam ob cām excrementa animalium genitalia secernunt: declaratum iam est. cum autem semen de mare accessit in foeminae vterum: partem purissimam excrementi constituit. Plurimum eniz in menstruis quoqz humoris inutilis continetur: vt i maris genitura: quod humidissimum est: tum quae semel fit eadem emissione: tum in diuersis. prior enim emissio minus foecunda: quam posterior ē. minus eniz caloris aīalis continet propter cruditatem. At vero quod concoctum est crassum: ⁊ corpulentius ē. Quibus aūt vel mulierib⁹: vel caeterorum animalium foeminis nihil foras emittitur: quoniam non multum excrementi inutilis cōtinetur: ijs tantundem quod colligitur: in vtero est: quantum ijs: quae foras emittunt remanet: quod maris facultas constituit: aut in semine decedente contenta: aut marez subeunte particula foeminae: quae: proportione respondeat vuluis. vt in quibusdam insectis fieri cernitur. humorem aūt qui a foeminis cum voluptate emittitur: nihil ad conceptum conferre: dictum est ante.

Ex his Enim causaz adducit qua foeminę aut menstruum: aut ipsi proportionale: mares vero non omnes vel semen: vel proportionale emittunt. Nonnulla quidem insecta in quibus foemina sui aliquam portionem in marem indit: (vt sępenumero explicatum:) neqz semen: proportionaleqz: nec quid aliud emittunt. plurimo enim interuallo cuz de medio multa sint: orationis ordinem direxit. Nam primuz ad sensus explanādos eorum quę dicta sunt pgendum: dehinc literaz in ordinez redigere experiemur. Quod quidem asserit: omnibus foeminis excrementum: hoc menstruum videlicet: seu proportionale inest: maribus vero non omnibus inest hoc causę esse: quod omne animal preditum anima est: ⁊ foemina quidez materiam: aīaz vero: formāqz semine ceu instrumento: mas largitur. in quibus igitur anima absqz instrumento: semineqz tribui potest: hęc seminale excrementuz haudquaquam habere necesse est. Hęc autem in insectis tribui absqz instrumentis potest: quibus foemina aliquam sui portionem in marem indit: Quoniam igitur absqz materia formaqz nihil penitus fieri: absqz instrumentis vero: vt ex figulari cernere est: plurima possunt: cum materiam foemina largiatur: omnibus foeminis genitale excrementum fieri: menstruum scilicet: aut proportionale necesse est. Maribus autem cunctis semen: instrumentum scilicet necessario nō fit: cuz ⁊ absqz tali instrumento (vt dictum est) alio quodam modo animam materię: formamqz impartiri valeant. Causa igitur hęc habetur: qua non omnibus maribus semen: seu proportionale: foeminis vero omnibus adsit. Etenim literę ordo: coherētiaqz: ⁊ sensus eorum quę de medio inserta fuerant sic quidem pateret. At primum literę ipsius ordo explanandus. Sed cur in foeminis omnibus excrementum tale inest: in maribus non omnibus inest: causa inquam quod omnibus maribus non fit excrementum genitale: quę vero horum media parentesi inserta fuit: quod ipse animaduertens: quo orationem pleniorez redderet: incoatiua cōiunctione vsus est: videlicet iam: cum diceret causa iam: siue vt theodorus causa inquam:

literę vero ordo quem diximus sic se habet: quę vero inter serta de medio fecerant eorum sensus talis. Quemadmodum enim quę genituram proiciunt ut homo: et animalium talia: motu qui in genitura fit: videlicet calore efficiente qui ab ipsis per genituram impartitur animal procreant: hoc autem inquit qđ instituitur. ná socrates sophroniscum ex materia xantipe prestita: ac ab animali calore quem ipse impartitus est constituit. Ita et in insectis fit quę semen non emittunt: sed a foemina humorem accipiunt: ipsum ab insita eis efficiente potentia seu vi constituunt. Cú autem materiam a foemina acceptam: ab eis insita potentia constituere asseruisset: qua ná in parte talis potentia sit cum declararet: addidit: in hac parte unde semen secernitur in illa scilicet efficientem potentiam insecta continent: quę parti unde semen a nobis secernitur proportionalis habetur. in nobis auté talis pars ea quę pręcordia appellant: et partis septi transuersi est: ibi enim primum colligitur: inde autem per meatus huius rei gratia congregatum egreditur. Quoniam enim in semine iam multifariam memoratus calor solis calori proportionalis a corde prouenit: cor vero: seu ipsi porportionale illic positum cősistit: semé: siue ipsi proportionale: róne optima huc colligit: ut a corde: vel a pportionali talé facultatem suscipiat. Cor. n. inqt pńcipium est: quod vero infra cor addicio: eiusqz gratia: nam animal proprie cor est: reliqua vero eius gratia sunt. Cum semen instrumentum esse adduxisset: in his quę efficiuntur necessario nequaquam est: nec pars eorú in ipsis habetur. Addidit: et satis accurate: neqz ipsum efficiens. Neqz enim faber portę: nec calor semini quod iá animal fit: inest: sed ab ipso quidem gignitur: ipsi vero minime inest. quod autem materia a foemina: aía vero ac forma: amare fit: et a nó unigenis editú fit. nó unigena qdé: quę nó eiusdé speciei sunt appellat. Si vulpis mas cani foeminę misceat: ac pgeneret: inter cané: vulpéqz: qđ utriqz simile sit gignitur. Ad hęc si quod ex utroqz procreatur mas fuerit: ac cum cane foemina coibit: quod tunc editur a vulpis similitudine remotius erit: ad canis autem speciem accedit: et ab altera semotus canis effici. Canis enim quę materiá tribuerat propinqua est: mas vero qui formam: alia atqz alia similitudine debilitat: et qđ puenit predominári materię: ac ipsam tribuéti simile efficitur. Quod vero ex alia: atqz alia id nonnunquam fiat: patet: primum quidem vulpis quę formam tribuit: fuerat: dehinc quod inter vulpem canemqz extitit: deinde quod huius: canisqz medium. et ita continuo ordine subinde talia progrediuntur. cum vero quę non unigena coeunt asseruisset: addidit: quorum tempus par: et uteri gestatio proxima: potentia sic inquiens. illa quę non unigena sunt si pari tempore in utero gestant coeuntia edunt: quot enim mensib⁹ canis in utero gestat quatuor videlicet: totidem et vulpis. Si autem quibus nouem mensium foetus in utero gestatio cum quibus quatuor coitus sequeretur: non progenerarent. Nó modo tempora in animalibus: sed et magnitudines pares esse decet. si enim tempora paria: magnitudo vero impar fuerit: neqz sic conceptio sequeretur. Quo nam pacto ex sorice: equoqz: vel ex elephante: ac vulpe conceptus fieret? quod vero in cane: vulpeqz visitur: id et in seminibus fieri constat. Si quis enim ex egypto Athenas triticum adiectum terrę mandaret: quod inde orietur inter egyptium atticúqz erit. Illud vero quod inter hęc duo satum producetur attico magis similatur: ac demú omní prorsus remoto discrimine quale atticę agriculturę fuerat progenerabitur. Ubi vero inquit: hęc enim materiam: corpusqz seminibus pręstat: sic legendú. hęc enim est quę seminibus materiam: corpusqz impartitur. non modo ex his foeminam materiam impartiri cőstat: sed quod ipsis meatus pars non sit quę menstruum recipiat qualis maribus: sed locus latus: capaxqz est. Materia enim magnitudini eorum quę ex ipsa constituuntur: siue animata: seu inanimata fuerint usqzquaqz proportione respondet. Nihil autem talium cú perfectum fit verbi gratia milium quaz breuissimum dici potest: sed magnitudines optinet: et illud quod materiam recipiat ex qua hoc procreatum est: illius capacissimum esse necesse est. quodlibet autem excrementum propria loca pariter sortitur: excrementúqz inibi efficitur: ad huius constitutionem hoc adductum est. ubi inquit: et menstruum: et si sanguis fit: cum in uuluam incidit: in ipsa tamé méstruú formatur. nó. n. si qđ sanguis fit: idé et méstruú: sz ut sanguis in uuluá incidit: in ipsa autem talis sanguis menstruum efficitur. Menstruú aút est qđ iá potentias in animal permutari amouente: ac permutante continet. Dehinc et causam adducit qua semen amare primum ingressum lentum constituit: quod lentum (ut asseruimus) sicco quod in decoctionibus circum consistit proportionale est: hoc enim lentum de proximo secundam appellabit. ad hęc inquit: quod enim: seminis purissimum est constituit: et secundam quidem: membranam scilicet cum qua animal foras egreditur peragit. et causam qua primum omnium hoc constituat

adducit. plurimum enim (inquit) in menstruis quoq; humoris inutilis continetur: hoc est: humor enim plurimus menstrua ad animalis constitutionem inutilia reddit: & in hoc primum letitus constituit: vt intus humor vtilis: inutilis vero extrinsecus remanente comprehendatur. plurimum igitur humorem & in menstruis inutilem inquit: quemadmodum & que maris geniture humidissima portio: & que ab illo semel emittitur est. Quoniam & in insectis non omnis genitura semel exit: sed primum egrediens quod humidius sit inutilius eo est quod deinceps egreditur. Illud enim hoc declarat: ipsa semel emissione: semel enim emissionem vna tantum vice coeuntis actum nuncupat. At si quis bis cum foemina coierit: primi coitus genitura secundi infoecundior exulit. hoc rursus bis explicatum reddit cum inquit. Prior enim emissio minus foecunda quam posterior est: idq; optima ratione. cum enim prior emissio vsq; quaque plurima admodum sit: & hac de causa non recte consistat: humidior emittitur: quod enim amplius est: minus ipsi facultati quam quod parum est obnoxium redditur. Illud vero vbi inquit: minus enim animalis caloris cruditatis gratia continet: hoc tale est. quod enim maius: minus concoctum est: minus & animalis caloris optinet. etenim maior animalis calor ex plurima concoctione procedit.

¶ Sed potissimum inde videri potest: quod vt maribus: sic & foeminis accidat noctu per quietem: quod pollutionem appellant. verum hoc nullum indicium est. nam & adulescentibus idem euenit: qui & si emissuri aliquando sunt: tamen nondū emittunt: & ijs: q vel emittunt: vel emissuri sunt: infoecundum: res ita se habet: vt sine maris emissione concipi impossibile sit: atq; etiam sine menstruorum excremento. quod aut redundans effluat foras: aut intus satis fit. At si sine ea voluptate: q̄ foeminis p coitū euenire solet concipitur: si locus turget: & vulua descēdit propius: verumtamen magna ex parte sic accidit: vt cum profusione foeminae agatur: quoniam os vteri se comprimat: cū profunditur: in qua quidem profusione voluptas: & mari: & foeminae contingere solet. semen etiam maris: melius ita dirigitur: & iuuatur: profusio autem non intus fit: vt quidā volunt. Os enim vteri angustum est: sed ante quo foemina mittit: illud nonnullarum recrementum: eodem. n. mas etiam mittit: quod fuderit: & aut ibidem manet semen emissum: aut intus ab vtero trahitur si calidus est: & modice temperatus. Cuius rei indiciū quod locus: qui modo madebat: resiccatus mox sentiatur. Animalibus etiam: quorum praecordijs vulua iungitur: vt auibus: & piscibus: qui animal pariunt ne semen illuc trahatur: sed profusum deueniat ipsum impossibile est. Trahit genituram hic locus suo calore: menstruorum etiam decessio: & confluuium fomitem in ea parte caloris parat: itaq;: vt vasa non illita calido diluta humore aquā in se trahunt ore inuerso ita attrahitur.

Humor Igitur inquit cum voluptate fit: nullum enim hoc indicium (vt demonstratum) foeminā semen proycere: sed potissimum inde videri potest & ipsam semen emittere: quod & foeminis: vt & maribus noctu pollutionem fieri accidit. Noctu per quietem pollutio fieri dicitur: cum quis somno oppressus genituram emittit. plerisq; enim per quietem cum foemina coire videtur: vnde ipsis genituram emittere accidit: quod & foeminae plereq; patiuntur: nā & ipsis per quietem ab maribus subagitari videtur: qua de causa & ipse humorem quēdam emittunt. Verum foeminas semen proycere eo quod ipsis pollutio accidat nullum indiciū: fidemq; esse inquit. Etenim adolescentibus etiam maribus idem euenit: qui ad etatem qua ad procreādum idonei fiunt accedunt: qui autem aut non emittunt: & si emittunt quidem: at infoecundum. sic igitur & foeminis euenit: aut non emittunt cū eis pollutio accidit: aut si emittant nō genituram tamen: sed humorem (vt explicatum) qui loci proprius est inutilem. & mas qui infoecundum humorem emittit cum ipsi cum foemina coire contigerit emittit quidem: non autem genituram: si genitura esset impleret foeminam. itaq;: si & foemina omnino emittit aliquid: nō

genituram:sed humorem emittit. Cum sine
foeminę excremento conceptus fieri impos-
sibile esse asseruisset : addidit:vel foras effu
at:hoc insectorum causa inquit : quę nō ali-
quid intra se amare accipiunt:sed sui aliquā
potius in ipsum portionem indunt.& sine ea
voluptate inquit:(vt multifariaȝ explicatū)
quę foeminis per coitum euenire solet:cōci-
piunt enim si locum turgere:ad conceptū vi
delicet idoneum esse acciderit . Et cum loci
aptitudinem quę nam sit explanaret : addi-
dit.cum vulue ad ima descendunt propius.
ipsę enim ad ima descendunt:& sursuȝ retra
huntur. Nam concipere ipsis & sine volupta
te accidit:quā ipsę capiunt:cū humor in vul
uas profundit:non autem omnis in ipsas: sȝ
quota quędam portio:reliquum extra excer
nitur. Uerum:magna ex parte sic euenit:vo
luptate videlicet sequente concipiunt: quod
non vuluarum ora obturata:sed ab humore
emisso patentia contineant : etenim & maris
semen ipsis patentibus in earum ingressum
melius dirigitur. Nam etsi patētes ipsas eē
acciderit inquit:non a maris genitali quam
primum semen in earum intima eiaculatur:
sed extrinsecus:ac earū ori satis propinque.
in foemine scilicet genitalis intima eiaculat:
inde vulua illud ob insitum sibi caloreȝ quē
admodum medicinales cucurbitę sanguinē
solent ad interiora attrahit. Uulue auteȝ ge
nituram attrahunt non iam cum mas a foe-
mina seiungitur:& ipsa pedibus consistente
(naȝ cum in pedes erigitur:genituraȝ extra
egredi necesse est) sed quāprimum tacto lo
co ad interiora attrahunt.itaqȝ:vulua prius
geniturā ad iteriora atrahere quā ab ea mas
seiungat pueniat . Non igitur repente intus:
sed in anteriora qua foemina menstruuȝ hu-
morem proijcit eiaculatur. Eteniȝ menstruȝ
non protinus a vuluis ad foeminarum ingui
na fertur : sed ad eius genitalis locū qui vul
ue ori proximus consistit : quo primus(vt di
ctum est)genitura illabit:& sic ab illo extrin
secus profluit. Illud vero additum est:non
nullarum recrementum:quod nō omnis foe
mina(vt demonstratum)menstruuȝ extra e-
mittit. Et illud vbi ait:siquis exiccaret: pro
eo ac si fuderit dictum est:si enim omnino nō
effunderet quonam pacto illuc accederet ?
nōnūquam igitur inquit patentibus vuluis
naturali quodam impetu semen emittitur.
nonnunquam & si compresse fuerint cū ipsis
calidis fieri ob purgamenta accidat (eteniȝ
sanguis eo quod calidus sit:cum in ipsas cō
gregatur eas calefacit) genitură calore cau
sante intus atrahunt. Non autem sic com-
pressas inquit vt a conceptione ipsas com-
primi solere memorant : tunc enim a conce-
ptione sic comprimuntur : vt rei alicuí addi
tus:egressusqȝ nullatenus pateat.sed compres-
sę quidem consistunt:vt genitúrę tamen per
uię minime sint: patentes vero: sed per quā
modico hiatu fiunt.itaqȝ: patentes quidem
sunt : sed compressę autem dicuntur:cum lo
cum admittendi seminis minime langiātur.
quemadmodum si compressam portam clau
sam diceremus : sed sic patentem vt tu : seu
quis alius ingredi nequeat . cum autem di-
xisset:si vuluam purgationis causa calidaȝ
fieri accideret:intus genituram trahit : addi-
dit:indicium est: quod Ī menstruorum conflu
uio sanguis foemitem in ea parte caloris pa-
rat.Etenim cum foeminę purgant tunc la-
nas:seu aliud quid tale genitalibus earum
admouent : de hinc ipsas quā siccissimas ex
trahunt . non autem diu:sed breui extractę
siccę apparent.siccę enim extrahunt : quod
earum calor lanarum humorem exiccatum
reddit.quod vero inquit : fomitem in ea par
te caloris parat:par est ac si diceret vulue fla
grantem locum reddit. Uasa non illita non
picata nuncupat:si enim picatis quis calidā
aquam infundat : pix ea calefieri non sinit.

Nec audiendi sunt qui partib⁹ accōmodatis ad coituȝ officialibus id fieri opinantur: nullo eniȝ pacto sic fieri potest.

Coitus Officiales partes: testes:ma
rium : foeminarumqȝ genita
lia:vuluasqȝ nuncupat . Quod vero inquit
tale est: eo quo differuimus modo : qui mo-
dus talis est: vuluas geniturам calore cau-
sante trahere. Hoc enim pacto omnibus ge
nitura fieri potest: & fit. vti marium genita-
lia:testesqȝ (vt quidā opinātur) geniturам
attrahant:quemadmodum medicinales cu-
curbitę sanguinem: fieri nequaquam po-
test . Quod ait:contra auteȝ euenit:illis qui
dem testes:mariumqȝ genitalia geniturā tra
here:foeminarum vero (& qui foeminas se-
men emittere asseuerarunt) emittere opina
ti sunt . Nos autem secus:foeminarum atra
here : a uellereqȝ: marium vero emittere fa-
temur. testes autem a toto corpore ad se se-
men trahere dixerunt calore qui coitus tem
pore sit causante:a toto corpore non foemi-
ne : sed maris quidem.

**Contra etiam euenit ijs : qui se-
men a muliere quoqȝ emitti aiunt.
Accidit enim: vt postquam foras**

emiserunt: retrahant intus: siquidē quod emissū3 est: misceri debet cū3 maris genitura: quod ita fieri superuacaneum est. At vero natura nullam rem superuacaneā3 facit.

In litera Quę inquit accidit enim: hoc deficit: non recta ratione dicere accidit: quam quidem sic explēdum sit. qui & foeminam semen emittere inquiunt: eos non recta ratione dicere accidit. quoniam quidem genituram vtriusq3 humoris tum maris: tum foeminę mistionem esse fatentur (quod vero vulua intus genitura3 atrahat iam demonstratum) nihil aliud quā a vulua progredi foeminę humore3 accidit: ac in locum in quem & maris illabere: nec non illic humoribus vtrorumq3 admistis: vulua omne illud mistum ad interiora atrahit. Nam emittere: ac retrahere intus superuacuum. Si enim genitura mistio vtrorūq3 humorum esset: foeminę humorem intus existere: illic & maris cum ingressu fuerit misceri: nec egredi: de hinc ingredi oporteret.

¶ Cum autem excrementum foeminae in vtero constiterit a maris genitura: q̄ simile facit: vt lactis coagulum. Coagulum enim lac est continens calorem vitale3: qui partes similes ducit eodem: & vnit: atq3 constituit: & genitura ita se habet ad menstruorum naturam: eadem eni3 natura lactis: & menstruorum est: itaq3 coactis ia3 partibus corpulentis: humor excernitur: obducunturq3 circum: parte reficcescente terrena membranae: tum necessario tum et alicuius gratia. na3 & calescentis: frigescentis ve rei: extrema siccescere necesse ē: & animal non in humido: sed seorsum contineri oportet. vocantur ea: quibus obuolutus est foetus: partim membranae: aliae secundae: quae maioris: minoris ve ratione differunt. haec pari modo in omnibus tam ouiperis: quā viuiperis habentur.

Litere Explicatio: ordoq3 in eo quod inquit coactis iam partibus ta lis habetur: illa coniunctio iam implicat: sine hac enim sensus planius pateret qui sic perspicuus redditur. Cum autem foeminę excrementum a maris genitura in vtero cōstiterit: corpulenta parte terrenaq3 coeūtibus quod humidum est excernitur. & lactis vero quā & menstruorum eandem esse natura3 verissime existimandum. etenim lac menstruū concoctū est: in quarto enim huiusce operis quid nam sit lac: explicabit. Nam tum calescentis: tum frigescentis rei extrema siccescere verissimum habet: vbi inquit & anial non in humido: sed seorsum contineri oportet: causę quę alicuius gratia est explicādę positum constat. Membranę enim seu secūdę fiunt: vt superuacua: & quę separanda sunt ab humidis distinguant. Has aute3 secundas: membranasq3 Aristoteles quidem geminas: qui post ipsum vero recentiores ternas esse opinantur.

¶ Sed enim cum conceptus institutus est: facit simile iis: quae seruntur. principium eni3 primum semina quoq3 intra se continent: quod potentia primo contentum: vbi secretum mox est: germen mittit: & radicem: qua alimentu3 assumitur: incrementum enim desyderatur: sic in conceptu quodāmodo cum partes corporis oēs potētia insint: principium maxime promptum habetur: quamobrem co: primū actu secernitur: quod nō modo sensu ita fieri constat: verum etiam ratione. Cum eni3 quod gignitur de ambobus: abiunctum iam est: seipsum gerere: gubernare: & dispēsare debet: perinde quasi filius a patre emancipatus: seorsumq3 collocatus. itaq3 principium haberi oportet: a quo etiam post ordo membrorum describatur: & quaecunq3 ad absoluēdum aīal pertinent: disponantur. na3 si extrinsecus aliquando aderit & post inesse incipiet: non solum dubitaueris: & quonam tempore accedat: quaesieris: sed etiam cum pars quaeuis distinguitur: id primum substare necesse est: ex quo & incrementum: & motus caeteris parti

bus contingat: quamobrem qui ita: vt Democritus: aiunt: exteriora primum aialis discerni: tum interiora quasi lapideum: aut ligneum animal condant: non recte dicunt. res enim talis nullum principium habet: at animalia oia habent: atqꝫ intra se continent: quapropter cor primum distinctum in omnibus inspicitur aialibus: quae sanguinem habent. id enim principium est ⁊ similarium: ⁊ dissimilarium partiū. iam enim principium id accepisse animalis: constitutiqꝫ foetus decet: cū alimentum desyderat: quod enim iam animal est: augetur. alimentuꝫ autem vltimum animalis sanguis est: aut quod sanguini proportionetur: quorum vasa: ⁊ conceptacula venae sunt: quamobrem venarum quoqꝫ principiuꝫ cor est. patet hoc ex historijs: ⁊ dissectiōibus aialiuꝫ.

Principium Hic quod cordi proportionale est nuncupat. etenim: ⁊ in his quę seruntur seminibus semen potētia fieri quę cordi proportionalia sunt inquit: quod principium cum in humum primum demissum fuerit: tunc actu fit. Nam (vt asseruimus quod cordi proportionale est: priusquam demissum est potētia fuerat. Cum autem quod cordi proportione respondet secretum fuerit: ⁊ actu fiet: radicem ac germen agit: ac radici attrahendi alimenti quo planta incrementum capiat facultatem impartitur. Quemadmodum igitur in his quę seruntur: eodem pacto ⁊ in conceptibus res habetur. ⁊ in ipsis enim omnes partes potentia insunt: sed principiuꝫ potius: cor silicet in promptu est: paratior videlicet vt actu fiat: quamobrem et primum procreatur. Vt enim ⁊ ligna ignis potentia dicuntur: ⁊ tedę similiter: sed tedę: vt ignis actu fiant quā ligna propensiores habentur. ita ⁊ omnes partes: potentia quidem in conceptu sunt: sed cor magis potentia est: ideo primum excernitur: ⁊ actu fit: dehinc venas simul quę radicibus proportione respondēt peragit: ⁊ ipsis attrahendi alimenti quo cōceptus alitur facultatem subministrat. quod autem inquit: Verum etiam ratione: non de illo quod primum cor fiat dictum est: sed de illo: quia cum creatum fuerit vegetalem animam contineat necesse est: vt illud quod dictum est hac de causa dictum sit. non modo sensu ita fieri constat (sic enim accidit) verū etiam ratione: potentia tale fit. Vt enim nobis sensu quod cor aliorum primum creatuꝫ est certum consistit: ita ratione nobis cum factum fuerit vegetalem animam habere patebit. ⁊ quę nam ratio: sequitur. Cum enim cor ab ambobus: tum a menstruo: tum ab efficiente causa quę in semine existit abiunctum est: cum enim abiunctum: ⁊ constitutū fuerit: vegetalem animam quo ipsam semet alat: regatqꝫ: habere necesse est. itaqꝫ cor nō modo vegetali anima pręditum esse opus est: sed efficiente: a qua cordis procreatiōe ⁊ reliquę animalis partes formarentur: ordirenturqꝫ. Siquis (vt democritus opinatus est) in corde vegetalem: ac efficientem vim: seu facultatem non esse inquit: vnum enim eundemqꝫ vegetalis: efficiensqꝫ subiectum habent: ratione vero diuersę sunt: siquis igitur: in ipso eas non esse facultates: sed extrinsecus quemadmodum ⁊ statuarium esse: (in statua enim statuarius haudquaquam est) ⁊ talem animam postea aliquando in cor ingredi opinaretur: tale est ac si dubitaret ille: quereretqꝫ: vtrum cum omne animalis corpus perfectum est: in ipsum ingreditur necne? si quidem a corporis perfectione ingredi diceret: fallitur. in dissectionibus enīꝫ cū solū tātum cor sit: nec dum alia parte adhuc edita: ipsum moueri: aliqꝫ cernere est. Nec solum hoc aliquis dubitaret: sed omni dubio procul ex his quę plurifariam demonstrata sunt planum redderet: quod cum quęlibet pars distinguit: actuqꝫ fit: hācqꝫ in corde esse potētiam: seu vim: quam quidem ab ipso sumunt omnium quę procreantur primam: a qua incrementum alię caperēt necessario esse. Qm vbiqꝫ asseruit: aliquid primum quod principij rationem contineat necessario fieri: illud aliquid interminatum: nunc terminate posuit: cor autem principium est: addidit. Iam enim principium hoc accepisse animalis decet: ac si diceret: terminatim enim dicere primum cor necessario fieri: at non interminate dicere aliquid fieri decet. Tunc autem ipsuꝫ principium: cuꝫ animal alimento indiget: nō autem prius dicere opus est.

¶ Sed cum potentia quidem animal fit: sed imperfectum: aliunde accipiat alimentum necesse est: quā obrem vtero: ⁊ parente: vt terra planta vtitur ad cibum hauriendū: donec perficiatur: ⁊ iam fit animal potētia gressile. quo circa ex corde

vbi absoluta iam sunt: ex eo: quod
continetur alimento idem accedit:
de quib⁹ post suo loco dicendū est.

Dubium Autem tale est: si sanguis
quidem cuiusq3 partis ali-
mentum est: alimentum vero per vmbilicus
extrinsecus egreditur: vnde nam: ꝛ qua par
te alimentum a quo cor enutritum: ac perfe-
ctum fuit (nam vmbilicus nondum extabat)
progressum est? Dubium quidem sic absol-
uit: Verum esse non potest ab extra omne ali
mentum ingredi: sed vt seminibus in terras
decidentibus: humefactisq3: ab natura quod
iam in ipsis veluti lac omnes videlicet sub-
scriptas partes continere. tale enim lacteus
in tritico magis patet. Cum ex hoc autem
germē aliquod quā breuissimum cordi pro-
portionale: ꝛ quod modicum alimentū im-
partit prodeat: dehinc ex ipso ꝛ radicem plu
rifariam scissam constituit (tale enim lacteus
ad hec cuncta sufficit) huius autem radicis
que a terra alimentum suscipit officio: ipsis:
cunctisq3 alijs: alimentum suppeditatur. ita
ꝛ in animalibus fit: menstruum quod a se-
cunda comprehensum est: illius tamen pars
cor: eiusq3 alimentum efficitur: quod vero ab
ea superest reliquę designantur: ꝛ ita ab ali-
mento quod per vmbilicū attrahit incremē
tum capiunt. sensus autem eorum quę dicta
sunt talis. literam vero quę inquit: ꝛ in ani-
malium materia excrementum constitutiōis
alimentum est: hoc pacto intelligendum. ex-
crementi: ac menstrui constitutio: alimentum
cordi efficit. Menstruum enim (vt explicaui)
bifariam diuisum: altera quidem eius portio
in cordis: ac vmbilici qui statim post ipsum
procreatur descriptionem: alimentumq3 ab-
sumitur: altera vero in id: qđ omnium quę
reliquę sunt partium formas exprimat: com-
mutatur. Admiratione autem facile naturae
molimentum prosequi decet: quo nam pacto
quodāmodo cor a corde alatur. Etenim ma
tris cor: omnē eius sanguinem gignit: a quo
ꝛ menstruum orit: a menstruo vero alię par-
tes: ꝛ ipsius foetus cor alimentum suscipit:
itaq3 cor a corde enutritur. Vbi autem in-
quit: ꝛ animalibus ipsis vbi absoluta iā sunt
ex eo quod continetur alimēto: illud absolu
ta puncto distinguendū: dehinc ea iā sunt ex
eo quod continet alimento: adducenda. ꝛ il-
lud absoluta: sub talem caderet sensum: cū
ab vulua absoluuntur: ac extra egrediunt.
Nam omnium quę dicta sunt sensus talis q
dem esset. quemadmodum enim plantę per
radices a terra alimentum capiunt: ita autē
a nobis equisq3: ac similibus: ex venis: quę
aluo vnius cuiusq3 adactę sunt alimentū qđ

in aluo consistit trahitur: hoc enim quod in
ipsis cōtinet alimētum inquit. sic ꝛ vmbili-
cus ab vulua illud suscipit.

¶ Distinctio autem partium non
(vt quidam opinantur) propterea
fit: quia simile suapte natura ad si-
mile feratur: nam praeter alias mul
tas: quas ratio ista habet difficulta
tes: accidet: vt quaeuis pars simi-
laris seorsum creetur: verbi gratia
ossa per se: ꝛ nerui: ꝛ carnes: siquis
eam cām approbet. Sed quoniam
excrementum foeminae potentia
tale est: qle natura animal ē: partes
q3 potentia insunt: actu nulla inest:
ideo pars quaeq3 existit. Quoniam
etiam agens: ꝛ patiens: cum se in-
uicem tetigerunt: quędam in modū
alterum agens: alterum patiens ē:
modum hunc ita intelligi volo: vt
conditionibus: sic: vbi: quando de-
scribatur: ita enim continuo alterū
agit: alterum patitur. materiam igi
tur foemina praehet: principiū mo-
tionis mas. ꝛ quēadmodum: quae
ab arte efficiuntur: per instrumen-
ta efficiuntur: sed verius dixerim ꝑ
motum eorum: qui artis operatio
est: ars autem forma eorum: quae ef-
ficiuntur est in alio: sic a facultate:
siue virtute animae vegetalis agi-
tur: vt quae in animalibus ipsis: ꝛ
plantis postea ex alimento vis ea-
dem efficit excrementum vtendo
caliditate: ꝛ frigiditate: quasi instru
mentis. motus enim in ijs consistit:
ꝛ ratione aliqua vnum quodq3 effi-
citur: sic etiam principio constituit id
quod natura efficitur. eadem enim
materia ē: ex qua augetur: ꝛ ex qua
constituitur primum. Itaq3 facul-
tas quoq3 agens eadem: quae prin
cipio est: sed maior. quod si haec ve
getalis anima est: eadem: q̄ gene-
ret quoq3 est: idq3 natura cuiusq3
est insita ꝛ in plantis: ꝛ in animali-
bus oibus: caeterae animae partes
alijs insunt: alijs desunt animalib⁹:

sed cum in plantaruȝ genere nullo discerniculo sexus mas distinguatur a foemina: in animalibus quamquam non oibus distinguit: ꝛ mas ob eam rem desyderat foeminaȝ.

Partes Ab inuicem distingui vt pedes a capite: ꝛ illud supernecillos vero infra consistere: ꝛ omnino oes quę in vnoquodqȝ animalium sunt partes: in quibus ipsis esse accidit: Empedocles simile: ad simile ferri causam adduxit. Naȝ dicebat: quoniã quę leuia superne ferri suapte natura idonea sunt: omnia autem leuia: qua leuia: similia. Quę vero partes leuitate pręditę: locum in superioribus obtinẽt: quę grauia infra: mediorum vero in medio locus est. In ipsum igitur Aristoteles sic afferens cauillatur. si hęc vera haberentur: omnia ossa si leuia essent: sursuȝ: si vero grauia: infra esse oporteret: nec vero hęc sursum: illa vero ĩfra: similiter ꝛ reliqua omnia: quę vero deinceps sequuntur plane differit: exceptis vbi inqt. si a facultate animę vegetalis: illud facultate finali puncto distinguendum est: dehinc illō sequatur. vtqȝ in animalibus ipsis: ꝛ plãtis. quę vero ab his: sequitur per se ipsa ceu qȝdam aliud adducendum sit. planius quideȝ esset si hanc: ꝛ: coniunctionem hoc pacto pręposuisset: ꝛ quemadmodum in ipsis animalibus. quoniam vero inquit ex eadem materia ex qua constitutum primũ extitit ad mortem vsqȝ alitur (sanguis enim vtrũqȝ): patet quod ꝛ facultas quę agit idem quod a principio est: videlicet eadem est quę a principio extitit: nisi quia a principio quidem imbecillior: postea vero maior: hoc est fortior fuerat. Cuȝ autem dixisset: facultatem nobis postea toto vitę tempore insitã eãdẽ esse quę a principio fuerat: hoc tantum fortiori: debilioriqȝ differre: cum planum reddere quę nam ipsa facultas sit vellet: addidit: si hęc vegetalis anima est: hęc: ꝛ quę generat est. quũ scilicet: quę a principio vegetalis nobis inest: eadeȝ ꝛ quę postea inest: a qua nõ modo alimur: sȝ gignimus: ꝛ hoc natura cuiusqȝ habet. Naȝ vniuscuiusqȝ proprie natura est: ꝛ appareti in eo quod sibi simile procreat. Sensus autem: ꝛ rõ quę a grecis: αἴσθησις: καὶ λόγος ab eo quod recte cum his in quibus sunt cõsistunt: grece literę interp̄tatione nomen sortita sunt.

Atqui quaesierit quispiaȝ: qua de causa foemina desyderet mareȝ: nec ex seipsa generet. quandoquidem animam habet eandeȝ: ꝛ materia excrementum foeminae est: sȝ causae illud est: quod animal sensu differat a planta: nec fieri põt: vt vel facies: vel manus: vel caro: vel alia pars sit: nisi anima sensualis insit: vt actu: aut potentia: ꝛ aut aliq̃tenus: aut simpliciter. erit enim vt mortuus: aut pars mortui: quod si mas est efficiẽs talis animae: impossibile ẽ vt foemina ex seipsa animal generet, vbi mas a foemina separatur: eo enim quod diximus mas dẽfinitur: qua mas ẽ ratiõe. Quaestionem vero propositaȝ ratione non carere: patet ĩ ijs auibus: quae oua subuentanea pariunt: cuȝ foemina aliquatenus possit generare: quod ꝙ ipsum recipit qõnem. Quonammodo oua eoruȝ dicuntur viuere? nec enĩ ita vt oua foecũda possunt: sic enim actu animatum ex ijs efficeretur. necqȝ ita se habent ista: vt lignuȝ: aut lapis. Quippe quae corruptiõe aliqua pereant: vt q̃ vita quodammodo ante participarent. Constat igitur haec aliquam habere potentiã animam: sed quam: istã vltimam prorsus habeant animaȝ necesse est: quae vegetalis est. haec enim aeque in omnibus taȝ animalibus: quam plantis inest. Sed cur partes animal non efficiant? Quia sensualem animam habere ea oportet: non eniȝ animalium partes ita sunt: vt plantarum. Quamobrem maris societate opus est. mas enim a foemina separatus in ijs est: ꝛ qdẽ sic vsu euenit. Subuentanea enim illa foecunda redduntur: si mas coierit tempore quodam: sed de eorum causa post.

Si dubitaret Quispiam par est ac si diceret: at qui quęsierit quispiam. Cum autem cuiusqȝ naturam vegetalem facultatem esse asseruisset: quę simul ꝛ quę generat est: optima quideȝ ratione quęstioneȝ ponit. Dubitauerit etiã

aliquis

aliquis asserens: si cuiusque natura vegetalis anima est: maris semẽ nil aliud preter ipsam inducere certum est. Siquidem foemina ipsam habet: preter quod ⁊ ipsam habeat: materia: excremento videlicet predita est: quod nam maris opera indiget: nec ipsa ex se: ac sine mare potius gignat? nam tum animam: tum naturam que amare inducitur: eandem ⁊ in se continet. Sic igitur inquiens questionem soluit. Quamuis foemina talem in se animam contineat: ipsam non gignere illud cause est: quod animal sensu a planta differat: mas sensualem tantum animam tribuendi facultatem habet. si foemina ad vegetalem animam ⁊ sensualem prebere valeret: frustra maris officium haberetur: at deus: naturaque: nihil frustra agunt. Quoniam igitur animali ut sensum habeat esse inest: hunc autem mas prebere tantum potest. viuipera itaque necessario: nõ per se sed mari adherẽtia procreant. Quod vero inquit: foemina absque maris auxilio vegetalem animam impartitur: patet ex his que subuentanea oua pariunt: ipsa enim aluntur: augenturque. Nam ⁊ ipsum recipit questionem: quomodo oua eorum dicuntur viuere: quod subuentanea viuant certum est. Aluntur enim: augẽturque: omne quod alimentum: incrementumque suscipit: vita fruitur. Sed qua nam vita fruantur? neque enim ut prolifica viuunt. neque anima expertia omnino ut lapis sunt. quod autem et ipsa vitam habeant hoc argumento fit: quod addidit: quippe que corruptione aliqua pereant. Cum enim vrina eduntur: corruptioni alicui ipsa subici: (ut ipse deinceps referet) fatemur. Cum questionem posuisset talia oua quam vitam agant? vegetalem quidem tantum: ⁊ hac de causa cum ei sensuali opus sit: ex his animal haudquaquam perficitur. eorum autem que asserimus sensus talis. Quod vero ad litere ordinem attinet ubi inquit: ⁊ primum nisi anima sensualis insit: aut actu: aut potentia: et aut aliquatenus: aut simpliciter. sensualis enim anima in omnibus animalis partibus somno fruentibus potentia: vigilantibus vero actu fit: ⁊ in omni neruo simpliciter quidem: ⁊ in omni carne: ac similibus. Aliquatenus autem in digitis: in capite: nam vngues: piliqque que sensu carent. quod vero inquit: eo enim quod diximus mas definitur: hoc tale est: etenim marem esse nihil aliud quam quod dictum est: hoc autem erat: quod hic solus sensualem animam prebere potest. ubi autem inquit quo nam modo eorum oua dicuntur viuere? hoc de auibus dictum: quo nam pacto aliquis que subuentanea edunt oua: ea viuere diceret?

¶ Si quod autem genus est: quod foemina sit: ⁊ marem distinctum nõ habeat: id ex seipso animal generare potest. Quod ⁊ si nondum fide digna exploratum habemus: tamẽ facit ut in genere piscium dubitet. eorum enim: quos rubeos: siue rubelliones vocant: mas nullus adhuc visus est: sed foeminae oẽs foetu plenae reperiuntur. Uerum de his nondum cõpertum habemus: quod fidem faciat satis. quod autẽ nec mas: neque foemina sit: in genere quoque piscium est: ut anguilla: ⁊ genus mugilum quoddam in fluuijs lutulentis. At vero: in quibus sexus maris: ⁊ foeminae distinctus habetur: fieri non potest: ut foemina ipsa per se generet perfecte. ita enim mas frustra esset: quamobrem in ijs mas semper perficit generationem. hic enim sensualem dat animã: aut per se: aut genitura. sed cum partes oẽs potentia in materia insint: cum principio motionis affuit: perinde ut in spontinis illis miraculis: quod subinde sequitur: excitatur: ⁊ quod nõnulli naturales autores exponere volunt: cũ dicãt sile ferri ad sile. dicẽdũ partes moueri nõ mutantes locum: sed manentes: ⁊ alterascentes: mollitie: duritie: colore: ⁊ reliquis partium similarium differentijs factae iam actu: quod ante erant potentia. fit autem primo principium: quod in sanguineo genere cor est: in caeteris proportionale: ut saepius dictum est. idque effici primũ non modo sensu percipitur: sed etiã quod per obitum vita hic vltimo deficit. euenit namque in oibus: ut quod vltimum fit: id primum deficiat: ⁊ quod primum: id vltimum: quasi natura decursionem reducẽ agat: ⁊ a calce ad carceres: unde proruit: redeat. Est enim generatio ex non ente: in ens: corruptio contra ex ente: in nõ ens. Signũtur post princi-

pium. vt dictum eſt: interiora prius:
quam exteriora: ſed prius maiora:
quam minora viſuntur: quamuis
nonnulla prius nõ oriantur. primũ
ſuperiora praecordijs formantur:
eademq3 magnitudine praeſtant.
nam inferiora: ⁊ minora ſunt: ⁊ mi/
nus diſcreta: idq3 in oibus: quae
parte ſuperiore: inferioreq3 diſtin/
guntur: exceptis inſectis. Quae eni
ex ijs vermiculae naſcuntur: parte
inferiore amplius creſcunt: ſuperio
re iã inde a primo ortu minora ſunt.
Greſſilium mollibus ſolis nullum
diſcrimen eſt ſuperioris: ⁊ iferioris.
quod autem de parte ſuperiore di/
ximus prius: quam inferiore conſti/
tui: idem in plantarum etiam gene/
re euenit: ſemina enim prius mittũt
radicem: quam ramos.

Cum maris Subſtantiam: ⁊ eſſe
dixiſſet in illo tantu3
quod ſenſualem animam tribuere poſſit: ad
didit: ſi aliquod autẽ genus eſt quod foemi
na ſit: marem vero non habeat: in hoc enim
foemina ⁊ ſenſualem animam largiretur: et
ex ſe ipſa gigneret. Quę vero de auibus di/
cuntur plane patent. etenim ⁊ in piſcium ge
nere animalia nec mares: neq3 foeminas eſſe
inqt: vt anguillę: hęc. n. ex putri materia ori
untur: quemadmodum ⁊ vermes qui terrę
intranea nuncupantur: hi enim (vt explica
bit) in anguillarum naturam commutantur.
vbi inquit: quod ſubinde ſequitur excitat:
huic ſimile fit: hoc poſt hoc gignitur: vt poſt
cor venę: ⁊ a venis aliud: ⁊ ſic reliqua ſuo or
dine procreantur. ⁊ quod inquit: pleriq3 na
turales authores ſimile ad ſimile ferri aſſere
re nituntur: nõ aũt ſic vt locum permuttent
opinari decet: ſed quia vna queq3 partium
circum: ſcriptionem molliciem: ac duriciem re/
cipiẽdo: quod potentia fuerat: actu efficitur.
Quemadmodum enim quod primę deſigna
tionis eſt: potentia ſimile fit animali quod
poſterius a coloribus perficitur: ita quęque
cuiuſlibet partis deſignationes: nam omnes
ibi animalis partes deſcriptę ſunt. quod ve
ro aptius fit: ac magis ad actum accedit: hoc
⁊ primum perficitur. Quod vero primum
omnium cor fiat: ex obitu perſpectum reddi
tur: quod primum omnium procreatur: o/
mniu3 nouiſſime corrumpitur: cor igitur pri
mum omnium procreatur. Quod enim ma/
xime neceſſarium ſit: ⁊ eſſe alia abq3 eo o/
mnino nequeunt: hoc primum natura pera/
git: hoc regit: ac pręter alia maxime fouet.
Illud vero vbi ait: decurſionem reducem a/
gat: in his qui colorum ordinem peragunt
plane patebit. etenim ex candido rubru3: ab
hoc purpureum: dehinc viridem: demum
fuſcum: ita nigrum fiet. Si enim natura re/
uerti: ⁊ ceu reduci curſu vti debet: primum
nigrum quod omnium poſtremu3 fuerat: ab
ipſo fuſcũ: dehinc viridẽ: demum purpureũ:
ac omnium nouiſſimum rubeum quod pri/
mum omnium fuerat corrumpetur. Quem/
admodum igitur in his: ita ⁊ in animalibꝰ
fit. Maiora inqt ob magnitudine3 prius vi
ſuntur: ⁊ tamen omnia ſimul (corde exce/
pto) ſub deſcriptionem cadunt. Hoc eni3
primu3 omniu3 deſcribitur: perficiturq3: de/
hinc quę in ipſo anima eſt omnia pariter de
ſignat. Ubi vero inquit: quamuis nonnulla
prius non oriantur: illud oriantur: ac ſi dice
ret deſcripta ſunt. Non enim primum exem
pli gratia caput deſcriptum: perfectumq3. de
hinc manus: ſed omnia ſimul deſcripta ſunt:
quod vero aptius: magiſq3 neceſſariũ: prius
perficitur. Qui enim partus vigeſima die:
ſeu minus: aut paulo plus a cõceptione mor
bi alicuius vi extra excidit: omnes anima/
lis partes deſcriptas continere inſpicitur. pri
mum interiora formari inquit: ⁊ interiorum
ſuperiora in pręcordijs: vt pulmo eſt: ⁊ alia.
Cor enim (vt ſępius dictũ eſt) primum oiu3
formatur: in inſectis vero diuerſa accidũt:
in his enim poſterius ſuperiora ſuſcipiũt in
crementum.

Diſtinguntur animalium par/
tes ſpiritu: ſed non aut parentis aut
ſuo vt quida3 naturae interpretes
voluere. hoc enim in genere auiu3:
⁊ piſcium: ⁊ inſectorum palam fit:
quae partim ſeiuncta a parente na/
ſcuntur ex ouo: in quo formantur:
⁊ explanantur: partim non ſpirant
omnino: ⁊ tamen aut ouo: aut ver/
miculo enaſcuntur alia: quãquam
ſpirant: ⁊ in vtero capiunt explana
tionem: tamen non prius ſpirare in
cipiunt: quam pulmo perficiatur.
Articulatur ⁊ hic: ⁊ omnes priores
partes ante: quam animal ſpiret.
Item quadrupedum: quae multifi
da ſunt: vt canis: leo: lupꝰ: vulpes:
lupus ceruarius: omnia caecos ge/

nerant: post palpebrae dehiscunt. itaqꝫ constat in caeteris quoqꝫ omnibus: vt quantitatem: sic qualitatem potentia ante substantez effici: actu post ab eisdem causis: a quib⁹ distinguit quantitas: ⁊ duo ex vno efficitur: spūm vero in esse est: quoquoniaꝫ humidus: ⁊ calidus est: cū alterum agat: alterum patiatur.

Quod Uero inquit tale est. animaliū autem partes neqꝫ quidem parentis spiritu: aut suo: vt quidam naturales authores opinati sunt distinguuntur. nisi. n. literę ordinem hoc pacto commutabimus: captu difficilis: ⁊ ordine aduersari penitus videbit. quod vero inquit plane patebit: si prius qd illi opinati sunt quibus hęc latera aduersatur in medium detulerimus. Quoniam autem pulmo: iecurqꝫ scissa gignunt: ⁊ horum quodqꝫ quasi geminum: sed ⁊ oculi: auresqꝫ: ⁊ manus: ⁊ cuncta eodeꝫ modo cętera ab inuicem diuisa sunt. Nonnulli diuisionis: separationisqꝫ causam reddere moliētes: spiritum quo mater spirat: ⁊ foetus in vtero eius contentus (nam dum in vulua cōsistit: ⁊ illic respiratione vtitur) hunc enim spiritū vtrosiqꝫ quod hęc ab inuicem discernantur causam esse autumāt. Et ⁊ qui pythagoraꝫ secuti sunt: hac in opinione versabantur: qd vacuum: ⁊ spiritus qui de coelo estiat: animalia ab arboribus: ⁊ Socratem a Platone: ⁊ cuncta a cunctis distinguit. Ad ea quę illi opinati sūt: quod spiritus qui a matre: ac foetu proficiscitur: ipsius membra ab inuicē seiungat: sic aduersatus inquit. Hęc quideꝫ vere seiuncta sunt: nec vero a spiritu q a matre: vel a foetu emittitur: sed ab ipsa procreāte natura. opinionem enim eorum ad alia ēt ⁊ a pullis arguit: hi quidem ab aue quę eos peperit seiuncti ex ouis nascuntur. si eniꝫ in vulua existentibus ouis in animal commutarentur: dicendi quideꝫ ansaꝫ haberent: spiritum ab ipsa aue emissum ipsa distinguere: sed cum extra sint: quid nā addici ab eis cōsentaneum potest? sed ⁊ canis palpebre: cum ⁊ ipse: ⁊ quę ipsum canis gestat respiratione vtatur: qua de causa in vulua non distinguātur? At cęcus adhęrentibus palpebris in lucem ęditur: dehinc advigesimū diem dehiscunt: ac visum recipit. in omni igitur carne: ⁊ cunctis alis partibus: compactum esset spiritum necessario asseuerat. Cum humidę ille materia sit: ac huiuscemodi ꝯcoctus: ipsꝫ cum carne: ⁊ alys nasci necesse est. sed vt spiritus hęc ab inuicem distinguat: in se facultatem haudquaquam: sed natura (vt demōstratum est) obtinet.

Jam antiquorum nonnulli naturae interpraetum: quae postquā efficeretur pars: tentarunt quidem exponere: sed parum vsu periti earum: quae accidunt rerum. partiuꝫ enim aliae priores alijs sunt: quod in caeteris etiam rebus est. Prius autem multiplex iam est: id enim cuius causa: ⁊ quod eius causa differunt: ⁊ alteruꝫ generatione: alterū essentia pri⁹ est. Quin ⁊ quod eius causa duplicem recipit differentiā: aut enim est vnde motus: aut quo vtatur id: cuius causa verbi gratia: genitale: ⁊ instrumentale rei generatae. horum enim alterum: idest generās: ⁊ agens praeesse oportet: vt quod doceat priusquam quod discat: sed tibias post eum qui tibijs discat: frustra enim aderunt tibiae ijs: qui vti nesciant tibijs. Cum itaqꝫ tria haec sint: primum finis: quē esse id dicimus: cuius causa. secundum quod eius causa: scilicet principium generans: ⁊ mouens: efficiens enim: ⁊ generās: qua talia sunt ad id pertinent: quod efficitur: ⁊ generatur. Tertium vtile: ⁊ quo finis vtatur. primum eam partem habere necesse ē: in qua principium motus continetur. Haec enim protinus pars finis prima: ⁊ potissima ē: tum post eam totuꝫ: ⁊ finem. tertiū vero: ⁊ vltimum partes ijs accommodatas instrumentales ad vsus nonnullos. Itaqꝫ siquid tale est: qd in animalibus inesse necesse sit quod totius naturae principium: ⁊ finem contineat: id effici primuꝫ necesse ē: qua. n. mouens primū oriri: q̄ pars finis est: cum toto oriri debet: itaqꝫ instrumentalium partiuꝫ: quae sua natura genitales sunt: eas semper esse priores oportebit: alterius eniꝫ

causa sunt tanquã principium. At vero quae tales ex ijs: quae alteri⁹ gratia constat: non sunt: eas esse posteriores congruit. Quamobrem vtraenã partes priores sunt: quae alterius causa: an cuius causa ipsae sint: distingui non facile potest. Incidit enim vt partes mouentes priores sint generatione: q̃ finis: mouẽtes autem ab instrũalibus distingui non facile est. Atqui ea ipsa via ratione q̃. Quid post quod fiat: quaerendum ẽ. finis enim quorũdã posterior ẽ. quamobrẽ ea pars: quae principium continet: existit. mox tota superior moles. quapropter caput: & oculi foetus maximi inter initia apparent. Inferiora ab vmbilico: crura dico exigua cernuntur. Partis enim superioris gratia inferior est. Et neq̃ pars finis: neq̃ genitalis est: eius necessitatem etiã cur ita fit: non bñ reddunt: q quod semper ita fit: dicunt: id q̃ principium in his existimant: vt Democritus Abderitanus opinatur: quod sempiterni: & infiniti principiũ nullum est. causa autem cur ita principium ẽ: & infinitum: q̃ sempiternũ est. Itaq̃ interrogare de eiusmodi rebus cur ẽ ita: quaerere: inquit prĩcipium infiniti. Atqui ea ipsa ratione: qua censeant: non esse quaerendum: nullis rei sempiternae demostratio esse poterit: & tñ esse cõplurium videtur: quarum aliae semper fiunt: aliae semper sunt. nam & triãgula figura duobus rectis aequales semper habet: & diametrum incõmensurabilem esse cũ costa sempiternum est: attamen causa eorũ aliqua: & demostratio ẽ. Igitur non oĩum rerum principium q̃rendum esse: recte dicitur: at rerũ: q̃ semper aut sunt: aut fiunt: nullum principium esse: quaerendum non bene asseritur: sed ea dumtaxat principia nõ recipiunt examen eiusmodi: q̃ rerũ sempiternorum sunt. principij enĩ alia cognitio: non demostratio est: principium vero in rebus imobilibus quiditas est. In rebus autem: quae fiunt: iam plura habentur prĩcipia: sed modo diuerso: nec omnia mõ eodem: quorum principiorum vnum numero est: vnde motus. q̃obrem oĩa quae sanguinẽ habent animalia: cor primum possident: vt inter initia nostrae disputationis dictum est: in caeteris primum gignitur: quod proportionale fit cordis. venae ex corde tendunt diductae modo riuorum: qui in parietibus ꝓficiscentes ab eodem fonte pingun tur: partes enĩ coniunctae ijs sunt: vt pote quae ex ijs coagmententur: atq̃ consistant.

Naturalibus Authoribus detrahit ob causas quas primum cor: vel cerebrum: secundum vero hoc: & tertium aliud: dehinc reliqua procreari afferebant. dicebant enim: illud quod rationem cuius gratia continet: primũ fit: qḋ vero rationẽ eius gratia: postea: & hoc suis rationibus indicium ab artib⁹ ostendere moliti sunt. Nã inquiunt: vt enim in tibiali arte tibicem cuius gratia est: eius vero gratia tibia: & primũ q̃dẽ tibicẽ: dehic tibiẽ fiũt: tibiẽ enim frustra essent: cũ eis qui nõdũ erat vti posset. hoc pacto & in naturalibus fieri opinati sunt: primum quidem cuius causa: dehinc quod eius causa est. ipsos igitur sic inquiens redarguit. si demonstratione hoc pacto vtendum esset: idipsum: & vnũ: eiusdẽ: & vnius: & prius: posteriusq̃: quod quidẽ impossibile habetur simul esse accidet. Nã ꝑceptor: qua ꝑceptor: discipuli causa est: itaq̃ discipulus vt cuius causa prior: ꝑceptor vero tanquã eius causa posterior erit: sed preceptor quidẽ qua ꝑceptor discipulo prior est: ꝑceptor igiẽ qua preceptor: & prior discipulo & posterior: qua hic ꝑceptor: ille discipulus ẽ. Quod impossibile. Hi enim hac de causa falluntur inquit: quod duplex: ęquiuociq̃ hoc eius causa: fit. Hoc autem eius causa: & mouens: & agens: quod ꝑceptor est appellaẽ. sed & eius causa: & instrumentum nuncupaẽ. etenim tum qui tibicinam instruit: tum tibię: tibicinam discentis gratia sunt. generantẽ enim illud quod agit: ꝑceptorem videlicet: instrumentalem vero instrumentũ tibias sci

licet dixit. Aristoteles itaq; inquit: quod eorum quę eius gratia sunt: id quod vt instrumentum est: posterius ab eo qđ cuius gratia est fieri potest: quod vero agit impossibile. Cum igitur tria sint: vnum cuius causa: ⁊ finis: aliud eius gratia: (⁊ hoc mouens: ac generans principium habetur: proximo enim ad inuicem ordine posita consistunt) tertium vtile: idest instrumentum quo finis vtitur ⁊c. Nam discipulus qui finis erat: tibia vtit. principium agens: cor scilicet esse necesse est: ⁊ hęc pars, vnum primum ⁊ finē videlicet magis principalis est. etenim in ꝯstitutione: prinius aperti duo quę finis sunt: finem totum animal inquiens: hoc qđ mouet: ⁊ maxime ꝓcipuum primum procreatum: ⁊ primū est. Dehinc totum: ⁊ finis gignitur: totum: ⁊ finem qđ transuersi septi superius existit: nuncupat. ⁊ enim totum proprie animal: ⁊ finis adsunt quę sursuʒ septi transuersi consistunt: ⁊ tertium: nouissimumque instrumentalia scilicet: pedes: intestina: ⁊ his similia sunt: principium autem: finemq; cor appellauit: quia primum in ipsa generatione procreat: in corruptione vero vltimum: ac nouissimum oluʒ corrumpit. itaq;: instrumentales partes quę natura genitales: videlicet efficientes habentur: hęc autem cor: ⁊ proportionale sunt: semper iā: ipsas prius esse decet. Nam qđ causa alterius cuiuslibet est: cum non vt instrumentum: sed vt principium: ⁊ agens sit: priorem esse eorum quę ab ipso fieri debent necessarium habetur. quę vero non talia: eoruʒ quę alterius causa sunt: posteriora: hoc est ea quę alterius gratia talia non sunt videlicet efficiētia: posterius fieri necesse est. Quoniam igitur (vt demonstratum) eius causa duplex est: non facile distinguere: ⁊ simpliciter dicere est: quod hęc quę eius causa sunt eorum quę eius causa priora habeatur: vel e conuerso. Nā efficientes: mouentesq; partes: cum in instrumēta inciderint: in ipsisq; inspiciuntur: de ipsis demōstratione vti simpliciter non sinunt: sed necessario dicere: qđ ea quę eius gratia sunt: quędam priora videlicet efficentia: quędam posteriora: instrumētalia scilicet sunt: quamobrem: primum quidē cor vt aliorum efficiens causa: mox tota superior moles procreatur. cum illud primuʒ procreatum: perfectumq; fuerit: quę circa caput foetus sunt: ⁊ oculorum locus: maxima fieri necesse est. Cum enim superiora ꝑfecta sūt: inferiorib⁹ adhuc imperfectis: ac sola designatione proprium esse continent: quę superiora maiora fieri necesse est. Ubi autem inq̃t: principium vero in immobilibus quiditas est: immobilia mathematicas inquit: in his quidem principia termini sunt. in alijs vero rebus quę fiunt iam plura inquit habētur. naʒ quatuor: materia: forma: efficiens: ⁊ finis sūt. nec omnes eodem modo causę sunt: sed materiale quidem: ⁊ formale: vt coexistens. efficiens vero: vtpote cum talis forma tali materię imponitur: finalis vero alio modo habetur. primum igitur inquit cor procreat: ab ipso vero venę extensę sūt: quemadmodum in eis cernere est: qui riuos in parietib⁹ pingere consueuerunt. Riuus āt aquę receptaculum est: quod romano idiomate cisterna nuncupatur. quemadmoduʒ enim pictores omnifariam animalia in parietibus pingunt: ita ⁊ riuos: ⁊ aquas alias inde ex altera riui parte: alias ex altera procedere exprimunt. quemadmodum igitur multę aquę depictę vnum tantum principium depictuʒ riuum habent: ita ⁊ omnes venę inquit cor obtinent: nam partes venę videlicet huic: cordi scilicet obducuntur.

Ortus similariuʒ frigore: calore ne agitur: consistunt: coquunturq; alia frigido: alia calido. Quaruʒ rerum differentias alibi exposuimus ante. s. quae humore: igneq; resolubiles: quae humore irresolubiles: igneq; illiquabiles sint: per venas igitur: ⁊ meatulos quosq; alimentum resudans: quēadmoduʒ aqua per crudiusculam sutem: in carneʒ aut carnis proportionale conuertitur frigore consistens: ex quo fit: vt caro ab igne resoluatur: sed q̃ terrena admodum oriuntur parum humoris: calorisq; adepta: haec dum refrigescunt: humore cum calore euaporante duraʒ: terrenamq; formam capiunt: vt vngues: cornua: vngulae: rostra. quamobrem igne haec molliūtur: sed humore nonnulla liquescunt: vt ouoruʒ putamina. Nerui: ⁊ ossa calore interiore conficiuntur siccescente humore. quamobrem ossa resolui ab igne non possunt: quomodo testa indissolubilis est: quasi enim in fornace excocta a calore generationis: ita constat. hic autem calor nec ex quolibet carnē: aut os facit: neq; quolibet modo: aut tempore: sed ex materia apta:

⁊ vt apte : ⁊ cum apte effici potest.
neqꝫ enim quod effici potest: efficie
tur a mouente : quod actu careat:
neque quod actum obtinet: office-
re ex quolibet poterit : sicut nec fa-
ber arcam: nisi ex ligno facere pōt.
neqꝫ arca effici ex lignis potest sine
suo artifice. Inest hic calor in excre
mento semiali: tantam: talemqꝫ ha
bens motionem: ⁊ actioneꝫ: quan-
ta modice ad quāuis corporis par-
tem accōmodetur. Quod si vel de-
ficit: vel excedit rem: quae fit : aut
deteriorem efficit: aut laesam: ⁊ mā
cam. similiter: vt in ijs agitur: quae
foris igne coquuntur ad cibum: aut
ad alium vsum: sed in ijs motuꝫ ca-
loris nos moderamur: in illis natu-
ra gignentis accōmodat. In ijs au-
tem : quae sponte oriuntur causae
est: motus temporis: ⁊ color: frigus
priuatio caloris est . vtitur his am-
bobus natura vim habentibus: ne
cessario: vt alteruꝫ hoc: alterū illud
faciat: sꝫ in ijs: quae alicuius gratia
gignuntur accidit: vt alteruꝫ frige
faciat : alterum calefaciat : atqꝫ ita
pars quaeqꝫ qualitate certa efficia
tur: vt caro mollis: partim necessa-
rio talis exinde facta: partim alicuiꝰ
gratia neruus siccus : ⁊ ductilis. os
siccum: ⁊ fragile: cutis carne sicce-
scente efficitur: quomodo in polen-
tis crustula : quam vetulā vocant.
nec solum propter extremum gene
ratio eius euenit: sed ēt quod lenti-
tudo resideat : cum euaporari non
posiit. verum in caeteris lentum id
squalidum est. itaqꝫ fit: vt extrema
exanguium animaliuꝫ testa : crusta
ue constent . at i sanguineo genere
lentum hoc pinguius est: ⁊ quideꝫ:
q̄ natura nō terrena admodū sunt:
eorum pingue sub cutis operimen-
to colligitur: quasi cutis ex eiusmo-
di lentitate consistat : pingue enim
hēt aliquid lentitatis: sed haec oīa:
(vt diximus) partiꝫ necessario: par

tim non necessario: sed alicuius grā
effici asserendum est. primuꝫ igitur
molles superior per generationem
distinguitur: inferior tempore pro-
cedente recipit incrementuꝫ in san
guineo genere. oīa vero lineamen
tis primuꝫ describuntur: deinde co
lores recipiunt: ⁊ mollitiem: ⁊ duri
tiem. q̄si pictoris officio fungatur
natura: cum condit : ⁊ creat. pictor
enim vbi lineis primum descripse-
rit aīanteꝫ: mox vario illinit colore:
ac perficit . cum itaqꝫ principium
sensum totius quod animalis in cor
de contineatur: hoc ob eaꝫ rem pri
mum gignitur: mox ob eius calorē
frigiditas supra : vbi desinunt ve-
nae respondens cordis calori consti
tuit cerebrum. itaqꝫ caput a corde
continuo generatur: ⁊ magnitudi-
ne caeteris praestat: Principio enī
cerebrum multū: ⁊ humidum est.

Hinc modos Quibus quodlibꝫ similarium efficit in ordinem redigit : ⁊ ad hęc horum efficiē-
tes causas quę nam sint explicat. a calore au
tem hęc: ac frigore fieri asseuerat: altera eniꝫ
a calido : altera vero a frigido constituūtur:
concrescuntqꝫ. resudans enim inquit : quasi
sudor videlicet procedens . resudare eniꝫ de
sudore dici solet. Alimentum igr̄ inquit: san
guis scilicet subtilissimus: purissimusqꝫ: p in
numeros fere: incertosqꝫ qui in qualibet ve-
na sunt meatus exudans (codeꝫ pacto ⁊ cru
diusculum testaceum vas: Nam ⁊ ipsum a-
quam in illud infusam exudat) ⁊ ad carneꝫ
quę nobis actu inest discretus: carnes ꝑcreā
tur . Non enim aliud carnium materialem
causam quam venarum sudorem nuncupat.
qui sudor rursus: nil aliud est: quam subtilissi
mus: purissimusqꝫ qui in venis sanguis con-
sistit: ⁊ quo nam pacto alimentum scatens: ⁊
ceu sudor progrediens carnes fiunt: addidit
hoc: a frigore consistentia. Cum venę meatꝰ
in quos sanguinis locus calidissimus habea
tur: qui vero extrinsecus totus frigidior: to-
tum vero extra: totam carnis crassitudinem
appello. Cum enim alimentum quod humi
duꝫ: calidumqꝫ est: in hoc incidit: a frigidi na
tura ceu ab instrumento cōcrescit: ⁊ caro fit:
⁊ dehinc a calido liquescit. Quarto eniꝫ sub
limium speculationum edocti fuimus: quę fri

gido concrescunt: calido liquescere. Que igi
tur eorum que oriuntur humida: puraq3 sint:
seu ex venis: ceu sudor procedunt: carnes p
creant. Que autem terrena admodum: et mi
nimo calore pdita oriuntur: egrediunturq3:
ex his frigefactis: humido: calidoq3 a frigore
euaporato: vngues: ac vngule: et cornua ena
scuntur: ideo igne molliuntur: nec liquescunt.
omne enim quod liquefit (vt in eo quem p
fati sumus sublimium speculationum libro
edocti fuimus) humido participat. vngues
vero: ac talia: nihil in se humoris quod cum
calore euaporatus est: continent. nihil igitur
quod terrenum est ab igne liquefit: sed taliu
quedam: humido potius mollia fiunt. Si.n.
oui putamen per aliquot dies aque imposi
tum constiterit: ad cere quasi instar molle ef
ficitur. Nerui vero inquit: et ossa ab calore
interiore siccescente humore: conficiuntur.
Nam et neruus natura siccus: quod in extin
ctis bobus: pluribusq3 alys cernere est. ipsa
autem natura que omnes partes procreat:
calido: ac frigido vt instrumento vtitur: non
quodlibet ab vtroq3 bonu vt accideret: neq3
a qualibet materia: sed a quo suapte natura
idoneum est: et qua: et quando idoneu est: ipsa
procreat: calor vero qui in seminali excreme
to est inquit: simile quoddamodo qualia que
extra costituuntur: efficit. extra vero constitu
ta: carnes: legumia: pisces: et similia: que a co
quis concoquuntur appellat. quemadmodu
eniz in his moderato igne supposito: optime
quod a coquis paratur: concoquitur: si vero
ignis excesserit: corrumpuntur: torrenturq3:
ipso vero deficiente inquinata efficiuntur. ta
le quoddam et a calore qui in semine est acci
dit. In his vero que sponte inquit oriutur
vt vermibus: et his similibus: temporis mo
tus: calorq3: horum generationis causa exi
stit. Nam rigor: caloris priuatio est: et natura
vtroq3: calore: ac frigore: vt instrumetis vtit:
ipsa enim alicuius gratia alia quidem dura:
alia vero mollia efficit: etenim cutim carne
a frigore siccescente fieri inqt: nec modo hac
de causa: sed etiam quod cum exundante ali
mento lentitudo simul egredit. Humor au
tem cum quo egreditur alimento euaporat:
lentitudo vero: (non enim euaporandi facul
tatem obtinet) in carne remanet: qua sicce
scente cutis efficitur. in quibus igit talis len
titudo squalida: ac admodum terrena fit: ipsa
siccescete testa que in testaceis est oritur. que
autem illam (vt sanguinea) pi epingues: nec
satis terreo admistam sortiuntur: ex ea cutis
efficitur: hanc autem lentitudinem pingues
esse hoc argumento fit: et enim que natura
non admodum terrenna sunt: eorum pingue
sub cutis operimento cum lentitas pinguis
sit colligit. Quod vero pingue sub cute col
ligitur: ex porcorum genere patet. et hec qui
dem sic habent. Cor autem primum omniu
animalis partium procreatur: quod: cum in
ipso sensualis anima sedem habeat: sensuum
principium: origoq3 habetur. et quonia3 illo
refrigeratioe indiget: quo eius calor ad me
diocrem temperiem redigatur: sursum vbi re
spondentes que in ipso germinant vene desi
nunt: natura frigidum: cerebrum videlicet co
stituit: vt eorum officio: illud ab ipso cerebro
frigiditatem ad se attrahat. quapropter re
frigerandi cordis gratia ab eius constitutio
ne que in capite sunt protinus oriuntur. At
vero cerebrum ab initio cum quelibet anima
lis partium formatur: multum: et humidum
est: et ideo eius locus caput videlicet magnu
habetur. postea vero cum animal iam perfe
ctum est concidit: et illud quidem modicum:
caput vero breuius efficitur.

Sed recipit dubitationem: quod
oculis aialium euenit. principio enim
maximi visuntur: et in pedestri: et in
natatili: et in volatili genere. vltimi
vero omnium partium perficiunt:
interim enim concidunt. ca autem
est: quod oculorum sensorium posi
tum quidem est: vt caetera sensoria
apud meatum: sed cum sensorium
tangendi: gustandiq3 protinus sit:
aut corpus: aut aliquid pprium cor
poris aialium. Olfaciendi vero: au
diendiq3 meatus: contingant aere
externum pleni spus natiui: ortiq3
a corde tendat: ac desinant: ad ve
nulas cerebro adiunctas. oculus so
lus proprium corpus p caeteris ha
bet sensoris: quod humidum: et fri
gidum est: nec ante contentum eo
in loco potetia: vt caeterae partes:
tum deinde actu existens: sed a ce
rebri humore secernitur pars puris
sima p meatus. qui ab oculis ipsis
tendere ad membrana cerebri vi
suntur: cuius rei argumentum: qd
nec alia ps humida: et frigida est in
capite: pter cerebrum: et oculus fri
gidus: atq3 humidus est. itaq3 ne
cessario locus hic magnitudine pri
mum capit: post considit. na et in ce

rebro eodem euenit modo: vt pri-
mum p̄humidus: multūq; fit: mor
humore efflato: concoctoq; corpo-
ratur magis: subsidetq;: ⁊ cerebrū:
⁊ magnitudo oculorum. principio
igitur caput p̄grande propter cere
brū: oculi grandes propter humo
rem in ipsis contentum apparent:
vltimi vero pficiuntur: quoniā ce
rebrum quoq; vix cōsistat. sero.n.
a frigiditate: humiditateq; vendi-
catur in omnibus quidem: sed pci-
pue in homine. nā ⁊ sinciput inter
ossa vltimum confirmatur. iā enim
cum partus in lucem venit: molle
hoc infātis os est: causa vt hoc ma-
xime hominibus accidat: quoniam
cerebrum humidissimum: ⁊ maxi-
mum omnium animaliū homines
habeāt: cuius rei causa ē: quod ca-
lorem etiā cordis purissimum obti-
net: quod temperamentum intelle
ctus plane significat. homo enī o-
mnium animalium prudentissimus
est. Pueri etiā longo tempore ne-
queunt continere caput: p̄pondere
cerebri: nec secus partes: quas mo-
uere oportet. principium enim mo-
uendi sero superioribus dominat̄:
⁊ ad postremum ijs: quorum mot⁹
non iungitur cum principio. vt cru
ribus. Palpebra etiā talis ps est:
sed cū natura nihil superuacaneū:
nihil frustra facere soleat: pstāt nec
prius: neq; posterius: q̄ visus exi-
gat: ab ea effici quicquā. sic enim
quod factum ē: frustra: aut super-
uacaneum fuerit: itaq; palpebras si
mul ⁊ distingui: ⁊ posse moueri ne-
cesse est. Sero igitur oculi animali-
um perficiuntur propter copiam
humoris concoquendi in cerebro.
Vltimi autem quod mouendi facul
tas nisi increuerit: nequeat mouere
eas partes: quae tam remotae a
pricipio: refrigerataeq; sunt: decla
rant hoc idē palpebrae sua natura.
cū enī vel quātalibet grauitate ca

put tentatur: aut ex somno: aut te-
mulentia: aut alia eiusmodi causa:
palpebras attollere non possumus:
quāquam leui pondere aggrauen-
tur: sed de oculis iam dictum est.
Quemadmodum oriantur. ⁊ quas
ob causam vltimi articulentur: ⁊
absoluantur.

Hoc quod Inquit perficiuntur: de
centem videlicet perfe-
ctionem capiunt: de medio autem tempus
quo alię partes procreantur inquit. Quoniā
enim cor primum omnium perficitur: oculī
vero omniū postremi: tempus igitur de me
dio quoddam fit: quo reliqua perfecta fiunt.
illud vero concidunt tantundem fit ac si di-
ceret breuiores efficiunt. Quod vero dubi
tationem recipit tale est. qua de causa oculi
a principio cū ⁊ ipsi indistincti: ac imperfecti
consistunt: ⁊ reliquę similiter partes corde
excepto maximi visuntur: tpe vero quod me
dium fit: breui interuallo minuuntur: cum
demum perfecti sunt: minores admodum
idem ipsis efficiuntur. Dubium vero sic ab
soluit. huius autem causa quod accidit ta-
lis: quod oculorum sensoriū (sensorium chry
stalinū oculi nuncupat: in ipso enī cernēdi
vis: seu facultas cōsistit: oculos vero quę ipsū
complectuntur tuniculas) apud meatus po
situm est: videlicet: positum quidem in fine
⁊ venarum explementum: has enim meatus
appellauit. Illius igitur quod accidit causa
habetur quod chrystalinum ⁊ est: ⁊ positum
in supplementum: ⁊ venarum finem consi-
stit. Chrystalinum autem peculiare quod-
dam: ⁊ ab alijs sensorijs diuersū est: at quo
nam pacto ab alijs diuersum sit: ex hijs quę
subdit explicat: ⁊ non ante contentum eo in
loco. non enim quemadmodum aliorū sen
suum sensoria: vt meatus: aut carnes circum
scripta protinus: ⁊ quę potentia aliquid ta
le sunt apparēt: vt quę prima designatio a pi-
ctore in parietibus fieri solet potentia tale
aliquid est: neq; vt alia sensoria prius sunt:
sic ⁊ chrystalinum prius potentia est: ita actu
postea fit: sed cum iam cerebrum ad perfe-
ctionem: ac actum redducitur: ex eo quod
purissimum est humoris excernitur: ⁊ per ue
nulas ad tunicas fertur. Itaq; quoniam
cerebrum primum multum ac humidū est:
⁊ tale chrystalinum plurimum esse: ⁊ magni
tudine esse: ac corpulentia pręditū: ⁊ p ipsū
⁊ tunicas in quibus consistit postea concade
re: nec non ipsum: ⁊ tunicas breuiores fieri
necesse est: eo quod ⁊ cerebrum postea con-

stituitur: perficiturq;: perfectum quidem cũ foetus totus perficitur cerebrum redditur: sed cum sinciput incrustatur: perfectum penitus efficitur. Horum igitur sensus talis. ordo vero litterę sic seqtur. sensorium quidẽ tangẽdi: gustandiq; inquit: aut corpus: aut aliquid corporis est. Hoc autem additum est: aut aliquid corporis: eo quod Aristoteles carnes: aut proportionale sensoria esse haudquaquã concedit: sed spiritũ qui toti carni coinsertus est. Ubi vero asserit: olfaciendi autem: audiẽdiq; meatus: hoc vero vt arbitror de est: nam horum sensoria sunt: at ne aliquid desit: sed perfecta reddatur lectio: olfatus vero: auditusq; sensoria meatus sunt: qui aeri q extra est complicatur. etenim literę ordo sic cohe rens efficeretur. olfatus autem: auditusq; a corde proueniunt: sensoria vero horum meatus sunt: aures nãq;: naresq;: meatus q aerẽ qui extra est pertingunt: cum vacuum nullibi detur: (nam cõnexo spiritu repleti sunt:) nuncupat. In ipsis enim (vt de anima: ac de sensu ⁊ sensato dictum est) coinsertus spiritus consistit: ⁊ ad venulas quę cerebro adherent penetrat: ad has vsq; spiritus: nõ autem vlterius procedit. vbi vero inquit: meatus qui ab ipsis tendere ad membranam cerebri visuntur: ab ipsis quidem oculis, inquit: membranam vero quę cerebrum complectitur innuit. In ipsa enim membrana venulę: non autem vt quidam opinati sunt in intimo cerebro terminãtur. Ubi autem ait: cuius rei argumentum: huius rei inquit: qd a cerebro syncerissimus humor excernitur. illud vero quod asserit: quod calorem etiam cordis purissimum optinet: purissimũ: idest calidissimum quod a cerebro temperatur accipiendum. hoc autem maxime temperatum esse: intellectus argumento fit. Ubi vero iquit: similiter autem ⁊ partes quas mouere oportet. partes nãq; manus: pedes: ac palpebras appellat: neq; enim pueri hęc cum primum nascuntur continere: ac ferre quas voluerint queunt: si possent: tãgerent vtiq;: ⁊ graderentur. non autem retinent: eo quod motus principium quod cor est: sine quę in corde anima est: sero: ⁊ lente eorum quę superne sunt obtinet dominatum. omnes enim partes quę ipsi non adiunguntur cor nouissime regit. palpebrę enim ab ipso diuisę: ⁊ pedes similiter per se fere sunt. Quoniam igitur natura nihil superuacuum agit: neq; priusquam animal palpebras mouere potest oculos efficit: neq; post. Si enim prius efficeret: perfectissimos videlicet perageret oculos: at palpebras nequaquã commouere possent: frustraq; perfecti essent. itaq; cum animal mouere: ⁊ superiores palpebras ab inferioribus distinguere valet: tunc oculi perfecti fiunt. igitur: quod pueri cum enituntur oculos imperfectos continent: hinc certum est: etenim palpebras nouissime mouere possunt: quod motus nõ vehemẽs omnino fiat: ⁊ quod ea quę mouentur: a principio quod cor: est procul consistunt: nisi scilicet quod mouet principium vehementer prędominabitur: palpebras: aliaque quę tam procul ab ipso consistunt animal mouere: potẽtiaq; ac fortia efficere neutiquam, poterit. Sero itaque tum crura: tum palpebras mouendi facultatem ipsum habere necesse est. Hoc autem explicat: sero palpebris dominatur: illud quod ait: quãquam leui pondere agrauentur. ⁊ ad hęc cum natura palpebrę leues sint: has a principio pueri mouere nequaquam sed postea valent. itaq;: natura sero ipsis dominari: eaq; mouere potest.

¶ Caeterarum partium vnaquaeq; ex alimẽto gignitur nobilissima quaeq;: ⁊ potissimũ principij particeps ex concocto syncerissimo: primoq; alimento: reliquae necessariae: ac illarum gratia instituendae ex deteriore: ⁊ reliquijs: excrementisq;. Perinde enim natura: atq; paterfamilias prudẽs nihil amittere solet: ex quo facere aliqd cõmodi possit. dispensatur aũt in cura rei familiaris ita: vt cibus optimus detur liberis: deterior seruis: vilissim⁹ socijs aialibus. vt igitur incremento iam addito mens aduena facit haec: sic in ortu ipso natura ex materia syncerissima carnem caeterorũ sensoriorũ corpora conficit. ex recremẽtis ossa: neruos: pilos: vngues: vngulas: ⁊ reliq̃ generis eiusdẽ cõstituit. Quãobrem haec nouissima efficiuntur: cum iã suppetit excremẽtum naturae. ossa igitur in prima partium constitutione gignuntur ex seminali excremento. Cũq; animal augetur: haec incrementum ex alimento capiunt naturali: quo partes principales augentur: eius tñ ipsius alimenti sunt: ⁊ reliquiae: ⁊ excrementa. fit enim in quouis primum: ⁊ secundum: alimentiq;

rō duplex est:altera nutriendi: altera augendi:nutriens est: quod esse praebeat: ⁊ toti: ⁊ partibꝰ: augens quod accessionē ad magnitudinē faciat: de quibus postea disserendū latius est. Nerui ēt eodem modo: quo ossa instituuntur: ⁊ ex eodem: videlicet ex seminali excremento: ⁊ nutritiuo: sed vngues: pili: cornua: rostra aniū: ⁊ calcaria: ⁊ siquid eius modi aliud ē: ex cibo gignuntur ad uentitio: ⁊ auctiuo: quem tū a foemina: tum de foris sibi acquirunt. Quōbrem ossa quodam tenus capiunt incrementum. oībus enim animalibus exitus magnitudinis est. itaq; ossa quoq; certo augendi termino describuntur. nā si haec sem per augerentur: aīalia quoq;: in quibus os: aut ossis ꝓportionale ē: augerentur: quamdiu viuerent. magnitudinis aīalium meta: ⁊ terminꝰ his describitur: sed quā ob causā non semper capiant incrementum postea declarandum ē. pili aūt: ⁊ eorum cognata oīa: quamdiu insunt: tādiu augentur: ⁊ magis cum corpora aut aegrotant: aut senescunt: atq; decrescunt: qm̄ plus excremēti tantisper remanet: cum minus in partes praecipuas consumatur ꝓpter senium: aut morbū. nā vbi id quoque ob aetatem defecerit: pili quoq; deficiunt. at ossa contra: decrescunt enim cū corpore: ⁊ membris: defunctis etiam pili augentur: sed nasci nequeunt.

Cum prius Asseruisset quibus instrumentis ⁊ modisq; natura vsa: secundam: seu membranam: cutim: ac oculos procreat: nunc ⁊ de alijs: vt carne: alijsq; sensorijs: ossibus: ⁊ dentibus: ac neruis differere proponit. priusquam ea quę dicēda sunt explicare agrediamur: ęquū quidem quę sępenumero perstrinxeram recensere: ac commemorare censuimus: quod anima quę semini inest primum quidem cor designat: dehinc perficit. ⁊ ipsa in eo residēs primum: ceu prima designatione omnes simul partes ex materia ex qua ac genitura simul partus constituitur: exprimit. Dehinc a uulua vmbilici officio alimentum capiens: primum quidem aptiora: nobilioraq; (hęc aut quę sursum transuersi septi sunt habentur) ⁊ horum rursus alia quidem prius: alia vero posterius auget: ac perficit: nam oīum postrema instrumentalia vt pedes: ⁊ similia peragit. His aūt sic memoratis: quę Aristoteles adducit talia essent. Quēadmodū inqt optimus familię curator molati tritici quod purius: meliusq; ex farinę videlicet flore liberis: ac dominis panem cōficit: deterius vero seruis impartitur: quod autem vilius qd̓ furfur est: ad porcorum: galinarumq;: ⁊ his similium vsum demandat: (hęc enim sotia animalia appellauit) eodem pacto ⁊ natura: nobilissima quęq;: ⁊ quę potissimi principij partem sortita sunt: vt carnes: ⁊ reliqua sensoria: ex purissima concoctaq; quę silliginj ꝓportionatur alimenti portione alit: ac perficit: cuius quidē quod purissimum est: a vulua suscipit: quod vero minus concoctum: et excrementum est: ⁊ quod seruorum alimento proportione respondet: instrumentalia: vt pedes: intestina: aluum: ⁊ similia procreat. ex hoc autem excremento rursus: ⁊ quod furfuri proportionale est: pilos: vngulas: vngues: cornua: ⁊ his similia producit. Quemadmodum enim primi: ⁊ purissimi alimenti a quo nobilissima aluntur excrementum quoddā: ac reliquię fiunt: quo excremēto necessarias partes instrumentalia videlicet alimentū capere asseruimus: ita tertium quoddā est qd̓ reliquię: excrementūq; secundi alimenti est: a quo tertio vngues: rostra: cornua: ⁊ similia aluntur. Hac enim de causa hęc omnium nouissima gignuntur: perficiunturq;: quod tale excrementum nouissime apparet. nobilissima enim primum primicias capere alimenti necesse est: quo: postquam ipsa eas desumpserint: excrementum quod ab ipsis reliquū fit: necessaria quod purissimum huiusce excrementi fit capiat: ⁊ ita postmodum nouissimum quod furfuri proportionale est conspicuum reddetur. siquidem sensus eorū quę dicta sunt talis habetur: reliquum est: vt litterę ordinem inspiciamus. Aduciam mentem aut prudentem patrem familias: aut qui panem efficit nuncupat. Quod autem excrementū duplex: alterum quidem primi: alterum vero secundi alimenti: ipse plurali numero vsus excrementis: non singulari: excreto inquiens: ⁊ ex hoc duplicem excrementi facultatē manifesta reddidit. ad hęc ossa: ⁊ neruos: ac pilos: confusim dixit. at qui: nō ex eodem alimento pili: a quo ⁊ ossa aluntur: sed vt in cura rei familiaris siligo: fili-

gius vero excrementum farinam: huius vero excrementum furfur dicitur: ita ⁊ in natura tertium vnde pili: ⁊ rostra: ac similia aluntur excrementum excrementi appellat. ⁊ quemadmodum in cura rei familiaris furfur nouissimum excernitur: non secus ⁊ in natura pilorum: vngularum: ⁊ vnguium alimentum. ⁊ sensoria: ⁊ cuncta nobiliora vt dominus: ⁊ liberi: ossa vero ⁊ instrumentalia omnia vt serui habentur. pili autem: ⁊ vngues: ac horum cognata in his: quod illic sotia animalia sunt. seminale autem excrementum menstruum nuncupat: in que primum anima que in corde est omnes partes priori designatione formauit. Cum autem asseruisset: qđ in prima partium constitutiõe gignitur: in hoc loco hoc verbo videlicet gignitur vsus est ac si diceret: a prima designatione formatur: de ossibus inquiens: nã ossa ex qua ⁊ necessarie partes aluntur: perficiũturq;: addidit. eius tamen ipsius reliquie: ex illo eius ipsius: primum alimentum innuit: quod vero dicitur tale fit ac si diceret. non simpliciter ossa a primo alimento: sed ex reliquiis eiusdem alimenti: excrementisq; alii opinantur. quemadmodum enim in toto animali: in omnibus videlicet eius partibus aliud prius fit: nobiliusq; est: ita ⁊ de alimento censendum. quod vero rostra: ⁊ vngule: ac talia: cum primum animal egreditur a mollia ad aque instar: vel mucosa magis sunt: postea vero constituuntur: ⁊ dura: perfectaq; efficiuntur: id sensu patet. ossa vero inquit quodam tenus capiunt incrementum. at illud quod ait animalibus exitus magnitudinis est: hoc innuit. quanta enim ossium longitudo: ac magnitudo: tantum ⁊ quodlibet animal habetur. Quod vero nõ omnẽ causam qua de causa ossa non semper incrementum capiunt: sed potius cause partem adduxit: de his deinceps memorare pollicitus est. Etenim pilorum alimentum extremo confectis senio optima ratione deficit: quoniam tale alimentum cõfecti alimenti excrementum est. Cum autem primum alimentũ etas illa permutare: ac cõficere nequit: neq; excrementum fieri posse in ipsa a quo pili alimentum caperent certum est. Si autem hoc fit: ipsos cadere necesse est. in morbis si quidem pili incrementum capiunt: at de ossibus diuersa eueniunt: ipsa enim corrumpuntur potius: ac cum corpore decremẽtum sentiunt.

¶ De dentibus dubitaueris: sunt enim eiusdem naturae: cuius ossa: gignũturq; ex ossibus: vt vngues: pili: cornua: ⁊ similia ex cute: quo fit: vt ipsa colorem: pariter cũ cute immutent. alba enĩ: ⁊ nigra: ⁊ vario modo diuersa pro colore cutis redduntur. At dentes nihil tale recipiunt: ossibus enim annumerantur: in iis animalibus: quae ossa hñt: ⁊ dentes: accrescunt soli oium ossium tota vita: quod patet i iis dentib⁹: qui mutuum tactum declinant: cã incrementi est: quoad pertinet ad id: cuius gratia vt fungi officio possint breui enim tempore attritu cõsumerentur: nisi subinde repararentur: qđ vel nunc senescentibus: nõnullis edacibus dente non magno praeditis: admodum perteruntur. plus enim in dies adimitur: q̃z additur. quamobrem bene id quoq; adrem: que accidit emolita natura ẽ. quippe quae in senectutem: vitaeq; exitum: defectum dentium proferat: ⁊ pro vitae spatio p̃scripserit modum. Sed si decies millies: aut decies centies annis vita seruaret: ⁊ praegrandes primos oriri oporteret: ⁊ sepius renasci. Quãuis enĩ assidue reciperent incrementum: tamen detriti plus: q̃z accrescerent: inutiles demum ad cibum conficiẽdum euaderent. Sed cuius nã gratia capiant incrementum: dictum iam est. Accidit aũt: vt neq; eandẽ naturam: quã caetera ossa dentes habeant: caetera enim in prima cõstitutione oia gignuntur: neq; est: quod post oriatur. At dentes post enascuntur: quamobrem cum deciderint: denuo possunt oriri: tãgunt enim ossa: non continuantur: ex eo tamen gignuntur alimento: quod in ossa administratur. quapropter eandem quam ossa habent naturã: ⁊ tunc cum illa iam suum numerũ receperunt: sed cum caetera aialia dentibus: aut dentium proportionali p̃dita enascãtur: nisi quid praeter naturã accidit: perfectiora enĩ

q̄ꝫ homo generatione absoluunt: homo dentibus carens venit in lucem: nisi quid pter naturam intercesserit. Sed quam ob cām dentes alij decidant: alij nō: post explicabimus. Nō aūt eiusmodi partes excremento constituuntur: ea cā homo inobsepto: ⁊ nudissimo omniuꝫ animalium corpore est: ⁊ vngues minimos pro magnitudine habet. minimum nanqꝫ in eo est excrementuꝫ terrenum. cum enim excrementuꝫ quodqꝫ sit: q incoctum remaneat: tum quod terrenum in corporibus est: omnium maxime est inconcoctum: quēadmodum partes quaeqꝫ constituantur: ⁊ q̄ nam causa generationis sit: declaratum iam est. Augentur foetus: q forma animalis nascuntur: per vmbilici annexū vt ante diximus. Cum enim vis quoqꝫ nutriendi in animalibꝰ insit: vmbilicum statiꝫ quasi radicem agunt in vterum: vmbilicum venae contentae in putamine complent: plures in maioribus animalibus: vt boue: caeterisqꝫ generis eiusdem: binae in mediocribus: singulae in nimis: hoc sanguineum hauriunt alimentum. vterus enim exitus est venarum multarum. animalia igit nō vtrinqꝫ dentata omnia: ⁊ dentatorum vtrinqꝫ: quorꝫ vterus venā non singularem habet pertinenteꝫ grandē: sed pro vna plures frequētes continet: haec in vtero habēt quae acetabula appellantur: in q̄ vmbilicus deuenit: atqꝫ adhaeret. Tenduntur enim venae vmbelicares vndiqꝫ laterum: fissaeqꝫ sparguntur vsquequaqꝫ per vterum: ⁊ qua desinunt haec illa acetabula existunt curuamine suo coniuncta cum vtero: cauo autem ad foetum conuersa. Secundae vero: ⁊ membranae inter foetum ⁊ vterum positae sunt. Acetabula foetu accrescē te: proficiscenteqꝫ ad exitum: minora subinde redduntur: demūqꝫ obliterantur: cum perfectus iam est. in ea enim veluti mām̄as reponit a natura foetui alimentū sanguineū: quod duꝫ colligitur: ⁊ paulatim ex multis consistit: quasi pustula: ⁊ inflāmatio corpus acetabulorum existit. itaqꝫ quādiu foetus sit minor: nec multum cibi assumere possit: conspicua: maioraqꝫ sunt: sꝫ aucto iam foetu considunt: ⁊ exolescunt: minuta: ⁊ vtriqꝫ dentata animalia magna ex parte acetabulis vteri carent. tendit vmbilicus in ijs in venam singularem: quae per vteruꝫ maiuscula fertur.

Quod quidem Dentes ossa nō sint: ⁊ ipse deinceps memorabit: nam eiusdem naturę cuiꝰ ⁊ ossa quod ex eodem alimento: quo ⁊ ossa aluntur: esse asseuerat. itaqꝫ: illud vbi inquit gignuntur ex ossibus: idem est ac si diceret: ac ex eodem quo ⁊ ossa alimento gignūtur. ⁊ quemadmodum vngues: vngulę: ⁊ similia: vnde ⁊ cutis alimentum capiunt: hoc autem argumento posuit: quod ⁊ simul colores cōmutant: si enim cutis pulla: ⁊ vngues: ac contra talia fiunt: nam vngues ętbiopum pulli sunt. Quoniam igitur vngues cuti concolores efficiuntur: dentes vero minime (nam ętbiopum albi) non ex alimento quo ⁊ cutis: sed quo ossa ali censendum est. Vbi autem inquit: ossibus enim annumerantur: in his animalibus quę ossa hn̄t: ⁊ dētes: huic par est: ac si diceret: nam dentes ossium quoddaꝫ genus sunt: ex eodem videlicet quo ⁊ ossa alimento aluntur: ⁊ ipsos ad cutim nō commutari: hoc causę habetur. Edaces vero: ⁊ dēte non magis pditos: voratiora animalia inquit: his vero dētes quod breues sint perterrantur: cum enim breues sint: taꝫ assiduo: ac multiplici ministerio sufficere nequeunt. ⁊ quoniam natura alios secandi alimenti: alios conficiendi gratia constituit: ad senectutem vergentibus: optima ratione horum defectū molita est. Cum autem animal naturę cōcedere proximum fit: tunc ipsa ceu nihil eoruꝫ officio indigens ipsos cadere sinit: ⁊ hac de causa hominum complures: senectutis tempore paucos dentes continent. At illud qđ ait: quippeqꝫ in senectutem: vitęqꝫ exituꝫ defectum dentium proferat i vitę exitum mortem nuncupat. illud vero quod ait dentium defectum: huic simile est: ac si diceret natura

dentes cadere: ac deficere nobis ad mortem proxime accedentibus finit. at illud qd ait: quamvis enim assidue recipient incrementum: tamen detriti plusquam accrescerent: inutiles demum ad cibum conficiendum evaderent: hoc tale est: ac si diceret: ⁊ sepius renasci oportet. si enim ⁊ assidue incrementum recipient: sed tamen ipsis detritis eos deleri: obtundiq;: ac ad conficiendum alimentum nulli usui esse necesse esset: deletos vero: ac nullius usus casus subsequit. At qd alii accuminati crescant: ⁊ quo ad detriti sunt permanent: dehinc ipsos cadere: ⁊ rursus alios renasci opus est. quod vero inquit: ⁊ decidentes sepius renasci oportet: sic legendum: ideo ⁊ renascentes concidunt. Illud autem: tangunt enim ossa non ipsis continuantur: ipsos concidentes nasci causa non est: sed quia nati sunt ipsos cadere causa est. Si enim continuarent cum ossibus: ac eis coherent: haudquaquam caderent: at quoniam tangunt ea: concidunt. Causam vero qua cum semel deciderint renascuntur: ad finem quinti presentis operis explicabit. Rursus autem illud asserit: quapropter eandem qua ossa habent naturam: ydem est: ex eodem alimento quo ⁊ ossa dentes aluntur: nascunturq;: ⁊ tunc cum illa suum numerum receperint: numerum duriciem: ac finem inquit. Cum iam enim omnia ossa perfectam duriciem receperunt: que eorum perfectio est (mollia primo: ⁊ hac de causa imperfecta sunt) dehinc dentes oriuntur. Numerum enim ⁊ quantitatem: aliquis percipere posset: qd enim sinciput appellat: numero: ⁊ ossium quantitate constat: ⁊ tunc cum sinciput constituitur: ac eius propriam naturam desumpserit: homo omnem eius ossium numerum continere dicitur: nam quod prius asseruimus magis convenit habet. Itaq;: cum iam sinciput constitutum fuerit: ⁊ ossa iam perfecta suis numeris reddunt: ac integre concreta: duraq; efficiuntur: tunc dentes oriuntur: hinc patet ⁊ qd idem cum ipsis alimentum desumunt. ⁊ alia quidem animalia dentata: homo vero edentulus nascit: si vero cum dentibus nasci contigerit preter naturam accidisse censendum. Nam alia non utrinque dentata: omnia inquit in utero que accetabula appellant: habent. Accetabula enim: caruncule sunt poculi formam continentes: in quas sanguis quem umbilicus recipit ceu in vascula quedam confluit. omnia igitur utrinque dentata predita accetabulis sunt. Utrinq; autem dentata: quorum uteri preter alias venas: plurimas: confertasq;: grandem etiam unam quandam extensam continent accetabulis carent: qd grandi vena accetabulorum vice funguntur. Que vero pluribus ac densis pdita sunt: ⁊ grandi carent: illa accetabula habent: quecunq; vero illa habent: singulum accetabulum: non autem duo continent. ⁊ secunda quidem omnium exterior est: due vero membrane relique in secunda intus posite consistit: optima igitur ratione ⁊ accetabula primitus pgrandia fiunt: dehinc paulatim minuuntur: ac penitus evanescit. cum primum foetus minor fuerit: ac modico alimento fruitur: accetabulum grande esse quo sanguinem recipere: ac continere valeat necesse est: dehinc cum foetus ad incrementum evehitur: ac alimentum recipit: accetabulum minuitur: eo quod alimentum quod in ipsum ingreditur: priore minus fit. inflammationem autem: inflationem: ac tumorem inquit: qui in nostris membris morbo aliquo: seu casu causante fieri accidit. accetabulum enim inquit pustula: ⁊ inflammatio est. quemadmodum pustula: ⁊ inflammatio: brevi constituitur: ac evanescit: eodem pacto ⁊ in accetabulo evenit. Minima vero plurima animalia: similiter utrinq; dentata: accetabulis quidem carent: grandi enim vena horum vice funguntur: in qua umbilicus positus ab ipsa alimentum: quemadmodum ⁊ ab accetabulis attrahit.

Cumq; eiusmodi animalia: alia unum: alia plura pariant: quomodo unum: eodem plura habentur. Sed haec ⁊ dissectionum exemplis: ⁊ historiarum commentariis inspicienda; explorandaq; sunt. haerent enim; ⁊ continentur animalia ex umbilico: qui ex vena dependet p aequilibrium directum ad venam: quasi aquaeductum fluentem. foetus membranis: ⁊ secundis obvolutus continet.

Eiuscemodi Animalia: que accetabulis carent appellat: quoniam igitur ait animalia accetabulis carentia alia unum: alia plura pariunt: ⁊ quo modo unum: eodem plura habentur: hoc est: quemadmodum unus foetus firmatus: ⁊ umbilico anexus est: idem ⁊ de pluribus existimandum. Ut enim umbilicus fetui: ita ⁊ foetum umbilico annexum esse certum est. Quemadmodum igit in his que unum pariunt: foetus umbilico annexus est: umbilicus vero grandi vene que accetabulo pportione respondet: ita ⁊ in his que plura edunt. quilibet enim foetus firmatus: ⁊ proprio umbilico annexus est. unusquisq; enim umbilicus per equilibrium: in ea quam diximus vena consistit. Etenim litere coherentia talis

i

est:quemadmodum vnus foetus:eodē ⁊ plura habentur: hęrent enim:⁊ continentur animalia ex vmbilico:reliqua vero parentesi dicta sunt.

¶ Qui infantes ali in vtero aiunt suggentes carunculam quandam: non recte dicunt. Idem enim ⁊ caeteris aialibus eueniret. Quod tamen nusquam videmusꝫ:atqui facile per dissectiones videretur:si esset. Oēs etiam foetus: tum volucres: tum agtiles: ⁊ pedestres pari modo mēbranae tennes ambiunt: sepantes ab vtero:⁊ humoribus admissis:sꝫ nec in ijs ipsis tale quicquam inesse videmus. neqꝫ fieri potest: vt per eorum aliquod alimentuꝫ hauriāt. Iam quae ouo nascuntur:oīa incrementum foris recipere abiuncta ab vtero apertum est: itaqꝫ non recte aiunt:qui ita dicunt: vt Democritus. Coeunt aīalia generis eiusdem secundum naturam: sed ea etiam quorum genus diuersum quidem: sed natura non multuꝫ distat:si modo par magnitudo sit: ⁊ tempora aequent grauiditatis: raro id fit: sed tñ fieri ⁊ in canibus: ⁊ in vulpibus:⁊ in lupis certum est. canes ēt indici ex belua quadā simili: ⁊ cane generantur:necnon in auibus salacioribus idem fieri visuꝫ est: vt perdicib⁹:⁊ gallinis. Quinēt aduncorum accipitres speciem diuersi coire inter se putantur:idemqꝫ in nōnullis alijs auibus euenire aīaduersum est. in marinis nihil adhuc exploratum habemus dignuꝫ memoratu:qui tamen rhinobati appellātur: maxime gigni credunt ex squatina:⁊ raia. At haec quod de Africa in prouerbio est: semper aliquid noui Africam afferre: ꝑpterea dicitur:quod diuersa etiam genera coeant:nam ob aquae penuriaꝫ terrae illius: vel alienigena libidine copulantur:cuꝫ in loca paucissima rigua congregentur. sed cum caetera sic orta rursus ipsa inter se coeunt: generentqꝫ possint:genus vnum mulorum sterile est: quippe quod neqꝫ secū: neqꝫ cuꝫ alijs iunctū generet.

Sunt Quidam qui foetus non ex vmbilico ali:sed carūculam quādaꝫ ligulę similem in vuluas demittētes hac alimentum attrahere: opinati sunt. Hoc autem non recte ipsos opinari inquit: si talis ligula hominibus lesset: ⁊ in reliquis animalibus esset: at vero nihil ꝑter vmbilicū cernere est. Aliter autem inquit:quoniam cunctos foetus:tum natatilium:volatiliumqꝫ:tū pedestriū generis exiles membranę comꝑhendunt: quę illos a vulua sepārant:quo nā pacto per has carūculę ꝑuium iter pateret? ⁊ licet talem esse carūculam ꝯcesserimus:nihilo tamen secius ab ipsis mēbranis impediri:ac egressuꝫ eis minime patere necesse est. sed neqꝫ in ipsis mēbranis inesse talis carūcula visit:qđ hinc patet vbi inqt: sed nec in ipsis tale quicquam inesse videmus. nec in ipsis igitur membranis talis carūcula inest: neqꝫ per ipsas mēbranas frui aliqua re: ac alimentum sumere potest:restat igitur vt illud per vmbilicum capiant. Iaꝫ quę ouo nascuntur inquit incrementum fouo accipere certum est:⁊ alia quidem oui portio pullus: alia: eius alimentum fit. si hęc sic habentur: quo nam pacto in his carūculā esse putares? Non specie diuersa esse quorum genus diuersum inquit. si enim Socrates a Platone specie non diuersus:⁊ eiusdēꝫ videlicet speciei habetur:quę non diuersa:diuersę speciei esse certum est. Hęc autē rursus resumit:vt his quę de mulis dicturus est:applicet. In lybia autem diuersa etiam genera ob aquę penuriam libidine copulari inquit: cum in aquę rigua loca cuncta congregantur (rara auteꝫ admodum inibi talia loca):⁊ quę non eiusdē generis sunt copulari inuicem accidit. Quę quidem ex diuersi generis animalium coetu procreantur:rursus coeuntia gignunt: etenim mares:foeminęqꝫ quę ex lupo:⁊ cane gignuntur:rursus ⁊ ipsi alia edunt. Sola autem quę mulorum generis: (muluꝫ vtriusqꝫ sexus inquit)quę ex diuerso genere procreātur coeuntia non progenerant: sed ⁊ si quādoqꝫ mulam foeminam concipere cōtigerit: non perfecto ꝯceptu abortiuum parit.

¶ Questio igitur in vniuersuꝫ quā ob cām sterilis:aut mas:aut foemina fit. sunt enim steriles ⁊ mulieres: ⁊ viri: atqꝫ etiam in caeteroꝝ ani

malium genere vt equorum: vt ouium. Sunt quae nullam faciant prolem: sed mulorum genus totum sterile est. Causae vero sterilitatis in caeteris animalibus plures sunt. nam ⁊ a primo ortu naturae locis ad coitum commodis oblaesis: steriles: ⁊ mulieres: ⁊ viri redduntur: vt alterae non pubescant: alteri non barbescant: sed spadones quidam sint: alijs in processu aetatis idem accidit affectus: aut propter corporis nutricationem pleniorem. mulieribus enim pinguioribus factis: viris corpore melius habito: excrementum seminale in corpus absumitur. itaque fit: vt illis menstrua desint: his genitura: aut ex morbo viris humidum frigidumque emittitur semen: mulieribus purgationes vitiantur: plenaeque excrementorum morbificorum redduntur. Multis etiam tum viris: tum mulieribus hoc idem accidit malum: oblaesis partibus: ⁊ locis accommodatis ad venerem: quae vitia partim curabilia sunt: partim incurabilia: sed maxime steriles tunc perseverant: cum primo naturae ortu tales constiterunt. gignuntur enim ⁊ mulieres viragines: ⁊ viri foeminares: alteris menstrua desunt: alteris semen exile: frigidumque est.

Quod inquit Tale quoddam est. presens questio tum in vniuersum: tum particularis est: in hominibus quidem: pecudumque: ⁊ his similium genere particularis: in mulis vero in vniuersum habetur. ⁊ causę quibus homines quidam ⁊ boues: ac pecudes infoecundi sint: plurimę quidem sunt. Nam a primo ortu naturę locis quę ad coitum commoda sunt oblęsis: hi enim testes: vulue: ⁊ genitalia sunt: steriles redduntur. si enim in vulua partu adhuc consistente morbi alicuius causa vterus: seu genitales aut testes lędi contigerit: si foetus: aut mas: aut foemina fuerit: hos adusque vitę finem infoecundos permanere necesse est. ⁊ foeminę quidem inquit quibus vulue oblesę fuerint haudquaquam pubescunt: pubes videlicet pilis non tegitur. mares vero non barbescunt: sed spadones quidam sunt: hoc est mentum pilis vacantem spadonum more continent. Hęc quidem his de causis non gignunt: idem vero ętate procedente accidit: non gignere videlicet: inquit. Etenim quod asserit tale est: alij autem a primo naturę ortu nihil tale patiuntur: at ipsis in ętatis progressu: ⁊ si salubri corpore geniti fuerint: morbo aliquo causante eis non progenerare accidit. Quemadmodum genitalia loca adhuc in vulua consistentibus foetibus lęduntur: ita his: ⁊ cum editi: auctique fuerint: morbo aliquo causante euenire solet. ⁊ horum nonnulli a primo ortu cuncti immedicabiles sunt: quidam vero post natiuitatem curabiles sunt: ⁊ curantur: quidam vero minime. Viragines autem foeminas calidissimas nuncupat: hę quidem quod excremento propter calorem careant: infoecundę redduntur: nam frigido gignendi excrementi causa habetur. foeminares vero frigidissimos appellat. sed ⁊ foeminares fortasse inquit quasi foeminę genitali preditos: ⁊ viragines quę maris: plurimos enim huiuscemodi cernere est.

¶ Quamobrem ratione recta: experimento in aqua probatur foecunditas seminis: quod enim tenue: ac frigidum est: cito diffusum per summa innatat: quod foecundum est: in imum descendit. calidum enim quod concoctum est. concoctum autem est: quod spissum: crassumque est: mulierum probatio suffitu: vt odores subeuntes vterum: efferantur ad locum spirandis: ⁊ afficiant halitum. atque etiam illitu: vt colores oculis impositi saliuam perficiant oris. nam nisi haec ita fiant: meatus corporis: per quos extremum decedit confusos: obseptos: ⁊ obcaecatos esse significatur: sedes enim oculorum maxime omnium locorum capitis seminalis est: quod patet cum sola ipsa per coitum venereum manifeste immutetur: ⁊ vsu immodico rei venereae oculi aperte langueant: ⁊ subsedeant.

Cum Antiquorum quis filiam alicui desponsurus esset: seu filio sponsam quęreret: si enim foecundam esse depre

henderet ducebant quidem: si vero infoecundam minime: procreandę enim tunc sobolis gratia: non autem diuiciarum despondebantur. Infoecundę ne: an foecundę sint modo: ac experientia tali vestigantes reperiebant. Nam maris semen desumptum in frigidę aquę vas demittere consueuerunt: ⁊ si infoecundus quidem esset: breui diffusum in aqua vt oleum: seu nebulę quę in morbo affectis humido excremento conspici solent: enatabat. Si enim foecundum esset: densatum: concretumqꝫ: ad vasis fundum in quo aqua immissa fuerat tendebat: ⁊ hoc mares experimento scrutabantur. foeminas vero hoc pacto. spongias: vel lanam: seu lineum velamen: aut aliud quid tale rosarum aquę: siue alio fragrāti: vel tetri odoris humori madefactum foeminę genitalibus membris inferebant: ⁊ si per pectoris quidem meatus odores ad narium respirationem ascenderent: (hoc autem illud vbi inquit: ab imus efferuntur ad locum spirandi) eas foecundas esse statuebant: quod vero indicium est patentes meatus esse: p quos a superioribus ad vuluam prolifica descendunt menstrua: ⁊ nisi odores ad locum spirandi efferentur: eas foecunditate carere asseuerabant. nam quod meatus occlusi sunt: hac de causa odores ad superiora non efferri: ipsis autem occlusis mēstruo iter a superioribus ad ima in vuluam peruius haud quaquam pateret: qđ ⁊ si demittatur quidem: non tale tamen qđ constituit: ⁊ foecundum est: sed aquosum: exileqꝫ: ac infoecundum: ⁊ pręterea modicus admodum: ⁊ quod ad animalis constitutionem minime sufficiat. talia quidem adhibentes foeminas hoc expimento: nec non illitis coloribus scrutabant. Illitum autem: colores: inquit quibus foeminę corpora ad quęstum prostituentes: palpebras: ac supercilia vt nigra ea redderent illiniunt. His igitur coloribus quę desposanda erat: oculos palpebrarum videlicet pillos: superciliorūqꝫ extrema in quibus ipsi firmātur: illiniebant; si vero de color: nigrorqꝫ confecta saliua in ore desponsandę redderet: foecundam esse: si autē secus: infoecundam esse statuebant. Cum in capite qui oculorum est locus maxime seminalis sit: si enim color procederet: saliuamqꝫ decoloraret: omnes corporis meatus patentes esse opinabātur: ⁊ esse certę fidei signum foecundum menstruum ad vuluas penetrare posse. si vero color ad os nō procederet: obseptos: obturatosqꝫ rati sunt. Quod vero in coitu oculi palam figuraꝫ immutēt: nec quales ante coitum fuerant inspiciuntur: id qui diligentius naturę res scrutari consueuerunt plane experti sunt.

¶ Causa est quod natura genitu rae similis cerebro est: aquosa enim materia eius est: calorqꝫ aduentitius: purgationes autem seminales a septo veniunt. principium enim naturae hinc est Itaqꝫ fit: vt mot᷒ a genitali ad pectus deueniant: hic odores per spirationem sensum efficiunt. hominibus igitur: caeterisqꝫ generibus (vt ante retulimus) particulatim haec laesio obuenit. At genus mulorum totum sterile est: cuius rei cā non bene ab Empedocle: ⁊ Democrito redditur. obscure Empedocles: planius Democritus scribit: sed neuter bene.

Hoc non Demonstrat vt alicui videretur: qui ad rationem adductę conclusionis non animaduertit: illud quonaꝫ modo saliua coloratur: sed quo pacto odore a genitalibus sursum ad nares eorum quę in ipsis inserta sunt procedente foecunda fieri potest: causam enim inquit odore sursum elato quod foecundum menstruum infra ad genitalia demittatur. quoniam omnis geniturę natura (geniturąꝫ hic menstruum inquiens) cerebri naturę similis est: quemadmodum enim cerebrum humidum: ac frigidum: ita ⁊ menstruum: ⁊ hoc humidum: ac frigidum natura: calorem vero quod in ipso est aduentitium possidet. primum enim in septo vbi cordis locus: congregatur: hoc etenim naturę principium appellauit: ⁊ ita in vuluam demittitur: in qua collectum: aduentitium a corde calorem suscipit. Hic vero calor vegetalis: auctiuaqꝫ anima habetur: qua enim ⁊ menstruum (vt prius explicatum) pręditum est. itaqꝫ: cerebrum colore tantum a genitura: menstruo videlicet differt: quod illud quidem album: menstruum vero rubeum est. At hoc nonnūquam ⁊ album fit (vt prius dictum) iuuenibus: ⁊ quę frigidiores habentur. tale igitur menstruum album: cerebro omnino ⁊ natura: ⁊ colore simile est. Quoniam igitur (vt dicitur) menstruum cerebri naturę cōgruit: illud superne ad septum gigni necesse est: si vero hoc ita fit: si quidem corporis meatus per quos menstruum penetrat patentes sunt: motus qui ab odoribus procedunt ad pectus progredi: a pectore vero odores per alitum (hoc enim respirationem inquit) sensum ad nares efferre necesse est. itaqꝫ: quod

odores ad nares procedant: peruius ad ima penetrandi menstruis locus paratur.

⁋ Afferunt enim demonstrationem aeque de omnibus: quae praeter suam cognationem coeant. Democritus: meatus mulorum corruptos in vteris dicit: quoniam non ex cognatis principium eorum consistit: sed id cum alijs etiam animalibus accidat: tamẽ nihilominus possunt generare. At qui si id causae esset sterilitatis: caetera quoqꝫ sterilia esse deberent: quae ita coeunt.

Hoc huic Simile sit ac si diceret: demonstrationes igitur quas de his quę ex dissimilium coitu procreari afferunt: non mulis tantum: sed omnibus quę ex dissimilibus procreantur cõgruere oportebat. Democritus igitur inquit cuz de mulorum sterilitate afferere niteretur: talia prestigatus est. Mulorum Marium: foeminarumqꝫ semina (semina vtriusqꝫ genitale semen asseuerans) hęc iam semina quę in constitutione: formationeqꝫ quę a principio horum animalium fit: quod nõ ex cognatis: sed ex dissimilibus gignantur: talem naturam vt destruant sortita sunt. Itaqꝫ maris semen in quauis foemina immissum menstruum destruere: ac infoecundum reddere: ⁊ foeminã similiter a quo vis mare geniturã acceptam destruere: sterilemqꝫ efficere opinatus est. Ad hęc igitur quę ille opinatur Aristoteles sic inquiens aduersatur. At si hęc mulorum sterilitatis causa esset: cętera quoque sterilia esse deberent quę ita coeant: verum quas plurima diuersę speciei genita: ⁊ ipsa alia gignunt: vt quę ex cane: ⁊ lupo: ⁊ perdice: gallinaceoqꝫ: ac pluribus alijs demonstratum est.

⁋ Empedocles misturam seminũ causatur: quae densa ex molli vtraqꝫ genitura consistat. Caua enim: ⁊ densa coaptari vicissim: fieriqꝫ ex ijs durum ex mollibus: vt si es stagno misceatur: sed nec in stagno: ⁊ aere causam recte assignat: dixi de his in problematis: neqꝫ principia ex rebus vllo modo cognitis accipit: caua enim: ⁊ solida: coaptata vicissim: quonam modo faciant mistionẽ: aut vini: ⁊ aq̃: aut aliꝰ cuiuspiam: hoc.n. supra hõis captũ dr̃. nã quẽadmodũ caua vini: ⁊ aquae debeãt accipi: praeter sensum oino est.

Empedocles In omnibus quę sublunari corporibꝰ sunt: vt aquis: oleo: cęterisque: cõmixtos meatus: ⁊ solidos: (vt vbi de generatione: ⁊ corruptione explicatum) esse dixit: ⁊ meatus quidem caua: solida vero densa appellauit. ⁊ in quibus quidem solida: ⁊ meatus: caua videlicet: densaqꝫ modice temperata sunt: vt inuicem penetrari possint: horum mixtionẽ: temperamẽtumqꝫ vt vini: ⁊ aquę dicebat. Quę vero inuicem nullo temperamento conueniunt: vt oleũ: aquaqꝫ: hęc admixta esse nequaquam posse: nam aquam vino magis cõgruere inquit: sed oleo minime: hoc de omni corpore opinatus: ⁊ causam mulorum sterilitatis sic reddebat. enimuero equi seminis caua: densaqꝫ: similiter ⁊ asinę mẽstrui (siquidẽ vt ipse opinat̃ ⁊ mẽstruo caua: dẽsaqꝫ insunt) quẽadmodũ ⁊ in equi genitura. caua iã vtriusqꝫ seminũ: dẽsaqꝫ: asinę vz: ⁊ equi cũ humida: molliaqꝫ sint: misceri ad inuicẽ mollicie causante possunt: ⁊ dẽsa quidẽ genitur ę in mẽstrui caua: ⁊ mẽstrui densa in geniturę caua ingredi: ⁊ oĩs admistio dura: dẽsa videlicet: seu solida fieri potest: vt nihil in ipso cauum: aut meatus: sed omne solidũ: plenũqꝫ inueniri penitus possit. At hoc autẽ pręter naturam habetur. omne enim quod naturę ordine cõstituitur: ⁊ est: in se caua: dẽsaqꝫ necessario continet. itaqꝫ: quoniam talis admistio pręter naturam: tum ⁊ quod ex ipso gignitur pręter naturam magis: ac infoecundum esse necesse est. qđ enim ex eo qđ pręter naturam est fit: ⁊ ipsum tale magis pręter naturam fieri existimãdum est: in hęc quę ille opinatur Aristoteles palã inuehit: pter sensũ oĩno esse inquiẽs: vt aquę vinoqꝫ: cauũ: seu densum aliquid inesse accipiamus.

⁋ Item cum ita sit: vt ⁊ equi ex equis gignantur: ⁊ asini ex asinis: ⁊ mulus ex equo: ⁊ asino alterutro mare: aut foemina: cur ex his tam densũ consistat: vt sterile sit: quod prodierit: ex equo aut foemina: ⁊ mare: aut asino foemina: ⁊ mare sterile non proueniat? atqui molle: ⁊ maris equi: ⁊ foeminae semen est. coit aut equus cum asino: tum mare: tum foemina: pro differentia sui

sexus: idqȝ gigni ex iis sterile ait: qa vnum ex ambobus seminibus mollibus conficiatur: ergo & quod ex equo mare: ac foemina gignit: sterile esse debebit.

Illud quod Ait: alterutro ex equo videlicet mare: & asina foemina: & ex mare asino: & equa similiter mulus gignitur. Quoniam igitur & qð ex mare equo mole: & ex equa similiter tale fit iniquit: qua nam de causa & quod ex his mistum densum minime fit: & quod ex tali mistione infoecundum: sed ex equo tantum: & asina infoecundum est?

¶ Nam si alterum misceretur solum: liceret dicere alterum causam esse vt dissimile gignatur geniturae asini.

Asinum Foeminam: & genituram: menstruum eius appellat. literę autem strictis quam breuissime: & hac de causa obscure explicata est. Nam quod dicitur tale esset. Si igitur mulus mas: seu foemina ex mare equo: & asina foemina procreatus: seu procreata sit: si igitur quod ex mare equo & asina foemina procreatum: improlum esset: quod vero ex mare asino & equa prolificum: causandus quidem mas equus esset: & dicl posset: caua illius similiter: & densa: cum molia sint: eodem pacto autem & quę asinę sunt habentur: quod ex his fit improlum efficitur. quę vero maris asini mollia similiter & equi: equę vero dura sunt. Cum dura sint: neqȝ equi & asini maris mollibus prę sui duriciem locum peruium reddunt. his sic se habentibus: cum caua: densaqȝ: quę commistioni insunt: quę ex mare asino: & equa similiter: & ex equo: & asina fit habeantur: tales mistiones natura fieri necesse est. itaqȝ: quę ex his procreantur naturę ordine: & foecunda sunt: & ad hęc quod ex mare equo: foeminaqȝ: & quę ex asino & equa: foecunda sunt. si igitur (vt dictum) ex equo & asina infoecundum: & ex asino: & equa foecundum est: causandus quidem equus esset: causaqȝ adducenda erat: cur quod ex equo: equaqȝ procreatur prolificum fit. Quoniam vero qð ex equo: & asina gignitur sterile: similiter qð ex asino: & equa: (nam & hoc sterile) patet quod equę caua: densaque: mollia sunt: & asini similiter eadem fiunt. Si autem hoc ita fit: quod ex equo equaqȝ: infoecundum esse oporteret: ad foecundum qdē est. sed & eodē modo: qð ex asino: asinaque: siquidem & qð ex his foecundum est: nam sensus literę talis: at vero & huius ordinem considerandum fit. Nam si alterum misceretur solum: liceret dicere alterum causam esse vt dissimile gignatur geniturę asini. Nam si alterum misceretur solum asini geniturę (sic enim literę adinuicem ordo coherere debet:) liceret dicere alterum causam esse vt dissimile gignatur. Quod autem dicitur tale est: si enim alterum maris videlicet equi semen: geniturę ac menstruo asinę admisceretur: & hoc subaudiendum: & non asini semen equę admisceatur: & hac de causa horum alterum sterile: quod vero ex asino: equaque foecundum est: dici quidē recte posset: quod alterū equus videlicet vt dissimile gignatur causa est: et quod ex ipsis est vt sterile fiat.

¶ Nunc vero quali illius seminis: tali & cognati miscetur

Hoc tale Est quod ait. nunc qualis asinę genitura cui equi semen admiscetur: talis & equę est: nam & ipsa humida habetur. Cognata vero equum: equāqȝ dixit: cum eiusdem speciei potius dicere deberet. Quod quidem & equi genitura humida sit: perspectum habetur. si enim dura esset: quod ex ipsa: & asino genitum animal est: prolificum esse vt empedocles opinatur necesse esset.

¶ Ad haec demostratio aeque de ambobus tam mare: quam foemina recte affertur: sed interest quod mas septēnis dumtaxat generat: vt aiunt: foemina improlis omnino est: id qȝ propterea: quia perducere ad finem: quod conceperit: nequeat. nam concepisse quidem iam mulam constat.

Quod Dicitur potentia tale est. si fortassis & empedocles non demōstrat: nihilo tamen secius qð demōstrationes quę ipsi videntur vtitur: in his quę ex vtroque genere: tum equi: & asinę: tum asini: equęqȝ fiunt: hac de causa egisse recte videtur. talē enim demōstrationem empedocles ad vtrorūqȝ infoecunditatem cōgruere quę ex equo & asina: ac ex asino: equaqȝ fiunt opinatus ē. Sed si ad septimum ętatis suę annū mas mulus equā siue asinam iniret: generare ipsum perhibēt. si igit hac de causa empedoclis demonstrationem veram esse concesserimus: q̄ sola tantum asina vera fatetur.

¶ Sed fortasse verisimilior iis demostratio logica illa videbitur. logicam appello: quia quo vniuersalior: eo remotior a propriis principiis est: si ex mare: ac foemina speciei eiusdem prolis: speciei eiusdem gigni solet: aut mas: aut foemina: vt ex cane mare: et foemina: canis: aut mas: aut foemina: ex diuersis et speciebus diuersum specie proueniat: necesse est. Verbi gratia: si canis diuersus est a leone: ex cane mare: et leone foemina diuersum proueniet: et ex leone mare: et cane foemina diuersus. Cus itaq; mulus mas: et foemina sine speciei differentia gignantur ex equo: et asino: quae diuersa specie sunt. Impossibile est: vt aliquid ex mulis gignatur: nec enis diuersus specie prouenire pôt: quãdo ex mare: ac foemina speciei eiusdem: idẽ specie generatur: neq; idem: hoc ẽ mulus. gignitur enim mulus ex equo: et asino: quae diuersa specie sunt. ex diuersis aũt specie: diuersum animal gigni positus est: sed enim haec rõ admodus vniuersalis: inanis q; est. rõnes enis: quae non ex ꝓpriis ducuntur principiis: inanes sunt: et rerum esse videntur: cum longe aberrent. sunt profecto geometricae rõnes: quae ex principiis geometricis afferuntur: idemq; in caeteris est intelligendum: videntur tamen eiusmodi rationes: quamuis inanes: aliquid esse. nam et inane: siue vacuum illud aliquid esse videtur: cum tamen nihil oino sit: nec verũ est: quod concludit. multa enim ex iis: quae non eadem specie progenerantur: foetifera ꝓdeunt: vt ante exposui. hoc igitur modo: nec de caeteris rebus: neq; de naturalibus indagandum est: sed ex iis: quae in genere: tum equorũ: tum asinorum insunt: consyderando potius acceperis causam.

Quae nam Logica demonstratio sit ipse explicat inquiens. logicam appello quę vniuersalior est: ac pluribus congruat: talis autem est quę non a propriis rei principiis: sed magis communibus consistit: vt in posteriorum resolutoriorum opere demõstratur. Quod vero dicitur tale est. Quę explicanda demõstratio est: magis rationi consentanea: quã quę democriti: et empedoclis: esse videbit. Nam ratio quae dicenda est: ac quę ostendere molitur: qua de causa muli non procreent: talis habetur. Si ex leone: leęnaq; q eiusdẽ speciei sunt: ab ipsis quod eiusdem speciei leo videliect ꝓcreatur: ex specie diuersis diuersa procrearentur. étenim quod ex cane mare: foeminaq; gignitur: specie diuersum illi qđ ex leone procreatur est. Si iam qđ ex leonibus gignitur leo est: quod vero ex canibus canis: restat igitur qđ ex leone: caneq; gignitur: neq; leonem: neque canem esse: idem et de equis: et asinis putandum. si quod ex equis procreatur: equ9: qđ vero ex asinis: asinus est: qđ ex equo et asino gignitur: neq; equus: nec asinus: sed mulus esset. iam qui hęc adstruunt: si ex mulo (inquiũt) mare: foeminaq;: aliqđ animal gigni concederemus: quod nã ex talibus procreatum mulus ne: an aliquid aliud esset? At quides muli ex mutuo coitu aliud: diuersũq; specie procreare haudquaquam possent. Nã quę ex ipsis specie diuersa edunt: prius ex se eiusdem speciei procreare magis possunt: dehinc quę diuersa specie sunt. Hoc vero illđ explicat vbi inquit. nec enim diuersum specie prouenire potest: quonias ex mare eiusdẽ speciei: foeminaq; eadem species gignitur. est et illud: nec enim diuersum specie prouenire potest: tale ẽst: ac si diceret. impossibile est: vt aliquid diuersus specie sit: quod ex mulis gignatur: eo quod ex mare: foeminaq; eiusdem speciei eadem species: similis videlicet gignitur. Quod ex mulis procreatur: diuersę speciei cum mulis illud generantibus esse non potest: (mulus vero quod ex equa et asino gignitur appellatus) siquidem qđ ites ex mulis nascitur: neq; mulus: neq; eiusdem speciei cum mulis fieri potest. Sed enis mulum ex his quę diuersę speciei sunt procreatum iam dictum est. Hoc rursus ex hoc manifestum reddidit vbi inquit: ex diuersis etiã speciebus diuersum specie animal prouenire positum est. ex equa enim et asino: mulus qui ab ipsis diuersus habetur ex ipsis qui diuersi specie sunt procreatur. Quoniam igit̃ muli neq; eiusdem speciei sibi: neq; diuersę ginere possunt: infoecundi ratiõe optima fiũt. Nam aristoteles in hanc rationem inuectus vniuersalem esse: et frustra positam inquit. si

enim veritati consentaneum esset: etiam ex cane & vulpe procreatum: similiter & alia omnia quę diversis specie procreantur infoecunda esse oporteret. Hac igitur ratione vniversali videlicet: ac communi: singularium causas indagare non attinet: sed propria quidem.

¶ Primum enim vtrunq; eorum singularem parit inter cognata animalia plura numero: tum foeminae non semper concipere possunt. & quidem equi interposito tempore admittuntur: quoniam ferre continue nequeant: sed equa menstruosa non est: immo minimum inter quadrupedes emittere solet. asina conceptus incontinens est: genituram vtiq; iniectam emingit: quamobrem verberibus eam sectantes cogunt ne id faciat. Ad haec frigidum animal asinus est: quamobrem locis frigidis gigni non potest: vt pote sua natura impatiens frigoris: velut apud Scythas: & eorum finitimos. nec vero apud Gallos: qui supra Hispaniam incolunt genus id animalis est. nam ea quoq; provincia frigida est: hinc admissarios & non vt equae: sic asinae aequinoctio admovent: sed aestivo solstitio: vt tempore calido pulli nascantur. eodem enim tempore parit: quo coierit. Annuum vterum fert & asina: & equa. Cum igitur natura sit frigidum animal: vt dictum est: semen quoq; genitale eius frigidum esse necesse est:

Cognata Nunc quadrupeda & quę animal edunt appellat. cum autem quę ipse de mulorum infoecunditate opinatur: veraq; adducturus esset: primum quę equis asinisq; insunt: ex quibus mulorum ortus: in medium adducit: & ita maximo vsus artificio eorum sterilitatis causam colligit. Nam primum inquit. Solos equos: asinosq; ex his quę viviperorum: & quadrupedum generis: singulum parere: nullam enim equam: asinamq; gemellos peperisse memorię traditum est. Secundum vero: quod non semper omniq; tempore foeminę a maribus implentur: cum mares non semper genitali semine praediti sint: sed equi quidem in equinoctiis: asini vero ad ęstivum solstitium sole in leone: & cancro coeunt. Tertium: quod equę haudquaquam menstruosę habentur: sed pauca admodum excernunt menstrua: asinę vero maris semen emingunt: ideo a coitu asini eas verberibus agentes: currere subigunt: ne genituram consistentes emingant: nulla enim foemina mingere currendo potest. Quartum autem: quod asini natura frigidissima: cuius rei evidentissima argumenta posuit. pullos autem asinorum sobolem nuncupat. illud vero vbi inquit eodem enim tempore parit quo coierit: idem est: ac si diceret: eodem anni tempore parit quo coierit. Quoniam enim per annum integrum asinę in vtero partum continent: (nam tum equus: tum asinus duodecim mensium intervallo vterum gestat) hinc equam cum equinoctii tempore conceperit: rursus eodem tempore parere necesse est: asinam vero ęstate: tunc enim admissarium admoverat. His sic explicatis: qua de causa hęc comprehensa sint considerandum sit. dehinc literę seriem differemus. Illud enim vbi inquit singularem: nec vnquam vero geminos parit: ad demonstrationem captum est: quod apta propensaq; ad sterilitatem sint. illud enim singularem parere: evidentissimum argumentum: aptum: propensumq; ad sterilitatem esse. Quod vero generandi aptitudinem continet: nonnunquam & geminos parit. At solum in his quę diximus temporibus ęquinoctio: & ęstate gignere: & admissarios admovere: & hoc propter aptitudinem non generare acceptum est. nam quę generandi aptitudinem obtinent: omnibus anni temporibus concipiunt. Sed & quod perquam modica menstrua habeant: hoc quidem ostendit: nam menstruorum penuria sterilitatis causa: potissimum vero frigiditas est. Si enim tum menstruum: tum genitura equorum: asini genitura ac menstruo calidiora sunt: & ipsa tamen sui natura frigida sunt: non enim quod aliquo calidius: & ipsum calidum est. Si igitur ista: asini inquam: equiq; qui per naturam procreati sunt (nam ex his quę eiusdem speciei sunt origines traxerunt) sic parum abest quin steriles sint: (vix enim & vnum gignere queunt) muli: quibus ad hęc quę disseruimus hoc praeter naturam inest: qua ratione non esse infoecundi necessario debent?

¶ Cuius rei indicium: quod si equus supervenerit asinam: quam inierit asinus: non pervertet asini initum: sed si asinus supervenerit equam: quam equus inierit: pervertet propter seminis sui frigiditatem. Cum igitur inter se ipsa iunguntur servatur se-

men ꝑ ꝑ alterius calorem. calidius est enim: quod ab equo secernitur: nam asini: ⁊ materia: ⁊ genitura frigida est: equi calidior est: cū aūt mixtum: vel calidum cum frigido: vel frigidum cum calido est: euenit: vt conceptus ex ijs seruetur: eaq; vicissī ex se ipsa foecunda sint. At vero q̄ ex ijs prodijt: non insuper foecundum: sed infoecunduꝫ ad perfectam foetificationem est. oīno cum vtrūq; aptum: propensumq; fit ad sterilitatem. sunt enim in asino: tuꝫ ea: quae diximus: tum ēt: vt nisi a prima dentium mutatione gñare incipiat: nunquam post generet: sꝫ sterilis oīno perduret. ita in exiguo continetur generādi vis corpis asinini: facillimeq; labitur ad sterilitatem. equus ēt simili modo idoneus est ad sterilitateꝫ: tantoq; deest: vt sterilis fit: quanto: vt quod ex ipso prodierit semē frigidius reddatur: quod tunc efficitur: cum asini excremento miscetur. asinus quoq; parum deest quin sui generis initu sterile generet. Itaq; cum accesserit: quod preter naturaꝫ est: si ante vix vnum partu naturae legitimuꝫ poterat generare iā: quod peregrino ex ijs prodijt sterilius nihil deerit: vt sterile fit: sed necessario sterile erit. euenit ēt: vt corpora mulorum magna efficiantur: qm̄ mēstruorū decessus ad corporis incrementum vertatur. Cumq; partus eoruꝫ annuus fit: nō modo ꝯcipiat: sed etiaꝫ enutriat mula opus est: quod fieri nō potest sine menstruis. mulis aūt menstrua desunt: sed quantum inutile est: cuꝫ excremento vesicae abigitur. vnde fit ne muli genitale foeminarum: sed ipsum excrementum olfaciant: reliquuꝫ in corporis incrementum: ⁊ magnitudinē vertitur. itaq; concipere quidem aliquando mula potest: quod iā factuꝫ est: sed enutrire: atque i finem ꝑducere nō potest. mas generare interdum potest: quoniā: ⁊ calidioris naturae: q̄ꝫ foemina mas est: ⁊ nihil corporis ꝑ coitum confert ad generationem. q̄ autem facit ginnus est: quod mulus oblesus est: naꝫ ex equo: ⁊ asino ginni proueniunt: cum conceptus in vtero aegrotauit. est enī ginnus ideꝫ: quod metachoeruꝫ in porcis: quod enim ibi laesum: depravatum qꝫ in vtero est metachoerum vocatur: quasi aporcellum dixeris: idqꝫ cuilibet porco accidere potest. pygmaeorum ēt: idest nanoruꝫ ponilionum: ⁊ pusillorum generatio similis ē. nam eoruꝫ quoqꝫ membra: ⁊ magnitudines vitiātur in vtero: ⁊ sunt veluti aporcella: ⁊ ginni. hactenus de mulorum sterilitate.

Hoc autem Asini genituram frigidam esse inditium asserit: si equ⁹ superuenerit quam inierit asinus: genituram inientis asini non destruit: quod equi genitura calida sit: asinus vero superueniens inientis equi genituram frigiditatis causa preuertit. Sed fortassis: tam etsi asini asineq; excrementa frigida sint: tamen cum equ⁹ mutuo ⁊ asina: seu asinus: equaque cōmiscentur: partus caliditatis eq: seu eque gratia seruatur: ⁊ huius causa que ex his fiunt ꝑfecta redduntur. At illud: infoecundū vero ad ꝑfectā foetificationē addidit: quia (vt dictum) quedam mule concipiunt: non auteꝫ perficiunt: sed imperfecta: ⁊ mortua proiciunt. Primam siquidem dentium mutationem inquit: que a plerisq; primi muta appellatur: vnde equum: seu asinum: aut mulum ꝑmimutum nuncupant At nisi inquit asinus: vel asina protinus a prima dentium mutatione generare incipiant: non amplius omnino generabit: sic exiguo continetur quin asinorum corpora infoecunda fiūt: videlicet sic proximi ad modum asini sunt vt infoecundi fiant. Illud vero quod inquit tanto deest vt sterilis fit: quanto vt quod ex ipso prodierit semen frigidius reddatur: tale est quod inquit: tanto videlicet ne sterilis fit proximus est: vt si modicum quid frigiditate vel semen: vel menstruum afficiatur: conceptum minime perficit: sed quod ex vtroq; asini genere: seu sexu gignitur. parum deest inquit: quin sterile efficiatur. Itaque: quoniam equus cum equa: ⁊ asinus cum asina

nium vix gignere possunt: si preter naturam quid ipsis acciderit: veluti cum equus asine admiscetur (hoc enim preter naturam) quod ex ipsis: infecundum esse necesse est. Nam ⁊ alia ratio: quoniam horum conceptus annuus: si mula conceperit: annuam uteri eius gestationem esse necesse est: vnde nam foetui alimentum per totum annum menstruis deficientibus suppetet? Itaque: hac de causa ipsas steriles esse oportebit. Mulis quidem menstrua non fiunt: si quid vero eorum esse acciderit: cum inutile sit: cum excremento humidi alimenti excernitur: et hac de causa mares muli foeminarum genitalia haud quaquam: sed humidi alimenti excrementum olfaciunt. Quoniam enim eque: ⁊ asine tunc appetunt: ac ad marium congressum ceu oestro impelluntur: cum ⁊ menstrua natura mota a vuluis in quibus consistunt ad genitalia demittuntur: mares: foemine genitalia olfaciunt: ⁊ si olfatu menstruorum odorem deprehenderint: nature instinctu eas marium congressum cupere animaduertunt: et tunc eas superueniunt: ⁊ nisi deprehenderit: vtpote non concupiscentibus foeminis secedunt. Quoniam igitur hec sic habentur: mularum excrementum ad earum genitalia non adigitur: sed illud cum humidi alimenti excremento secernunt: mares hoc olfacientes: etsi menstrui odorem persenserint: eas ineunt: sin minus: ab eorum congressibus abstinent. Sed ⁊ mulam concipere aliquando posse inquit: alere vero: et perfectum efficere haud quaquam potest. Mulus autem cum equa generaret quidem: breuissimum tamen: et eandem ad equos: ac mulos proportionem haberet que homunciorum quos nannos: vel pomilliones appellant: ad nos est. At vero: quod ex mulo gignitur ginnus nuncupatur: ⁊ ginni ex mulo semper: ex equo ⁊ asina raro procreantur. ⁊ tunc cum in vuluis conceptus egrotare contingerit: vt in porcis qd metachoerum: vel aporcellus vocatur. Quod enim in equorum genere ginnus: hoc in porcorum methachoerum est. methachoerum vero in quauis sue: non in hac illa ve: sed in qua sic acciderit fieri solet. Hic: ⁊ secundi de animalium generatione: ⁊ nostre in hunc interpretationis perfectio.

Philoponi in secundum Aristotelis de animalium generatione interpretatio explicit.

Philoponi in tertium Aristotelis de animaliũ generatione librum commentarij eodem Nicolao petro Corcyraeo interprete.

De mulorum sterilitate dictum iã est: atq; etiã de ijs: quae animal: ⁊ foras: ⁊ intra se pariũt. In sanguineo autem ouipero genere partim similis generatio: vt in pedestribus ẽ: idemq; de omnibus aliquid accipi potest: partim diffe-rentia tum inter ipsa: tum ad pedestria existit. Oriuntur omnia coitu mare in foeminam emittente semẽ genitale: sed aues ouũ edunt perfectum: crusta intectum dura: nisi morbo laedatur: atq; omnia auium oua bicolora sunt. piscium chartilaginei (vt saepius dixi) cum intra se oua pepererint: animal excludunt ouo in aliũ vteri locum ex alio trãslato. molle hoc ouum est: ⁊ vnicolor: vnus ex ijs aial non parit: qui raia vocatur: cuius causam post exponã. caeteri pisces: qui oua pariunt: ouũ vnicolor edunt: quod imperfectum ẽ: quippe quod extra capiat incrementum: eadem cã: qua: ⁊ quod intus perficitur. De vteris: qua inter se differentia discrepent: ⁊ quas ob causas ita fit: declaratum est ante. Viuiperorum enim alia supra iuxta cinctum vterum continent: alia infra iuxta genitale: supra chartilaginea hñt: infra: quae animal: ⁊ intra se: ⁊ foras generãt: vt homo: equ⁹: ⁊ reliqua generis eiusdẽ. ouiperorum etiam alia infra: vt pisces: qui oua pariunt: alia supra: vt aues. ꝯsistunt vel sponte conceptus in auium genere: quos subuentaneos: ⁊ zephyrios a fauonio quidam appellant: ꝗ profecto in ijs fiunt auib⁹: quae nõ volaces sunt: aut vncae: sed multiperae: qm̃ excremento ipsae abundant. vncis in alas: ⁊ pẽnas id vertitur: corpusq; exiguum siccum: ⁊ calidum habetur: decessus autem menstruorum: ⁊ genitura excremẽtum sunt. cum igitur: ⁊ pẽnarum natura: ⁊ seminis excremento gignatur: nequit natura large vtroq; versus profundere: haec eadem cã est: ⁊: vt aues vncae: nec salaces sint: nec multiperae: sed graues: volacesq;: quarum corpus grandiusculum: vt columba: ⁊ similes: aut graues non volaces: quarum corpus grande: vt gallina: coitu superent: ⁊ partu: grauibus enim non volacibus: vt gallinis: perdicib⁹: ⁊ reliqs id genus multum eius excrementi fit: quapp mares eorũ salaces sunt: ⁊ foeminae multum materiae suggerunt: ⁊ qdem pariunt. ex his aliae cõplura: aliae saepe. complura gallina: perdix: strucio libycus. saepe autem columbarũ genus: sed non multa: qppe quod medium sit inter aduncum genus: ⁊ graue. volat enĩ vt aduncum est: corpulentum: ⁊ graue. itaq; quoniam volax est: excrementumq; eo transit: pauca parit: sed saepe corpis magnitudine: ⁊ ventris calore: ⁊ facultate concoquendi maxima: atq; etiam qȯ cibũ facile sibi acquirant. adunca enim difficulter id faciunt. Paruae etiã aues salaces: perfoecundaeq; sunt: qũo interdum plantae minores sunt fertiliores. quod enĩ incremẽto corporis deest: in excrementum seminale exundat. quãobrẽ gallinae hadrianae multa admodum pariunt. fit .n. ꝓpter corporis exiguitatem: vt alimentum ad partionẽ sumptitetur. vulgares etiam gallinae foecundiore sunt generosis. corpora enim alteris humidiora: alteris grãdiora: ⁊ sicciora: animus generosus in eiusmodi corporibus potius cõsistit: qn ⁊ tenuitas: ac imbecillitas

crurium facit: vt eorum natura: & sa
lacior sit: & foecondior: quo & bolb⁹
euenit. alimentum enim quod cru-
ra subiret: in seminale excrementū
transferf: quodquod enim inde natu
ra adimit: hic adijcit. nam vncun-
gues aues pede sunt firmiore: & cru
re crassiore: cū victus: itaq3 oibus
his de causis: neq3 salaces sunt: ne-
q3 ꝑfoecundae. Tinūculus potissi-
mum in eo gñe foecundissimus est:
qui solus fere aduncarum: & bibit:
humor aūt & natiuus: & aduentici⁹
seminalis cū calore indito ē: sed ne
ipse quidem multa admodum pa-
rit: verum cum plurimum quatuor.
cuculus paꝝ generat: quamquam
aduncus non est: quia naturae fri-
gidae est: quod ipsius pauore indi-
catur. Seminale aūt animal calidū
esse: & humidum oportet. pauidam
esse hanc auem apertum est: cum ab
omnibus auibus fugetur: & in alie-
nis pariat nidis. Columbarium ge
nus bina magna ex parte parere so
let: nec enim vniperum est: cum nul
la auis pariat vnum: excepto cucu-
lo: qui & ipse duo interdum parit:
nec multa parit: sed saepe bina: aut
terna cum plurimum: sed bina ma-
gna ex parte. sunt enim hi numeri
inter vnum: & multa.

In ꝑsenti libro

Qui tertius huiusce de ani-
malium generatione opis
est: generationem quę ex o-
uis: & primum quę ex perfe
ctis fit: edifferit. ex omnibus
ouis alia perfecta vt gallinarum; omniumq3
volatilium: alia vt fere omnium piscium im
perfecta procedūt: & inquit. in sanguineo au
tem ouipero genere partim similis genera-
tio sibi: partim pedestribus est: pedestria vi-
uipera inquiens. siquidem & ex pedestribus
ite3 ouipera inuenias vt sauram: echidnāq3:
& alia complura: nunc tamen ipse pedestria
viuipera appellauit; vt ob pedestre ad dicta
ouipera distingueret. partim quidem ad in-
uicem communicant: partim vero differunt.
Etenim ouipera omnia generationis modo &
sibi ipsis: & viuiperis communicant: Nā viui-
peris: quod & ipsa: & viuipera ex coitu maris
genitura in foeminam immittente procrea-
tur: coruus vero: & columba: & mutuo ad inui
ce3: & aquile: & cygno communicant: & omnino
cuncta ouipera quia ex coitu procreantur: ad
inuicem communicātia habent. Ad pedestria
vero: & ad inuicem discrepantia sunt: quod illa
perfectum: hęc vero imperfectum edunt. At
vnicolor ouum: quod vnum colorem obtinet
inquit: sed & vnicolor & · vnial būm appellaf.
oua autem incrementum extra capere inqt:
eadem causa qua & quod intus pernatur: &
vtrorumq3 causa satis patet. Quemadmodum
nullum viuiperorum prius quam incremen-
tum capiat: & ad ꝑscriptum ꝑfectio suę natu-
ra exhebatur sibi simile gignere: ita nullum a-
nimal nisi adepto incremento ouum potest.
At vero vt animal gignatur: necesse quidem
est: quo quęlibet specie sempiterno: omnino
q3 qua potest fruaf: itaq3 & incrementum cape
necesse est. Hac igitur de causa tum extra: tū
intus: oua & incrementum capiunt: ꝑficiunturq3.
Animaduertendū quidem esse reor: quod nō mo
do plurima oua ꝯceptus: sed & subuentanea nū
cupat. ꝑfoecūdas aūt subuentanea parere
inquit quod plurimū excrementi habeant: vncū
guia vero minime: cum sibi victū ex venatio
ne parent: etenim vncūguis ex venatione vi
ctum possident: natura eius excrementi qua
litatem in pennarum incrementum absumit:
vt in volatu ocius ferantur. Nā & aliter: quo
niam & excrementa: & quę ex ipsis tū oua: tū
animalia gignuntur: ex humido: calidoq; ꝑ-
ueniunt: vncorum vero corpus siccum: & calidū
habet. hac igitur de causa: tale ipsis excremē
tum deest. omne enim quod plus excrementi
continet: humidius ipsis quę minus est. Hac
eadem vero de causa vnca nec salatia quidem:
nec ꝑfoecunda sunt. Si enim quę salatia:
plurimum excrementi obtinēt; quę illud nō
plurimum habent: nō esse salatia necesse est:
talia enim (vt dictum) sicca: & calida: vncorū
videlicet generis sunt. Vnca autem non sa-
latia inquit: non quod omnino nō coeant (coeūt
enim) sed quod nō sępenumero: & quolibet
anni tempore: vt gallinacei: & columbarum
genus coeunt. columbarū enim corpora cor
pulenta ob carnulentiam inquit: nam corum
carnes non sunt quę ad corporis proportio-
nem respondeāt: sed illam excedunt. colum
barium autem genus inter adunca: grauiaq3
cōsistit. Qua enim vncis similia sūt: minus
foecunda habentur. nam & columbarium ge
nus: volax: & in his quemadmodum in vncis
quibus mēstrualis materia in pennarum fere
mentum cōuertitur quod autem minus foe
cunda

cunda sint hinc patet: quod semper duo: raro
vero tria pariunt. q̃ igitur vncis similia sũt:
pauca edunt. At qua eorum corpus copiaz:
ꝛ corpulentiam habet: ꝛ hec cum grauibus
similia sint sepe numero pariunt: plurima. n.
bis in mẽses singulos edũt: hac igit de causa
que columbarũ generis sepenumero pariũt:
quod alimentum ad pedes proiectum inue-
niant. Vnca vero difficulter illud adipiscun-
tur: nam omne qḋ venatione victum querit:
alimentum sibi difficulter vendicat. parua
etiaz animalia prefoecunda esse quemadmo
dum interdũ plantas minores inquit: ꝛ ipse
enim fructuosiores quã magne sunt. Cum
enim vnca gracilia esse: ꝛ sicca assereret: ge-
nerosum animum causam adduxit. At vero
ratiocinatione sic vtenduz. que vnca animo-
sa: omnia animosa gracilia siccaqꝫ: vnca igi-
tur gracilia ꝛ sicca sunt. ꝓterea aues grauio-
res salaciores: ac foecundiores habentur: ꝛ
quod crura gracilia gestent: excrementum
enim in crurium incremẽtum nõ conuertit:
cum venatiles nõ sint: ipsis crurium crassitu
dine nõ est opus: sed vncis potius: qḋ vena-
tione vtantur conueniũt: venatorijs vero va
lidis cruribus vt generosiorem ferientes im
petum edant: opus est. tinnũculus aũt cum
humidi corporis sit: ꝛ eo qḋ bibat prefoecũ-
dus est: nam qḋ humidum si etiam caliditas
accedat: plurimi seminis est: alia vero vnca
nõ bibunt: ꝛ ideo inter sicca cõnumerantur.
itaqꝫ humiditate prorsus haudquaquã indi
gent: nã ab humiditate proculdubio ipsa cor
rumpi necesse esset. At quidem ꝛ cuculus in
alienis nidis parit: in his enim qui paruarũ
auium vt pascerũ sunt: ꝛ quod a maioribus
auibus vsquequaqꝫ fugetur: nam cum paui-
dus sit pre sua timiditate cõstruendi sibi ni-
di facultate priuatur. Numerum autez duo
rum: ꝛ trium in medio vnius: ac plurium cõ
sistere perhibet. nunc autem ꝛ duo numerus
inquit.

¶ Cibum in semen conuerti in ijs:
quae abunde foetificant: pluribus
declaratur euentis. arborum enim
multae: cum admodum copiose tu
lerint: exarescunt fructificatione: ni
si corpori alimentum remanserit.
Annuis ẽt idem euenit: vt legumi-
nibus: vt frumentis: ꝛ reliquis hu-
iuscemodi. cibum enim oẽm in se-
men consumunt. Quippe cum ge-
nus id fertile admodum fit: necnon
gallinarum nonnullae: cum adeo
valde peperissent: vt etiam bis die
pepererint: mor a tanto partu inte-
riere. hiperinae enim: idest effoe-
tae: ꝛ aues: ꝛ plantae fiunt: quod
vitiũ nimia excrementi secessio ẽ:
vt exhaustae: effoetaeqꝫ dicantur:
quae ita afficiuntur: haec eadem
affectio causae leaenae etiam est: vt
sterilescat. primũ enim quinqꝫ: aut
sex parit catulos: tum anno secun-
do quatuor: mox tres: deinde pari
modo per annos singulos minus
vno: postremo nullum: cum ꝛ ex-
crementum omne consumptũ iam
sit: ꝛ aetate desinente semen vna
defecerit. Quibusnam auibus sub-
uentanei partus consistant: ꝛ quae
ꝓfoecundae: parum ve foecundae:
quasqꝫ ob cãs: dictum iaz est. fiunt
subuentanea oua (vt añ retulimus)
qm̃ materia seminalis in foemina ẽ:
nec menstruorũ decessio fit auibus:
vt viuiperis sanguine praeditis: in
ijs enim omnibus fit: alijs magis:
alijs minꝰ: alijs quantũ rem idicet.
Piscibus ẽt vt auibus menstrua
nulla prodeunt: quãobrem ijs quo
qꝫ conceptus consistit sine coitu: vt
auibus: sed minus aperte. frigidior
enim natura pisciũ est. decessio igi
tur menstruorum: q̃ viuiperis fit:
eadem consistit in auibus per debi-
ta excrementi tempora: ꝛ quia locꝰ
septo propinquus calidus est: ma-
gnitudine iuxta perficiunt: sed ad
generationẽ imperfecta: tuꝫ haec:
tum illa pisciũ sunt: nisi semen ma
ris accedat. Cuius rei causam ante
exposui. volacibꝰ subuentanea non
gignuntur: scilicet eadẽ causa: qua
nec multa: nec ab ijs ipsis generan
tur. vncunguibus enim parum ex-
crementi inest: ꝛ marem desyderãt
ad excrementi cõmotionem. gignũ
tur subuentanea oua plura nume-
ro: q̃ꝫ quae foecunda sunt: sꝫ mino-
ra ob vnam: eandemqꝫ cãm. quod
enim imperfecta sunt: minus augẽ

tur: quod minꝰ augentur: plura numero existunt: minus etiam suauia sunt: quoniaꝫ minus concocta. concoctum enim in quouis genere dulcius est: sed oua auium: aut pisciuꝫ non perfici ad generationem sine mare: satis exploratum habemus. An in piscibus quoqꝫ fiat ꝯceptus sine mare: non aeque ac apertuꝫ est: sed potissimum in fluuiatili genere: rubellionibus id accidere visuꝫ est: etenim nonnulli statim habere oua videntur: vt de his in histoꝛijs scripsimus.

Plurifariam Quidem alimentum in feminis naturam conuerti prius asseruit: cum semen genituram esse ⁊ menstruum diceret. Hoc ex his que ipsis accidunt indicio est. Arboꝛum enim multe inquit cum copiosum admoduꝫ fructum tulerint: a foetificatione exarrescũt: vtpote qd alimentum vnde vita frui: ⁊ esse eius fieri debebat: in fructuum incrementuꝫ absumitur. eodem pacto ⁊ legumina: ac triticum arrescit. Hoc autem haud plane differuit: quod triticuꝫ: ⁊ legumina dixit: nõ ipsuꝫ triticum: ac legumina: sed stipulam que palea fit: ⁊ ipsa enim stipula arrescit: ⁊ ad palmi fere longitudinem redigitur: cũ spice maxime fiunt: ⁊ plurimo tritico exuberãt: eo qd alimentum a quo stipula incrementum capere: ⁊ longioꝛ extendi debuerat: in alimentuꝫ: ac excrementum tritici cõuertitur. At vero vt his: eodeꝫ pacto ⁊ Gallinis a plurima foetificatione interitus accidit. Cum auteꝫ hoc ipsis: plurima videlicet foetificatio: ⁊ interire: vel siccescere euenit: effoeta ipsa fieri aiũt. ⁊ quid nã effoetum sit: sic inquiẽs declarat. Quod viciũ qd nimia excrementi secessio ē: hoc inquiẽs qd pro eo qd vicium dicif: effoetum nũcupant. tale igif viciũm qd effoetum inquiũt: excretionis exuperantia: ⁊ generationis excrementã sunt. Subuentanea vero fiunt: qd in foemina seminalis materia menstruum videlicet fit: ⁊ in ipso vegetalem: auctiuamqꝫ animam contineat: ⁊ hac igitur de causa ab ipsis subuentanea eduntur: tum qd ab ipsis mẽstrua vt in viuiperis que sanguine pdita extra non excernuntur. Viuiperis enim omnibus mẽstruoꝛuꝫ excretio extra emittitur: sed alijs plus: quibusdam vero admodum modica. Ubi vero inquit: alijs quã tum rem indicet: hoc quidem explicat: ⁊ piscibus quidem subuentanea oua esse asserit.

At vero menstruoꝝ excretio que his que animal edunt accidit: auibus ad debitum constituitur tempus: debitum: assuetum: ac conueniens tempus appellat. Quod vero dicit tale est. quemadmodum enim viuiperis non semper: iugisqꝫ menstruoꝛum excretio fit: sꝫ ex interuallo: ac consuetis quibusdam: statutisqꝫ tempoꝛibus: ita ⁊ in auibus intra se partum constituentibus nõ fit excretio: sed ⁊ his menstrui cõstitutio statis tempoꝛibus fit: his autem mẽstrua extra nõ emittuntur: qd supra ad septum vuluam nec ad genitalia: vt que extra emittunt continent. ipsis eniꝫ oua iusta magnitudine perfici inquit: naꝫ ad perfectum incrementum cum intus adhuc consistant euehuntur: dehinc sic foras exeũt. Uerum enimvero: ⁊ auium oua ad perfectã magnitudinem intus ⁊ absqꝫ mare excrescunt: prolifica vero sine mare haudquaquaꝫ fiũt. vncũguia autem subuentaneis carent: cum modico admodum excremento (vt iam dictum) pdita sint: ⁊ Cum ipsis mare: quo cum impetu in eis excrementalis excretio fieret opus est. Nam cum maris pars in foeminaꝫ ingreditur: menstruũ ab animali qui in mare caloꝛe est: attrahitur: aduocaturqꝫ. subuẽtanea plura numero quã que foecunda sunt: gigni inquit: foecunda animalia que ad pullorum procreationem idonea sunt nũcupat. subuẽtanea vero foecundis breuioꝛis coꝛpoꝛis habentur: quoniam plura numero sunt: nam natura qd magnitudini detraxerat: numero adiecit: ⁊ ipsa plura numero ⁊ paruaꝫ foecunda vero pauca: grandioꝛa tamen cõstituit. Et quod sine mare tum auium: tum piscium foecunda minime fiunt: satis exploratum habemus. Si enim in piscibus partus sine mare foecundi fiunt: non satis compertum habentur. hoc autem in rubellionibus cum ipsi cum ouis simul gignantur: euenire videtur.

Omnino in auiuꝫ genere: ne ea quidem oua: quae per coitum oꝛiũtur: possunt magna ex parte augeri: nisi coitus auis continuetur: cuiꝰ rei causa est: ꝙ vt in mulieribus coitu maris detrahitur mensiuꝫ excrementum (Trahit enim humoꝛem vterus tepefactus: ⁊ meatus aperiuntur) sic in auibus euenit: duꝫ paulatim menstruum excrementuꝫ accedit: quod foras decedere nõ põt: qm̃ paruum est: ⁊ superne adcinctuꝫ continetur: sed in vteruꝫ ipsum col

labitur. Hoc enim ouum augetur:
sicut foetus viuiperorum:eo q per
vmbilicum affluit.nam cum semel
aues coierunt.oia fere oua semper
habere perseuerāt: sꝫ parua admo
dum: quāobrem de subuentaneis
dicere non solent oriri sponte: sed
reliquias eē praegressi coitus:quod
falsum est. satis enim conspectum
est in nouella:tū gallina:tuꝫ ansere
gigni sine coitu:tum etiā perdices
foeminae: ⁊ q̄ nondum coierint: ⁊
quae coierint: quarum vsus in au-
cupijs:cum olfaciunt marem: vocē
qꝫ eius audiunt:alterae implentur
alterae statim pariunt. Cuius affe-
ctionis cā est eadem: quae in hoie
⁊ quadrupede: nam si forte eorum
corpora accensa libidine turgēt ad
coitum: alia cum primuꝫ viderunt:
alia cum leuiter tetigerunt: semen
emittunt. est hoc auium genus sua
natura libidinosum: vt leui egeat
motu cum turget: citoqꝫ secernat:
vt in ijs: quae non coierint: subuen
tanea consistant: in ijs: q̄ coierint:
oua breui augeantur: ⁊ pficiantur.
Aues ex ijs: quae ouuꝫ pariunt: fo-
ras: pfectum hoc edunt: pisces imp
fectum: quod extra recipit incremē
tum: vt ante diximus: cā est: quod
genus piscium foecundum admo-
duꝫ est. Itaqꝫ fieri non pōt: vt mul-
ta intus finem recipiant: quapp fo-
ras deponunt: idqꝫ agitur cito: qđ
vterus eorū piscium: qui ouū pari-
unt foras iuxta genitale posit⁹ est.
Sunt auium oua bicolora: piscium
vnicolora: oium coloris causam vi-
deris ex facultate partis candidae;
atqꝫ luteae. secernitur enim a san-
guine: quod eo venit. nullum: eniꝫ
exangue animal ouuꝫ generat. san
guinem autem materiaꝫ esse corpo
rum: dictum iam saepius est.

Cum nec Auium: neqꝫ piscium oua
perfecta ad generationem

esse: ⁊ foecunda absqꝫ maribus fieri satis per-
spectuꝫ haberi asseruisset: hoc ex his q̄ nunc
inducit indicio fit: tantundem (inquit) mari-
bus vt foecunda oua gignantur opus est: vt
ne ea quidem oua que ex coitu oriuntur pos-
sunt magna ex parte augeri. Si iam gallina-
ceus aliquis (de his nobis: gallinisqꝫ di-
cendum sit) gallinam insiliat: mox illa in
regionem vbi nullus gallus fuerit defera-
tur: ne ab illo a quo semel inita fuerat
comprimi semper possit: partuis pluribus
ouis: milij: seu fabe magnitudine constitu-
tis: quodlibet in eadem magnitudine milij
videlicet: aut fabe consistens: in maiorem ma
gnitud. nem: corpulentiamqꝫ eucbi nullate-
nus poterit. si vero ipsa ad gallinaceuꝫ emis-
sa fuerit: a quo singulis diebus cōprimatur:
capiunt incrementum: quod excretio: ac ge-
nitura: (vt prius dictum) que amare profici
scitur foeminam ingressa: menstruum a quo
enutrita incremētum suscipiunt: attrahit: ad
uocatqꝫ. itaqꝫ: si vt magna ex parte neqꝫ icre
mētum capere absqꝫ maribus possunt: pro-
cul quidem abest: vt absqꝫ secretione que ab
ipsis fit prolifica efficiantur. Illud vero ma-
gna ex parte additum est: eo quod ⁊ sine ma-
ribus incrementum capiunt: si foemine cor-
pus calidissimum: ac perhumidum esse con-
tigerit: sed tamen raro hoc euenire solet: qđ
calidis magna ex parte accidit. Cum autem
dixisset: nam cum semel aues compresse sunt:
omnia fere oua semper habere perseuerant:
sed parua admodum: addidit: qđ quidam in-
spicientes subuentanea nō sponte oriri: sꝫ re-
liquias esse pgressi coitus: et incremētum se
ro suscipere opinati sunt. Quod vero oua ⁊
sine coitu oriantur: ex perdicibus: que cicurā
tur quibus aucupes in aucupijs vti solēt in-
dicium fit. his enim aucupes: ac pilis qbus-
dam: breuibusqꝫ ligneis clauis agrestes au-
cupantur. Hae enim cicures perdices si ma-
res ipsas inierint: ac ouis fuerit replete: cuꝫ
agrestes mares cacabantes: seu strutizantes
audierint: ex primo auditu pariunt: si vero nul
los coitus fuerint passe: oua que subuenta-
nea appellantur protinus ex illo auditu im-
plentur: itaqꝫ: nullum subuentaneum nasci
nisi ex coitu marium falsum est. Tales enim
perdices ex sola voce implentur. Huius rei
indicium qđ ex voce tantum: aut olfatu ma-
rium concipiunt: seu pariunt: cum simile
quoddam tum in hominibus: tum quadru-
pedis euenire solet. Et hominum quidam:
si ipsis coitu auidis esse contigerit: videlicet
si corpus venereis indigum habeant: cum pri
mum formosam inspexerint foeminam: ipsi
omnino non dum adhibita: genituram extra
emittunt. Sed ⁊ si eam in eminēti domo exi

ftetcq e via intueri per fenestram acciderit; idem patiuntur. Alii vero cum foeminę adhęserunt: & cum primum pene eius genitale tangere accidet: semé proiiciunt. ita & quos memorauimus perdices: si eas libidine turgere contigerit: quę rettulimus patiuntur. Si quidem auium oua bicolora nũcupat: quod aliam facultatem albumen: aliam luteum obtinet. Si enim eiusdem naturę essent: vtrunque aut album: aut luteum esset: sed talia nequaquam esse sensu patet.

¶ Pars igitur eius: quae calida ẽ propius ad formam in mẽbris institu endis accedit: quae aũt terrosior ẽ: corporis institutionem praebet: & remotior est: quamobrem in bicoloribus ouis animal initium suae gñationis a candido sumit. Initium eni animale in candido est: cibum a luteo capit. calidioribus itaq; aĩalib᷒ seorsum ista habentur distincta: ex quo principium ortus: & ex quo alimentum: atq; alterum candidum: alterum luteum est: & plus candidi: synceriq; sp̃ est: q̃ lutei: & terreni. At minus calidis: & humidioribus contra plus lutei: idq; humidius est: vt in palustrib᷒ accidit auibus. Cũ enim illae sua natura humidiores sint: tũ frigidiores terrenis auibus constant. Itaq; oua carũ multum eius: quod vitellum vocatur habent: minusq; luteum: quoniã candidum minus ab eo separetur. Quae iam sua natura frigida inter ouipera sunt: ea longe humidiora constant: quale genus piscium est: nec candidum hñt distinctum: quia exiguum hoc est: & frigidae: terrenaeq; qualitatis copia impedit. quãobrem omnia piscium oua vnicolora sunt: atq; ad lutea candida: ad candida lutea esse dixeris. auiũ: vel subuentanea oua calorem cum duplicem obtinent: hñt enim ex quo vtrunq; fit: & vnde principium: & vnde cibus: s; haec imperfecta sunt: & maris indiga. fiunt enim foecunda: si quo tẽpore ineuntur a mare: nec vero seruus causae coloris duplicis est: vt candidum a mare: luteum a foemina sit: sed ambo a foemina proficiscuntur. Verum alterum frigidum: alterum calidum est: in quibus multum coloris est: distinguntur: in quibus paruũ: distingui non possunt: & ob eam rem conceptus eorum sunt vnicolores: vt dictum est. semen aũt maris constituit tm̃: ideo primum exiguus: albusq; conceptus auium cernitur: mox temporе procedente luteus totus: cum iã plus sanguinis admiscetur: postremo secedente calore pars candida circum insistit: quasi humore aeque feruente quoquo versus. candida enim pars oui sua natura humida est: caloremq; animalem intra se continet: quãobrem circum ipsa discernitur lutea: & terrena intus manet: & si plura oua coniecta in patinã: aut tale aliquod vas coquis igne: ita ne motus caloris citatior fit: q̃ ouorũ distinctio. Idem in vniuersis ouis: quod in singulis euenit: vt lutea cũcta in medio cõstituantur: candida circiter ambiant: s; quã ob causam alia vnicolora: alia bicolora sũt oua: dictum iam est.

Cum autem vtrunq; ipsorum diuersę facultatis esse asseruisset: quã nam vnumquodq; horum facultatem obtineat edisserit. Nam calidũ inquit: (calidum albumen innuens) magis q̃ dein proximum: aptiusq; esse vt formam cuiusq; partis pulli accipiat. Quod vero magis terrenum: hoc enim luteum est: corporis constitutionem: ac alimentum pręhbet. Nam in albo pulli partes natura deliniantur: ex luteo alimentum capientes incrementum suscipiunt: perficiunturq;. Animal autẽ ex albo quod qdem calidum (vt deinceps ostendet) principium sumit. In calido autem animale principium inest: & quę calidiora his semper minus albi inesse: ac seorsum diuisũ esse inquit: calor enim illud distinguit: ac per summa fluere facit. quę vero minus calida sunt: ipsis plus albi admistum est: nã cox caloris media albumen a vitello: quod luteus

appellat distinguere nõ penitus quiuit. quoniam igitur (vt dictum) in vitello: ꝛ luteo: album admistum est: optima ratione luteum magis album vitellis qui calidiores sunt: ac minus luteum est. Quum vero piscium breuitatis causa vnicolor est: cum ꝑ sua exiguitate: tum ob frigidi: terreniq; ob lutei videlicet copiam altera eius portio alba: altera lutea effici minime potest. Ubi vero inquit: habet enim ex quo vtraq; pars fit: partes luteum: ac candidum appellat. Quod vero dicitur tale est. Nam vtrã q; partem habet tũ candidam vnde pullus fit: tum etiam luteaz vnde alimentum capiet. indicium aũt candidum inquit calidũ esse hoc fit: qd primuz quidem auium conceptus cum milij magnitudinem obtinent: calidi: puriq; albi gratia visuntur. Nam ã constituente: primuz quod calidius: puriusq; secernitur: ac constituitur. At vero procedentia: cum verbi gratia ad fabe magnitudinẽ excrescunt: candido in ipsis nullatenus apparẽte: lutea cernuntur: eo qd ad incrementum pergentibus sanguinulenti plus admisceatur. cum demuz calidum secretum fuerit: pars candida circumsistit. cãdidum videlicet vtpote quod purius: subtiliusq; postremo a calido secedit: ac circulariter obducitur. Cum omnis mistio ex albo: luteoq; humida sit: ꝛ penitus ceu in lebete aq̃ serueat: pari modo album omne simul abiungit. Et quemadmodum vno in ouo Album: luteumq; est: ita ꝛ si quis plurima oua cõfracta reiectis putaminib⁹ omnium alba simul: luteaq; cõmista satis ꝯtunderet: sic vt in vnã temperamenti faciem redigantur: mox in bouis: seu pecudis vesicaz: vel ollam: seu quod aliud vas demittat: ac igne decoquat: tuz vero ignis vehemẽs nõ sit: vt hec admista ꝑus quam album a luteo distinguatur cõstituat: ac concreta reddat: sed ipsa paulatim modico igne decoquat: omne quod in ipso temperamento album fuerit a luteo seiunctum: ac circum existens: luteo in medium contracto inspicietur. itaq; hoc exemplo albuz calidũ: leueq; esse: luteum vero terrenum certuz ẽ.

¶ Secernitur in ouo principium genitale maris ea parte: qua ouuz vtero adhaeret: fitq; proinde dissimile: quod bicolor est: nec plane rotundum: sed altera parte acutius: qm̃ partem eam differre oportet: in qua principium illud continetur. quamobrem durius ea ipsa parte est ouum: quã inferiore. principiuz enim operienduz: custodienduq; est: exit ẽt pars oui acuta post. qd enim adhaeret: id exire postea conuenit adhaeret autẽ ea parte: qua principiuz continetur: ꝛ principiuz ipsum in parte acuta est. idem in plantarum etiam seminibus mod⁹ est: principium enĩ seminis adhaeret: aut ramo: aut putamini: aut pulpae: vt in legumine patet: qua enim biualuis fabarũ structes: ꝛ caeterorum id genus coniungitur: hac principium seminis adhaeret.

Ex his Indicat: in qua naz oui parte qd amare secretuz est cõsistat. ꝛ ea parte qua ouum vtero adheret: que quidem pars acuta est existere inquit. Cuz eniz ouum quodammodo ad coni modum consistat: qua ouum in acutam tendit: maris genitura posita est: ꝛ hac de causa imparis forme ipsum esse: nec ambitu circulari inquit: sz quod coni figuraz ꝑ se ferat: ac altera ex parte acutum sit: quod albo in quo principium continet diuersum esse necesse est. Quoniaz enim album humide qualitatis habetur: omne autem humidum ad eandem formam qua vas est: in quo consistit redigi plane patet. Siquidem oui testa circularis figure esset: ꝛ album quod in ipsa est sphera efficeretur: nam in sphera nullum partium discrimẽ visitur: sed pares omnes sunt. locus enim in quo principiuz consistere debeat: ab alia parte diuersum esse oportet. hac igitur de causa putamẽ altera ex parte acutius: imparq; fit: vt quod in ipsa albuz est: impar: ac diuersum efficiatur: quo in illud principium incidat: hac enim oui acutum ꝛ durius: ꝛ fortius est: vt in ipso principiuz ceu in arce seruetur: nec non vti in eo plurimum albi cõsistat: eiq; suppetias adsit. prima enim oui portio inferior: mox acuta egreditur: eo quod acutum in quo principium est: vulue adhereat: ꝛ posterius absoluit. Nam idem ꝛ in plantis accidere inquit: in seminis enim parte qua ramis adheret principium perpetuo est. siqdez faba in eius parte cum viridis adhuc fuerit: qua putamini qd ipsam ambit adheret: principium quod maris semini proportionale sit continet: putamini vero ab illa parte qua nigrum quod fabe oculus nuncupat adheret: hoc autem biualuum appellauit: in quo cuz breue germen pullulat (in illo quod oculus dicitur germen pullulat) in hac parte videlicet nec in altera eius principiuz consistit. qd autem ex hac parte faba putamini adhereat sensu patet: nã reliqua eius corporis portio

cilliora sunt atq; ob eam rem parẽtem desyderant.

Quod Igitur in questionem adducitur tale est: nam vermes cum procreantur alimentum proprio ore trahentes per se aluntur: oua vero in vulua quonã pacto alimentum capiunt? Siquis enim ⁊ oua particulam aliquam vnde alimentum capiunt: vt animalia vmbilicum habere inquit: at pars illa perfecto ouo quonam vertitur? Non enim ⁊ cum ouo vmbilicare aliquid: vt in animalibus vmbilici egrediũtur. hoc igitur plane absoluit vbi ait: huius itaq; membranę particula quędam vmbilicaris: parte acuta principio continetur. de mẽbrana quę post testa efficitur: hoc dictum constat. perfecto vero ouo inquit vmbilicare obtenditur: ac in acuti constitutiones absumitur. Nam oui acuminis exitus: vmbilicare est: cũ ipsi primum obtenditur: ac illud complet: mox testaceus efficitur. sub mẽbrana quę in testam commutata iam fit: alia membrana inter album: testamq; consistit. Et his quę forma animalis nascuntur cibus inquit ex alia corporis parte: ex mammis videlicet: paratur. pullis vero qui ex ouo nascuntur: non ex alia matris parte quę prçter vuluam esset alimentum: sed ex ipso ouo fit. Si enim oui suis pars: non tamen ipsi vt papilla in viuiperis coheret: sed quod candidum quidem pullus: luteum vero huius alimentum fit. Alcmęon autem crotoniates: cum candidum oui: lacti simile animaduerteret (nam vtrũq; candidum) lac vero alimentum esse: ⁊ in ouis quidem album alimentum esse: luteum vero pullorum corpus opinatus est: nec vero vt ipsi videtur oui albumen alimentum: sed potius luteum est. ⁊ oua tepore terrę concoqui ait. Si ouipera quędam: vt saurę nonnunquam incubant: quandoque hinc inde vagantur: non ouorum concoctionis gratia (ipsis enim ad hoc terrę calor sufficit) sed custodię incubant: ne in eis a quoquam iacturam facerent. Quadrupedum quidem oua etiam a sola anni tempestate ob insitam eis vim: aptitudinemq; cũcoquuntur: auium vero imbecilla admodum: corruptioni videlicet procliuia: vtque vrina fiant habentur: atq; ob eam rem parentem desyderant.

Tum etiam natura attendere videtur: vt sensum prouidum: curãq; diligentem erga prolem parẽtes habeant: sed in genere deteriore hoc facit quousq; pariãt: in alijs quibusdam etiam donec perficiant. Prudentioribus vero plus curae mandatur: vt etiam enutriãt. postremo ijs: quae prudentia iam maxime ꝓdita sunt: consuetudo: amor: ⁊ charitas in prolem etiam adultam seruatur: vt homini: ⁊ quadrupedum nonnullis auibus cura: donec pariant: ⁊ enutriant.

Quoniam Enim custodię non concoctionis gratia incubare asseruit: ⁊ aliam causam horũ sic inquiẽs adducit. natura autem ipsa incubare adigit: vt ea singulis diebus conspicientes: eaq; sencientes: ex tali consuetudine affectio ipsis in sobolem inuascatur. ⁊ quę deterioris generis: quo vsque pariant amore proles prosequuntur: sed quam primum edita eas odio habẽt: ac ab ipsa vt cuniculus: ⁊ piscium genus auertuntur. Alia quędam ⁊ a partu quoad perficiatur eam ad amant: nonnulla vero ad tempus quoddam alunt: de hinc vt galina: insequunt. At boues suas toto vitę tpe summa charitate cõplectuntur soboles. Sensus enim eorum quę dicta sunt talis: in litera vero quędam deficiunt: cuius quidem perfectio: ⁊ ordo talis. Natura autem: parentum sensum erga sobolem prouidum parasse videt. parat enim parentes (vt dictum) sobolem intueri: vt in ipsam diligentem curam adhiberent.

Quamobrem: ⁊ ab incubitu laborãt in prole enutrienda. a partu vero deterius afficiuntur: quasi priuatae aliquo sibi natiuo gestamine. perficitur animal in ouo celeri⁹ diebus tepidis. tepore enim iuuat. nam concoctio est calor quidam: terra enim suo calore cõcoquit: ⁊ quae incubãt: hoc idem faciũt: adhibent enim suum calorem. deprauãtur ẽt oua: ⁊ fiunt: quae vrina appellant: tempore potius calido: idq; ratiõe: vt enim vina temporib⁹ calidis coacescunt fece subuersa: hoc enim causae est: vt deprauentur; sic oua pereunt vitello corrupto. id enim in vtrisq; terrena portio ẽ. quãobrẽ: ⁊ vinum obturbatur fece permista: ⁊ ouum vitello diffuso. multiperis igitur hoc accidit: merito cum non

facile omnibus calor pueniens reddi possit: sed alijs deficiat: alijs superet: ⁊ quasi putrefaciẽdo obturbet. vncũguibus etiam quamuis parũ foecũdis: nihilominus tamen idem euenit. Saepe enim vel alterũ ex duob⁹ vrinum fit: sed tertium semper fere. Cum enim calida sua natura sint: faciunt: vt quasi ferueat supra modum humor ouorum. Jam enim naturam quoqȝ contrariã luteum: ⁊ candidum habent. luteum nãqȝ gelu duraẽ: ⁊ coit: calore contra humescit. quapropter cum vel in terra: vel per incubitũ concoquitur: humescit: atqȝ ita pro cibo animalibus nascentibus est. Nec vero cum ignitur: assaturqȝ: durescit: quoniaȝ naturae terrenae est: vt cera. Ideoqȝ cum plus iusto calescũt: nisi ex recremento humido sint: saniescunt: reddũturqȝ vrina. At candidum gelu non crescit: sed magis humescit: causaȝ ante reddidi: ignitum solidescit. quamobrem cum ad generationem animalium concoquitur: crassescit. ex hoc enim consistit animal. luteum autem pro cibo est: ⁊ membris subinde instituendis: incrementum hinc administraẽ. quocirca luteum: ⁊ candidum membranis inter se distinguunt ur: quasi naturam habeãt diuersam Sed quemadmodum haec inter se habeãt: tũ initio generationis: tum consistentibus animalibus: atqȝ etiam de mẽbranis: ⁊ vmbilicis diligenti⁹ ex ijs: quae per historiam scripsimus: considerandum: annotãdumqȝ est. Ad id autem: quod in p̃sentiarum tractamus: tantum aperuisse satis est. Principio corde cõstituto: ⁊ vena maiore ab eo distincta: vmbilici duo de vena eadem pertẽdunt: alter ad membranam: quae luteũ continet: alter ad membranam: cui secundarum species est: qua animal obuolutum continet: quae circa testae membranam est. Altero igitur vmbilico cibum ex luteo assumit: efficitur luteum copiosius: quippe quod calescens reddatur humidius: cibũ enim: quoniam corpulentus est: humidum esse oportet: qualis plantae suppeditatur. viuunt autem principio: ⁊ quae in ouis. ⁊ quae in aĩalib⁹ gignũtur vita plãtae: adhaerendo enim capiunt primũ: ⁊ incrementum: ⁊ alimentum: alter vmbilicus ad secundas tendit.

Quoniam Esse: ⁊ finis cuiuslibet naturę vt sibi simile procreet consistit: sicqȝ pręgnantem auem ab incubatu impediet (pleriqȝ enim ipsas in aquã demergentes incubare non sinunt) eas damno proculdubio afficit: dũ naturę eius cursum intersecat: plenitudo enim ipsius naturę (vt dictum) ac perfetio est: vt sibi simile procreet. Ubi vero inquit: adhibẽt enim suũ calorem: illud adhibẽt par est ac si diceret: cõseruãt eniȝ: custodiũtqȝ: auis eniȝ īcubatu suo in terra calorem cõseruat: ac extra egredi nõ sinit. vina vero temporib⁹ tepidis coacescũt: quod eius fecem tempus calefacit: nam calefacta illa: ⁊ leuitate calore causante pręditta: surgit: vinoqȝ commiscetur: ⁊ ita qualiscũqȝ eius qualitas: humorqȝ fuerit: corrumpitur. Sed ⁊ hoc idem ⁊ vitellus tali tempore passus albumini commisceẽ: ac illud corrumpit. Uncũgues vero tria edũt: quod de aquilarum genere intelligendum: quę uero accipitrum generis coruũ foetus ad quinqȝ: ⁊ sex numerũ pcedit: ⁊ aquilę tertiũ ouum quod de medio cõsistit corrumpunt: eo quod sub eius ventre plus nimio calore redundãte combustum redditur. Qui auteȝ luteum assatum: ⁊ si terrena qualitate participat: nõ durescit: cum non in ipso ceu in tegula terreũ: sed quale in cera visitur fit: hoc autem illud explicat vbi inquit. quoniam naturę terrenę est: vt cęra. terrenum enim quod in cera est igni impositum: haudquaquam durescit: ⁊ hac de causa calescit nisi ex humido excremento esset: saniesceret. Quod tale est: ac si diceret vrinuȝ efficeretur. Hoc vero quod diciẽ tale est. si enim ouũ plurimuȝ inse humidi excrementi cõtinet: calefactuȝ: ac euaporatum: temperatum redditur: ac minime saniescit. Quod vero ait: nisi auteȝ humido excremento sint: hoc tale est: ac si diceret: nisi parum in ipso humidi excrementi esset: vitellus calefactus leuigatur: ac exurgit: ⁊ ita candido admistus saniescit. illo vero saniescunt:

ac vrina redduntur idem est: sed vitellus (vt dictum) ignitum nõ durescit. at albumẽ ignitum solidum: crassum videlicet: densumꝫ efficitur. etenim dicendum hoc nobis sit: cum album ad animalium generationem concoquitur: vna sanguineum redditur: ac durescit: et primum quidẽ sanguis ille crescescit: qui protinus in pulli partes designatur: augentur autem ex luteo illi: perficiunturꝫ: sed hęc quo nam pacto habentur ex his quę de Animalium historia conscripta sunt inspiciendum sit. in hoc autem pñtium quę adduximus proposito: tm̃ aperuisse satis est: cordis primam constitutionẽ esse (ipsum enim vt sępius dictum primum constitutum est) hoc igitur nobis impñtiarū disseruisse: ac perspectū reddidisse satis est. Ad hęc quia vena maior a corde secernitur: ac germinat: duo vmbilici de vena eadem pertendunt: alter ad membranam quę humidum cõtinet: alter ad eam cui secundarum species est: q̃ a testa protinus consistit. At vero luteum inquit calefactum copiosius fit: nam spiritus q ipsi admistus est: in maiorem illud corpulentiam erigit. ait autem: quod alimentum: hoc est luteum: cum corpulentum: et terrenū sit: primum humidum fieri oportet. etenim omne alimentum primum humescit: mox ita nutrimentum suggerit.

Ita enim in ijs: quae ouo nascuntur animalibus pullum vel luteo existimandum: vt foetus viuiperis sua parente vtitur: quãdiu intra parentem continetur. Cum enim non intra parentem nutriãtur: quae ouo proueniunt: partem eius accipiunt aliquã: habẽtꝫ secū in cibo. Mẽbrana vero exteriore nouissima sanguinolẽta haec perinde: vt illa vtero vtuntur. simul autem: et luteum: et secũdas testa oui complectit vteri proportione: perinde quasi quid vnum obductum amplectatur. foetum: parentemꝫ totam: qđ ita est: quoniam foetum esse in vtero: et cũ parente necesse est. Itaqꝫ in viuiperis vterus in parente est: in ouiperis e diuerso fit: quasi dixeris parentem esse in vtero. luteum est enim cibus: qui a parẽte prestat: causa est: qđ foetus nutricatio non intra parentem est. Crescentibus vmbilicus primum considet: qui secundis adiũgitur. hac enim pullum excludi cõuenit: reliquũ lutei: et vmbilicus ad luteum pertinẽs post collabitur. cibū enim habeat statī oportet: qđ exclusum est: nec enim a parẽte nutritur: et per seipsum statim capere cibū non potest. quapropter: luteũ subit cum vmbilico: et caro adnascitur. Talis ortus eorum est: quae ex ouis perfectis foris generantur: tū in auibus: tum in quadrupedibus: quae ouum crusta intectũ dura pariunt. Sed haec euidentiora in auctioribus sunt animalibus. nã in minoribus obscura prae sua exiguitate habentur. Genus etiam piscium ouiperũ est: cuius ea: quae infra cõtinent vterum: imperfectum pariũt ouum: causa: quã ante reddimus. Quae autem cartilaginea nũcupãtur: perfectū intra se ouū pariũt: mox animal foras edunt: vno excepto: quã raiam vocant. haec enim vna foras ouum perfectum parit.

Hoc vero Ubi inquit existimandũ enim: pro existimandum autem accipitur: non enim est quod nos de his quę nuper explicata sunt instruat. Quod vero dicitur tale est: quę foetus ad sanguinẽ qui in vulua ratio est: a quo vmbilici ministerio alitur: ac incrementum capit: eadem et pulli ad luteum est: et pullus enim ex luteo vmbilicaris officio alimentum suscipit: nam luteum pars auis est: quemadmodum et qđ in vulua menstruum est: et illud enim matris pars est. Rursus autem quę foetus ad vuluam ratio: eadem et pulli ad exteriorem mẽbranam quę sanguinulenta est: quam nuper secundaris speciei esse asseruit. luteum igitur quoddam modo mater quidem: membrana vero secundaris vulua est. Testã autẽ: ac si matrem extrinsecus tegmine operias existimandum. Nam exempli gratia summatur paulus pro pullo: luteum vero pro eius parente habeatur: at testa sit parentis indumentum: seu aliud quid: qđ ipsam tegat: sic vt nulla eius corporis pars inspici possit: hoc autem illud explicat: amplectatur parentem totam. Quoniam enim foetū in vulua: et matri coherentem esse necesse est: in secundari vero membranę specie pullus vt in vulua cõ

sistit: in luteo vero vt in matre est. Sed in viuiperis parens ⁊ habet vuluam: ⁊ continet: in ouiperis diuersum fit: mater a uulua continetur: nam luteum mater est: vulua vero sanguinulenta ⁊ secundaris speciei membrana quę luteum parentem videlicet ambiat est. At vero inqt: pullo crescente vmbilicus qui secundis adiungitur primum considet: destruiturq;: sed qua de causa id fit: quoniam primum inquit pullum egredi necesse est (inde enim: ⁊ ex secundaris speciei membranę parte cui vmbilic⁹ adheret egreditur:) nam obliterato ipso: foramen protinus vt clauo aliquo deleto fit. Reliquum vero lutei: ⁊ vmbilicus ad luteum pertinens: post collabit. Non enim omne luteum in pulli alimentum absumitur: sed portio quędam reliqua fit: quę cum vmbilico egreditur. nā pulli egredientes in ea vteri parte qua eius vmbilici locus est: aliquid lutei continere visuntur: A quo ipsis cum ex ouo proferuntur per biduum: seu triduum alimentum suggeritur. Quoniā enim nec a parēte lactaris neq; per se cibum capere tunc pullus potest: naturę cum pullo alimentum aliquod simul educere necesse est. Quapropter: cum pullus inde alimentum susceperit: tale luteum cū pullo in vmbilicum ingreditur: ⁊ sic caro succescit: hac propter aues vmbilico penitus carent. Cum enim alimentum in supremo vmbilici parte consistat: si pullus alimentus capere debet: prius vmbilicū ingredi: mox alimentum quod in supremo eius constiterit necesse est. quod vero reliquum est: edisserens conclusione vtitur. Hęc magis euidentiora in auctioribus esse: has enim partes inquiens in auctioribus animalibus euidentiores esse: quod primum omniū cor: dehinc vmbilicus ⁊ reliqua codē modo procreant.

Causa natura corporis est. caput enim longe grandius reliquo corpore hēt: idq; aculeatum: valdeq; asperum: quamobrem nec postea suos catulos intra se recipit: neq; principio aial parit. Capitis enī magnitudo: ⁊ asperitas: vt aditum: sic exitum impedit. Et cum chartilaginneorum ouum cute molli operiat: quod enim frigidiora: q̄ꝫ aues sint: nequeunt partem circundantē indurare: ideo ouum vnum raiarum solidum: durumq; est: vt foris seruetur: caeterorum humida sunt natura: ⁊ mollia. operiūtur eniꝫ intus corpore suae parentis: ortus ex ouo idem raijs: quae extra perficitur: ⁊ ijs: quae intus.

Quoniam Enim raię caput longe grandius reliquo corpore est: si intra se animal conciperet: foetibus capientibus incrementum ventrem increscere necesse esset: qui auctus in aculeos qui in capite sunt incideret: sauciareturq;: ac ex hoc dolores intollerabiles sentiret. Cum igitur natura raiarum saluti consuleret: ipsam animal extra parere statuit: neq; enim primum intra se quibus adduximus causis animal procreat: nequę postea suos catulos cū ab aliquo insequuntur: leduntur q;: intra se recipit. sed alia vero cartilaginea: catulos suos cum ab aliquo insequuntur meatu quo eos ędiderūt recipiūt intra se: raia vero non recipit: si. n. reciperet: rursus ventris tumorē seq: ac in acculeos incidere erat necesse. quę enim causa caput postea ingredi catulos vterum non finit: eadem principio in vtero perfici impedit. At vero inquit: quo pacto cartilaginei generis catuli ex ouis: aut alijs intus: eodem ⁊ raię extra procreantur.

Sed eorum: atq; auium ortus partiꝫ similis: ptim diuersus est primum enim altero carent vmbilico: qui ad secundas pertinet: quae sub testa ambiēte posite sunt: cuius rei causa est: quod testam illam circundantem non hūt: cū nihilo his vtilis esse possit. parens enim ipsa integit: ⁊ seruat. Testa in ouis edendis tutela est cōtra detrimenta: q̄ de foris veniant: tuꝫ gnario ijs quoq; ex oui parte extrema est: sed non qua vtero adhaerent. aues enim ex cacumine oriuntur: qua ouum adhaeret cā est: quod auium ouū separatur ab vtero. At eorum quamquā non oīum: tamen plurimorum ouū perfectum vtero adhaeret. Cūq; animal extremo inascitur: ouū consumitur totum: q̄ꝫ in auibus: caeterisq;: quorum oīum absoluit: demumq; vtero vmbilicus iam perfectoruꝫ adhaeret. Similis modus

eorum ẽt eſt:quorum oua vtero ab
ſoluunt.nõnullis enim eorũ ouuz p
abſoluit:cũ perfectuz eſt. Quaeres
igitur cur ita differant auium: ⁊ pi-
ſcium generationes.

De his rurſus Quę cartilaginei
generis ſunt: et
rais:alyſqꝫ ſimplicetur inquit:quod vero aſſe
rit tale eſt. Omnium autem cartilagineoruꝫ:
⁊ auium ortus:partim ſimilis: partim diuer
ſus eſt:⁊ qua differunt:protinus ſic ediſſerit.
primum quidem quę cartilaginei generis:
altero qui ad ſecundas tendit vmbilico ca-
rent:quam ob cauſam planiſſime explicat.
Tum generatio bis quoqꝫ:⁊ auibus: ex oui
parte extrema eſt:ſed auibꝰ ex acumine qua
vtero adhęret:reliqua vero tota oui portio
tum in auibus: tum cartilagineis abſoluta
eſt: acumen autem ſolum vuluę vt radix ter
rę adhęret. Auibus igitur ex acumine qua
annexio fit:ortus eſt: cartilagineis vero non
ex acumine:ſed ex altero extremo:hoc autẽ
his perſpectum reddidit:vbi inquit:ſed non
qua vtero adhęrent: ex altero videlicet ex-
tremo cartilagineorum catuli procreantur:
non ex acumine quo adhęrent:ac annexi vte
ro ſunt. Cum hęc explicaret:ſequitur: cauſa
eſt aues ex acumine: cartilaginea vero ex
alio extremo oriri: quod auium ouum ab
vulua ſecernitur. Quoniam igitur auium
ouum extra:ac foras animal fit: hoc cauſae
habetur: quod quemadmodũ animalia quę
intus perficiunt:nullũ omnino ex vulua ali
mentum ſuſcipit. quę quidem animalia in-
tus ex ouo naſcũtur:his primum ex accepto
ouo alimentum ſumitur. in omnibus enim
ouis altera quidem portio pullus: altera ve
ro alimentum fit. quę vero intus animalia
ex ouo procreatur:primum quidem ex ouo:
mox conſumpto ipſo ex vulua alimentum
ſumunt. Quoniam igitur (vt explicatũ) auis
extra animal parit: ex vulua nihil ſuſcipit:
ſed ex luteo tantũ alit ur:vt ex acumine pro
generetur optimę rationis eſt:eo quod albũ
quod in acumine eſt:plus eo ſit quod in alte
ra parte: tuꝫ quod vteri officio non indiget.
Cum hoc ipſe tantum aſſeruiſſet vbi inquit:
cauſa autem eſt quod auium ouum ſeparat
ab vtero: cartilagineorum vero nõ omniũ:
non enim omnium ſeparatur:ſed quorũdam
quidem ab vulua abſoluuntur: attamen in
ipſa: ſed non extra viuipera fiunt:in pluribꝰ
vero quoad aīal perficiatur nõ abſoluitur.
Nam quemadmodum aſſeruimus:ipſe nũc
cum hoc tantum explicaret: horum nõ mul
to poſt cauſam adducet:⁊ nos ad ea quę no-
bis videbuntur referemus. Cumq autem car
tilagineum ex altera parte quę ex aduerſo
acuminis cõſiſtit gignatur:oui portio quę ex
procreato catulo ſuperauit:in eius alimentũ
abſumitur: ⁊ vmbilicus demum ipſis iaꝫ p-
fectis vuluę applicat. Cum enim alimẽtum
ex ouo attrahit: ipſo ouo cohęret:eo vero cõ
ſumpto adhęrens vuluę efficit:⁊ inde alimẽ
tum ſuſcipit. non modo hoc in ouis quę a
vulua nõ abſoluuntur fit: ſed etiam ⁊ his
quę abſoluuntur: in ipſa vero perfecta ſiũt.
⁊ in his: primum quidem vmbilicus ouo:
mox vuluę adhęret. Cuꝫ dixiſſet:quorũ oua
vtero abſoluuntur:addidit: nonnullis enim
eorum ouum abſoluitur cum perfectum eſt:
tale eſt ac ſi diceret: non enim omnium ab-
ſoluit. illud vero vbi inquit: quęres igitur:
ad illud vbi ait ⁊ piſcium:eorũdẽ quę prius
explicauerat repetitio fit.

¶ Cauſa eſt: quod auiũ oua luteuꝫ
a candido ſeparatum continent: pi
ſcium vnicolora ſunt: miſcenturqꝫ
in ijs iſta vſquequaqꝫ: ⁊ confundũ-
tur: itaqꝫ nihil prohibet: quominꝰ
econtrario principium habeant ge
nitale. non ſolum enim parte ſui ad
haerente tale ẽ: ſꝫ ẽt altera obiecta.
Alimentũ vero ex vtero meatibus
trahere qbuſdam eo ipſo principio
facile eſt: apertũ hoc eſt in ijs ouis:
quae non abſoluuntur. nam in non
nullis chartilagineis ouũ nõ abſol-
uitur vtero: ſed inhaerens deſcen-
dit ad animalis generationem: in q
bus aīal perfectũ habet ſuum vm-
bilicum ex vtero: conſumpto iam
ouo. conſtat igit vel ante meatꝰ oui
eodem tendere. fit hoc in muſtelaꝝ
genere leui cognomine: vt dictum
eſt. ortus piſciũ his rebus: ⁊ his de
cauſis differt ab auiũ: caetera eodẽ
veniunt modo. alterum enim vm-
bilicũ habent ſimiliter: vt auesꝰ ad
luteũ: ſic piſces ad totum ouum. nõ
eſt enim huiꝰ pars altera lutea: alte
ra candida: ſed totum eſt vnicolor:
atqꝫ ex eo alunt: conſumptoqꝫ pari
mõ ſubſidet: ⁊ caro circũ adnaſcit.
Talis eorum generatio eſt: q̃ intra
ſe ouum pfectũ foras aīal pariunt.
Caeteri piſces maxime in parte fo-
ras pariunt oua: omneſqꝫ imperfe

cta: praeter quam raia: cuius causam iam reddidimus: eorum et qui imꝑfectum pariunt ouū: cā declarata ē: Ortus vero eorum ouo quoq; prouenicns: eodem agitur modo: quo chartilagineorum: quae intra se pariunt: sed incrementum celer: atq; ex paruis: et vltimum oui durius est.

Cum auium Pullos ex oui acumine gigni dixisset: cartilagineorum vero sobolem ex altero extremo acumine carente ostendit: et cum diceret: causa est quod auium oua a vulua secernuntur: neq; ex his quicquā plane explicaret: hoc animaduertens: resumpta ratione ipsius rei causam adducit. Huius rei causam esse inquit: aues ex oui acumine: cartilaginea vero ex altera parte gigni: quod auium oua luteum ab albo separatum continēt: nam album per summa fluens luteum ambit: in piscibus vero ista commiscētur: et quod vnicolora sunt hoc causę habetur. itaq; quoniā album: principium videlicet vnde pullus procreatur commistum est: nihil est quod impediat cartilagineorum sobolem ex aduersa ēt oui acuminis parte oriri. non modo enim in cartilagineo genere principium per acuti anexionem: sed ex aduersa parte consistit. vna igit̄ causa quod cartilaginea ex aduersa acuti parte procreantur hęc habetur: alia vero cum inde facile perficiatur: peruium vmbilici officio ex vulua capiendi alimenti iter patet. cum ouū vuluę acuta ex parte adhęreat: si ab hoc principio quod ex aduerso videlicet acuti consistit pullus oritur: vmbilicum ab anteriori parte ꝑtendi: ac illā ex parte pullum alimentum capere necesse est. ex anteriori. n. pulli parte acumen qua ouum vuluę adhęret consistit. itaq;: cum vmbilicus ouum depascitur: ac demum acumini: et vuluę scilicet adhibitus sit (etenim vulua: acumenq;: anexionis: cohęrentięq; causa vnum sunt) ab anteriori parte ꝑtendit̄. Non autem hunc pręrendi: longiorē videlicet fieri dicimus: (hęc enim his quę non multū post referenda sunt aduersarentur) sed qua animal incrementum suscipit: crassescitq;: ad vuluam magis accedere necesse est. itaq;: vmbilicus prius cum pullus paruus admodum fuerat remotior: cum ipso pullo: ac a vulua magis fuerat seiūctus. Dehinc vero qua pullus incrementum suscipit: in maioremq; corpulentiam erigit̄: hoc magis vuluę adhibetur: demum et vmbilicus ipse in totum pulli corpus absumitur. Ut exempli gratia vulua coelum sit: pullus vero terra: vmbilicus pulli: mons caucasus: et caucasus quidem qualis est maneat: vt in maius incrementum erigi nequeat: terra vero in maius corp⁹ augeri: ac vndiq; pari portione incrementum capere censeatur. qua iā terra augetur: tantūdem et caucasum ad coelum accedere necesse est: idem et in pullo existimandum. Cum enim tale alimentum ab vulua facile attrahere asseruissz: addidit: hoc meatibus quibusdam trahere eo ipso principio facile est: principium qd̄ ex aduerso acuminis consistit: appellat. Nam vmbilicus alimentum ex ouo attrahit: ouum vero meatibus quibusdam ex vulua humores quosdā ruminat. quod vero meatus nonnullos esse quibus ouum ex vulua humores quosdam attrahere asserit: hoc ex ouis quę non absoluuntur plane constat: quędam enim (vt explicatum) a vulua ouum non absoluunt: nonnulla vero ab ipsis absoluta infra tendunt: et illic viuica efficiūtur. Alia vero infra tendūt: sed non a vulua absoluuntur: at ipsam tantū pertingunt. quemadmodum si meus cum alterius digito ab altera extrema huius libri parte ad alteram aliquando illum pertingēs: aliquando vero non pertingens procederet: ita et in his quos diximus ouis: quędā infra: vuluam non pertingentes demittunt̄: vt pluuia non tacto coelo: quędam vero ipsam pertingentes: vt: quę ex ramis arboris gutę eas pertingentes decliues pendent. hęc igitur oua: quę infra secedunt: queq; vuluam pertingunt: meatus habere certum est: nam animal perfectum ouo absumpto vmbilicū vtero adhęrentem cōtinet. itaq;: qr ouum vuluam pertingens ad inferiora demittitur: oui meatus ad ipsam ꝑtendi manifestum habet̄: et quoad in tali vuluę parte ouum humores quędam fuerit nactum: illud ibidem permanet: cum vero talem locum desiccatum reddiderit: alimenti materia alterius minime suppetente: ad proximum locū tendit: et ita quoad animal perfectum reddatur procedit. Horum quidē sensus talis: literę vero ordo vbi inquit: constat igitur vel ante meatus oui eodem tendere: et quę sequitur sic legendus. cōstat igitur vel ante meatus oui ad vterū tendere adhuc in ipso existente: in ipso: animali quod vulua ꝓditum est inquiens. quę vero de meatibus explanāda sunt: hoc in mustellarum genere leui cognomine accidere inqt̄. Ubi vero dicit: alterum enim vmbilicum habent: similiter: illud alter: tale est ac si vnum diceret: vnum enim vmbilicum habere dictū est. vmbilico enim in pulli corp⁹ absumpto: caro ceu vulnere quodam in cicatricē acto conglutinatur.

¶ Incrementuz oui simile vermi-
bus est. animalia enim: q̃ vermem
pariunt: primo exiguũ edunt: quod
per se augetur sine vllo annexu. cã si-
milis: vt in farina subacta humore.
fit enim massa ex parua magna par
te solidiore humescente: humida
spirascente: quod in animalib⁹ na-
tura caloris animalis facit: in massa
calor permisti humoris. Augentur
igit oua necessario ea causa: habẽt
enim excrementum massale: sed rei
melioris gratia: qm̃ fieri nõ potest:
vt totum suũ incrementum recipi-
ant: propter summam eorũ anima-
lium foecũditatem. hinc eniz ꝛ par
ua admodum excernũtur: ꝛ celeri-
ter augent: parua quod vter⁹ an-
gustior sit: q̃z vt tantam ouorũ copi
am possit capere celeriter: ne dum
per generationem mora in augen-
do protrahitur: genus pereat: quã-
do vel nunc magna pars editi par-
tus interijt. q̃mobrem genus pisciũ
praefoecundũ est. rependitur enim: ꝛ
compensat a natura interit⁹: multi-
tudine. sunt: quoꝝ vterus dehiscat:
ꝛ disrumpat: vt quae acus vocatur
prae magnitudine ouoꝝ. haec eniz
pro multis maiusculos habet con-
ceptus. q̃ eniz natura numero ade
merat: id magnitudini addidit. oua
piscium foris augeri: ꝛ q̃z ob causã:
dictum iam est. Sed ouũ etiam pi-
sces parere indicium est: quod viui-
peri quoqz pisces: vt cartilaginei:
primũ oua inter se pariunt. Totum
enim piscium genus ouipeꝝ esse cer
tum est: finem tamen nullum reci-
pit ouũ eoꝝ piscium: q sexu maris: ꝛ
foeminae distinguntur: ꝛ per coitũ
gñant: nisi mas suũ semen aspgat.

Cum celerius Incremẽtum o-
uorũ quę extra
emittuntur: his quę intus sunt asseueraret:
horum incrementum ouorum quę extra ce-
lerius perficiãtur vermium simile esse iquit.
quemadmodum vermis vt alimentum attra
hat nemini adhęret: vt ab eo cui adhęserit
ali: ac capere incrementum queat: sed ipse p
se vt nos: ꝛ equi: omniaqz perfecta animalia:
sic etiam de ouis existimãdum. ꝛ hoc ex fer-
mẽto quod quã mirabiliter in exemplum ad
ducit perspectum redditur. quemadmoduz
(inquit) in fermẽto parte solidiore: corpulẽ
tioreqz humescente: incrementum fieri acci-
dit: humidum a calore contemporati humo-
ris spirascit. Humorem autem salem nũcu
pat. quemadmodum igitur salis calor alte-
rum humectans: alterum spirascentem red-
dens fermẽtum ad auget: ita ꝛ in vermibus:
ac ouis fit: animalis calor qui eis insitus est:
alterum quod in ipsis magis terreum: corpu
lentiusqz humescendo: humidum vero spira-
scentem reddens: ipsa adauget. oua igitur
incremẽtum necessario his de causis capiũt:
extrisecus vero melioris gratia: ob plurimã
partus foecunditatem augentur: cum multa
sint: vterus capax esse eorum haudquaquaz
potest. Uterum angustum esse inquit: eo qd
in rectum quod angustum est porrigatur: ce-
leriter vero augentur: ne protracta mora p-
tus ab aliquo consumpti pereant. finem ta-
men nullum inquit ouum recipit eorum qui
sexu maris: ꝛ foeminę distinguntur: vt ex ip-
so animal sine mare gigni possit: nisi eniz his
mas semen suum aspergat: animal procreare
haudquaquam possunt.

¶ Sunt qui omnes pisces foemi-
nas esse opinentur: exceptis chartil-
agineis: sed non recte. putant eniz
eos q mares habiti sunt: differre a
suis foeminis modo plantaꝝ: in qui
bus altera fructificet: altera nõ: vt
olea: ꝛ oleaster: ficus: ꝛ caprificus:
sic pisces differre inter se volunt:
praeter chartilagineos: de ijs. n. nõ
ambigũt: quãq̃z similis ratio ptiũ
seminalium in marib⁹ omnib⁹: tuz
chartilaginei: tũ ouiperi generis ẽ:
ꝛ semen genitale vtriusqz suo tpe
emitti videt. vuluas etiam foemi-
nae habent.

Qui omnes Pisces cartilagineis
exceptis foeminas es
se opinantur: cartilaginea altera quidem foe
minas: altera vero mares assensi sũt: Qui o-
mnes pisces foeminas dictitant (qm̃ quosdã
ouis pditos: alios nũquam penitus anima-
duerterant) ꝛ ipsos oua nõ habentes foemi

nas esse asseruerunt: ꝛ mares cũ non sint esse existimant. quemadmodũ metaphorice: hoc est tralationis modo quasdam arbores fructiferas: vt oliuam: ficum: ꝛ his similes foeminas nuncupat: quę vero non fructiferę: vt oleastrum: caprificum: ꝛ si harum nulla neque mas: neq; foemina sit: ita ꝛ in piscium genere qui mares putãtur foeminę sunt: mares vero dicuntur quod nihil vt caprificus generent. hęc igitur absurda: quę illi opinantur: ꝛ falsa esse arguens inquit. quemadmodum igit in cartilagineo genere qui seminales meat⁹ continent mares dicimus: qui vero vuluis ꝑditi: foeminas: ita ꝛ in piscibus ouiperi generis dicere oportet: si omnes foeminę essent: omnes vuluas: nullus vero seminalem meatum haberet: at alij meatus: alij vuluas cõtinere inspiciuntur. qua nam igitur de causa cartilaginea meatibus ꝑdita mares sunt: ouiperi vero pisces esse nequeunt? Nam ꝛ alia ratio: quoniam quo tempore cartilagineoꝝ mares semen emittũt: eodem ꝛ cęteri pisces: ꝛ hi igitur mares erunt.

At qui non modo ouiperos: sꝫ etiã caeteros vuluas habere oporteret: quãuis diuersas: vt mulae hñt in genere veterinoꝝ: si genus totum ferũ foeminino eẽt: nec nisi sterilitate nonnulloꝝ dissideret. Nũc vero partim conceptacula habent seminis genitalis: partim vuluas: atq; in oibus: excepto rubro: ꝛ hiatula hoc discrimen est: vt aut conceptacula seminis prolifici hẽant: aut vuluas.

Quod vero Dicitur tale est: si omnes pisces foeminę essent nõ modo ouiperas vuluas habere: sed ꝛ qui nõ tales oporteret: quod mularum vuluis simile esset. quemadmodum enim mulę ꝛ si improles fiant: cum foeminę sint vuluas habent: ita ꝛ in piscibus qui non ouiperi sũt fieri necesse esset cum foeminę sint vuluas cõtinere: ꝛ eundem ad ouiparorum vuluas respectum habere: quem mularum vuluę ad equarum continent. Quoniam vero horum quędam meatibus: alij vuluis ꝑditi sunt: qui meatus habent mares: qui vero vuluas foeminę erunt.

Difficultas autem qua ita opinari mouentur: solui facile potest: cum rem quae accidit: audis. nullũ enim ex ijs: que coeunt tam multa parere posse aiunt: idq; recte: quae enim ex se generant perfectum vel animal: vel ouum: haec non ita pariũt multa: vt pisces: q oua pariũt: nam innumera q̃dam eorum multitudo ouorũ est: sꝫ illud non vidẽt: quam diuersa piscium oua ab auiũ sint aues enim: ꝛ quadrupedũ ouiperae: ꝛ siqua chartilaginea enumeranda sunt in hoc genere: perfectum generant ouũ: ꝛ quod editũ non recipiat incrementũ. at pisces imperfecta pariunt oua: q̃ foris incrementũ iustũ recipiant: eodemq; modo mollia: ꝛ crustata: quae quidem: ꝛ coire plane cernuntur: quoniam eorum coitus diuturnior est. alterum ẽt eorum marem esse: alterum vuluam habere certũ est. absurdum praeterea est: nisi in oibus generibus vis haec habeatur quõ in viuiperis est: alterũ mas: alterũ foemina. Causa vero ignorantiae eorum: qui ita censent: quod differẽtiae: quae multae: ac variae in animalium coitu: generationeq; sunt: non omnes pateant: sed paucarum quarũdam intuitu. Idem in oibus esse oportere arbitrentur.

Syllogismus Igitur seu ratiocinatio quę eos fefellit vt pisces omnes foeminas dicerent: talis. omnis piscis foecundus: nullum foecundum iuit: aut initur: nullus igit piscis init: aut initur. itaq; mas inter ipsos nullus: si esset quidem: quoniam nõ coeunt frustra vtiq; esset: nam mas coitus gratia habetur. aut sic. nullum eorum quę coeunt multiparum: omnis enim piscis multiparus: nullus igitur piscis coitu vtitur. qui enim vnam propositionem posuit: reliquam: ac cõclusionem missam fecit. Aristoteles igitur inquit: nullum eorum quę coeunt vt piscis foecũdum intra se est: extra vero foecundum esse: quid nam impedit? Absurdum quidem esse asseuerat: nisi in ouiperis omnibus alterum mas: alterum foemina sit: quid nam causę est: in alteris esse: in alteris vero nõ esse? causa vero ignorationis eorum inquit: quod coitus discrimina minime pateant. cum virorum foeminarumq; talem coitus modum temporis interuallo ani-

inaduertant:in subus vero talem qualis fit:
in his enim ꝛ pecudibus : bobusq; : ac alijs
(vt ita dicatur)mas in foeminam insilit. cum
idem in piscibus fieri nõ inspiciãt(Nam mas
piscis in foeminam nõ insilit)ipsos coitu o-
mnino expertes esse rati sunt:si autem hoc:
neq; mas est:qd verum haudquaquam ha-
betur . etenim ꝛ ipsi coitu quaз ocyssimo ab
animalibus diuerso vtuntur .

¶ Quam obrem:ꝛ qui conceptus
fieri aiunt captu seminis genitalis:ꝛ
qd a foeminis piscibus deuoretur:
rem:de qua verba faciunt : non te-
nent. Tempore enim eodem mares
semen genitale: foeminae oua hñt:
ꝛ quo foemina propius ad partum
accedit:eo copiosius:ꝛ humidi⁹ red
ditur semen genitale in mare : ꝛ vt
incrementum seminis in mare: oui
in foemina eodem tempore euenit:
sic emissio: nec enim foeminae vni-
uersum:sed paulatim pariunt:neq;
mares semẽ suũ vniuersũ emittũt.
Atq; haec oĩa ratione ita vsu eue-
niunt:vt enim in auiũ genere sunt:
quae sine coitu oua concipiãt:quaз
quam pauca:ꝛ raro: sed per coituз
magna ex parte implentur:sic in pi
scibus euenit:sed minus. Neque ta
men vtroq; in genere infoecunda
sunt:quae sponte constiterunt: nisi
mas suum asperserit semen : videli
cet in quibus mas quoq; est. Aui-
bus igitur : quoniam oua perfecta
exeunt:id fiat:cuз intus adhuc sĩt:
necesse est.at piscibus:quoniam im
perfecta oĩa oua eduntur: quãquã
non intus per coituз constitit ouũ:
tamen si extra aspersum est:seruari
potest:atq; in hunc vsum consumi
tur semen marium genitale: quapꝛ
pter: vna cuз ouis foeminaruз sub
sidet:atq; minuitur.aspergunt eni
mares sequendo in ijs:quae subin-
de eduntur ouis . ergo in piscibus
quoq; sexus discrimen maris : ac
foeminae est;omnesq; coeũt:nisi se-
xus alicui generi sit indiscretus:ꝛ si
ne maris genitura nihil ex ijs põt
generari.facit enim celeritas coit⁹
piscium: vt eius opinionis autores
decipiantur. Tanta enim celeritate
rem veneream peragunt: vt etiam
piscatores cõplures lateant. nemo
enim eorum aliqd tale cognitionis
gratia obseruat . Verumtñ coitus
visus est:eodẽ enim modo quo del
phini:pisces ẽt coeunt: anim ouen-
do supina per lapsum : qbus impe-
dimento cauda est . sed delphinoꝝ
abiunctio diuturnior est: piscium ve
ro huiuscemodi celerrima est . Ita-
q; cum eam non cernant:captu:si-
ue voratu seminis:ꝛ ouorum: quoꝝ
exploratum habent:mouentur vel
piscatores: vt stultã illam:ꝛ vulga-
rem rõnem de conceptione piscium
afferant:quã ꝛ fabulator Herodo-
tus scribit quasi seminis deuoratu
pisces impleantur:nec vident id fie
ri non posse.meatus enim:q per os
intro tendit: in ventriculum fertur
non in vuluam:quodq; ventriculũ
subierit:alimentum id effici necesse
est:concoquitur enim. Vuluae aũt
plenae ouorum cernuntur : quae
vnde quaeso subierint? Similis er
ror in gñatione quoq; auiũ euenit.
Sunt enim:qui coruos : ꝛ ibin ore
coire opinentur.iter quadrupedes
ẽt mustelam ore parere. Haec eniз
ꝛ Anaxagoras: ꝛ alij quidam natu-
rales autores scribunt : simpliciter
valde: ꝛ incõsiderate:q in auium ge
nere ratiocinatione illa fallunt : qd
raro coruorũ coitus cernat:rostro
rum coniũctio saepenumero: quae
omnibus id genus auibus solita ẽ.
quod in monedulis:quas mansues
alimus:planum est. Genus etiaз co
lumbinũ hoc idem facit. Verũ haec
quoniam coire quoq; visunt: ea fa
ma caruerunt. coruinum genus libi
dinosum non est . qppe quod paruз
foecundũ sit:coire tamen id quoq;
visũ est:sed enim nõ cogitasse que-

admodum semen ad vuluam deue
niat per vētriculuz: q semper quod
ingestum est: cum cocoquat: vt pa
tet in cibo perficiēdo: absurdum o-
mnino est. vuluas autez id quoque
auium genus: ⁊ oua habere cernit
iuxta septum. Mustelam etiā mo-
do caeterarum quadrupedum vul
uam habere certuz est: ex qua quo
nam pacto foetus ad os deueniat?
sed quia mustela paruos admoduz
parit: vt ⁊ caeterae fidipedes: de q
bus postea dicemus: ⁊ saepe catu-
los suos ore susceptos transfert: fe-
cit vt ita opinarentur. Quinetiā de
trocho: ⁊ hyaena stulte: magnoqz
errore narratur. hyaenam enim cō
plures aiūt: trochū Herodotus he
racleota scribit duplex genitale ha
bere maris: ac foeminae: ⁊ trochū
seipsum inire. hyaenam inire: ⁊ ini-
ri annis alternis: sed visa est hyae-
na mas: ⁊ altera foemina sui discri-
mine genitalis. locis enim nōnullis
penuria huius conspectus nō est.
verum hyaenae tam mares: quam
foeminae: habent sub cauda lineaz
quandam similem genitali foemini
no: quae qdem nota quāuis cōmu-
nis sit: tamē in maribus potius cer
nit: quia mares: quā foeminae ma-
gis capiunt. Itaqz q rē parum dili-
gēter considerant: in hanc aberrāt
opinionē: sz de his satis.

Illi quidem Marem in piscium
genere eē haudqua
quam concessere: alij vero marem qdem esse
asseuerabant: at semen non ex coitu: congres-
suqz i foeminas immittere: sed in aqua emis
sum inde a foeminis absorbii hoc vero illud
planum reddit vbi inquit: seminis deuoratu
pisces implentur. Deuorato enim inquit: ab
sorptoqz a foeminis seminerille implent: naz
reflectere quasi absorbere ait: eo quod retro
ad foeminę caudam marem semen emittere
opinati sunt. Hoc vero semen foeminę cor-
pore ad posteriora reflexo ad os ipsis positū
absorbunt. Hęc autem inquit afferunt: nihil
eorum quo nam pacto afferant exploratum
habentes: in hęc quę opinantur sic inquiens

inuehitur. tempore enim eodem mares se-
men genitale: foeminę vero oua habēt. si hęc
quędam prius pdixerimus: qd dicitur planū
redderet. Nisi mares prius plurimo admo-
dum semine repleantur: illud non emittunt:
sed primum cum ipsis parum: ac modicum
inest: coeunt: ac foeminas implent. Cum ve
ro ipsas impleuerint: qua in foeminis oua in
crementum capiunt: tantumdem in marib⁹
semen augetur: cum deinuz ipsę oua: tūc ma
res semen vicissim proicere incipiunt. Hęc
naturę ductu fiunt: vt ęque eodem tempore
tum foeminarum oua: tum marium semen se
cernatur: ne ipsis egredientia oua respergen
di facultas desit. semen quidem coitus tem-
pore ingressuz i ouorum constituendę naturę
causa existit. quod vero posterius egressis
ouis inspergitur ea auget: ac animalia pro-
creat. Quoniam igitur (vt dictum) eodem tē
pore quo foeminę ouis pditę sunt: ⁊ marib⁹
semen inesse: eas prius coitum passas fuisse
certum est. Ubi autem inquit: vt vero in a-
uium genere sunt quędaz: illud quod ait: sūt
quędam: additum est: quod non omnes sub-
uentanea edunt: nam quod adunca subuen-
tanea non edant: iam dictum. Et auibus quī
dem quo oua perfecta exeant cum intus ad
huc sunt: a mare aspergi necesse est: hoc qui-
dem illud explicat vbi inquit: vt id fiat ne-
cesse est. Nam prius dictum est: nisi magna
ex parte singulis diebus mas foeminam ini
hat: oua haudquaquam perficiuntur: piscius
vero extra a maribus inserguntur. illud xo
vbi inquit: quapropter subsidet: atqz minuit:
tale est ac si diceret: simul minuitur: quo enīz
e vulua egredientia oua minuunt: tantūdem
⁊ semen eo quod simul cum ipsis egreditur.
At vero illud vbi inquit: voratum enim semi
nis ⁊ ouorum: ⁊ piscatores de piscium conce
ptione stultam illam rationem afferunt: sic le
gendum: tum piscatores: tum Herodotus:
deuoratu seminis: ⁊ ouorum stultam rationē
afferunt: ⁊ quę nam stulta ratio plane edisse-
rit. graculus autem auis: merulę similis est.
At vero ⁊ columbinum genus: rostrorum cō
iunctione adinuicem cōferunt: sed quia plu-
ribus in singulos dies vicibus coire visunt:
ipsum rostris coire non afferunt: hoc vero il
lud explicat vbi inquit: ea fama caruerūt: co
lumbinum enim genus a naturalibus auto-
ribus talem famā minime sortitum est. Hyę
na vero foeminini generis nomen: sed quod
de vtroqz sexu pdicatur: nam hyęna eodem
nomine mas quo ⁊ foemina nūcupatur. hyę
na autem animal lupi simile est: quod cōplu
res tempestate nostra ephesi gannum appel
lant. Marem igitur Hyęnam cum foeminę
genitali vidisse memorant. Nam ipse quidē

mares hyenas sub cauda lineam quandam similem genitali foeminę habere asseuerat: genitale vero nõ esse: sed quia sępenumero: ac magis quã foeminas mares capi accidit: inspecta linea foeminę genitale eam esse arbitrantur. si vero ⁊ foemina caperetur: eã palam nihil ꝑter foeminę genitale continentes inuenirentur. sed de his inquit satis.

¶ De piscium generatione quaeres quam ob causam cartilagineorum: nec foeminae suos concept⁹: neq; mares suum semen spargere visuntur: cum generis non vimperi: ⁊ foeminae oua: ⁊ mares semen spargere soleant: causa vero est ꝙ genus chartilagineum semine minime abũdat. vuluas etiam foeminae ad septum positas continent. aeque eniz mares a maribus: ⁊ foeminae a foeminis differunt. sunt. n. chartilaginei minus copiosi geniturae. At vero mas ouiperi generis: vt foemina oua prae multitudine reponit: sic ipse spargit. plus. n. seminis hẽt: quam satis ad coitum sit: tendit enim natura potius absumere semen id ad augenda oua reposita: ꝙ ad primaz constitutionẽ. nam vt ⁊ ante: ⁊ mõ diximus. oua auium intus ꝑficiuntur: pisciũ extra. similis eniz quodãmõ generatio: atq; in vermiperis ẽ: ꝙꝙ imꝑfectiorem edunt conceptum: q̃ vermem pariunt: sed vtrisq; tam auiũ: quaz piscium: ouis ꝑfectionem mas adhibet. Uerum auium intus: cum intus ꝑficiantur: piscium extra: cuz haec imperfecta edantur. naz alias idem vtrisq; contingit. Auiũ igit̃ subuentanea: foecunda redduntur: ⁊ quae concepta maris diuersi coitu sunt: naturaz in eum: q post coierit: mutant. propria ẽt: quae incremento carent: cũ coit⁹ intermissus est: celeriter accrescunt. Cum repetitur coitus: non tamen quouis tẽpore: sed si prius: quam albumen secerni incipiat. At piscium ouis nihil tale ꝓscriptuz est: sed vt seruentur quamprimum mares aspergunt: cuius rei cã est: quod haec bicolora non sunt. hinc enim tp̃s his tale statum non est. At in auium gñe ratione sic euenit: cum enim luteuz: ⁊ cãdidum distincta inter se sunt: principium iam habetur: quod proficiscitur a mare. Istuc enim mas cõfert. Subuentanea igitur recipiunt generationem quoad fieri potest: perfici nanq; ad animalis vsq; foecũditatez impossibile est: sensibus enĩ opus est. At vegetalem animae virtutez obtinẽt: ⁊ foeminae: ⁊ omnia: quae viuunt: vt saepius dictuz est. quãobrem hoc ouũ: vt plantae cõceptus ꝑfectus est: vt animalis imperfectus. Quod si mas in corũ genere deesset: idem sane fieret: quod in pisciuz genere: si tale genus in iis est: quod sine mare progeneret. Dixi de his ante nondum exploratum haberi satis: nũc vero in omni auiũ genere: alterum mas: alterum foemina est: itaq; fit: vt qua plãta est: perficiat: quod non mutet a coitu: qua nõ planta: nõ perficiat: nec aliud quicquaz proueniat ex eo: quod genuit: neq; enim vt plantae simpliciter: neq; vt animalis per coitũ prouentus est.

Questio igitur Talis: qua d cã cartilagineoruz nec mares semẽ: neq; foeminę oua proyciũt: quę autem animal non edunt vtrunq; genus foeminę oua: mares vero semen emittũt: insperguntq;. quę quidem sic al soluẽda: si igitur cartilagineorum mas semen nõ emittit: quod nõ plurimo semine ꝓditus sit causa est: quod vero foeminę superius ad septum vuluas continent: ęque oua a maribus inspergi impossibile. Nam quibus ad genitalia vuluę positę: per facile oua a maribus asperguntur: quibus vero supra ⁊ ad septum. difficulter. Mares autem a maribus: ⁊ foeminas a foeminis ęque differre inquit. quemadmodum enim mares cartilaginei generis piscibus maribus geniturę minus copiosi sunt: ita ⁊ cartilagineorum foeminę piscium foemi

nis. At vero piscium oua similia vermipis quodámodo sunt:illud quodámodo additū est illius causa qd̓ adducit: vbi inquit: quanquā imꝑfectiorem edunt cóceptum: nā vermiperorum cóceptus qui oua sunt: piscium cóceptibus imperfectiores. Rursus auté paria videntur: qd̓ vtraqꝫ (vt dictum) ad sermēti instar incrementum capiunt. Et quidez piscium oua quoniam album a luteo discretuz non habét: nulli ꝑscripto tempori subiacēt: sed cum amaris semine respersa fuerint ꝑficiunt. At vero auium quoniam album ab luteo discretum continent: si priusquam subuentaneum in candiduz mutari coeperit amare inspergetur: perficitur. si illud cū iam in cādidum a luteo secretum fuerit inspergetur: perfectum non fiet: nam amare iam principium habet: videlicet qd̓ principium quod amare procedit agere debuerat: iam ꝛ sine eo perfectum est. Nam maris genitura ingressa albū simul a luteo secernit: ꝛ simul sensualis animę rationes ipsi ingerit: ꝛ duz albū: luteūqꝫ ab inuicem secernuntur: illud sic concoctum reddit. his vero: vt pote ab inuicem discretis mas nihil vlterius tradere valet: ouum tali concoctione qd̓ maris principium agit: indiget. subuétanei vero vt plantę foetura perfecta est: nam vegetalem: auctiuaꝫqꝫ: quę in plantarum foeturis inspiciūtur: obtinet: quas: vegetalem: auctiuáqꝫ vtráqꝫ mas simul: ac foemina largitur. sed qua ꝑtus impꝑfectus subuentaneū est: eo quod sensuali anima eget: hęc enim a solo mare tribuitur.

¶ Quae autē oua coitu ꝯcepta: discreta iam sunt in albuminis portionem: haec pro eo: qui primuz coierit mare euadunt: iam eniz vtrūqꝫ principium obtinent. Molliuz etiā partꝰ similis est: vt sepiae: caeterorumqꝫ id genus: atqꝫ etiam crusta torum: vt locustae: ꝛ reliquoruz generis eiusdem. pariunt eniz ea quoqꝫ per coitum: ꝛ quidez saepe mas coniunctus cum foemina visus est. Quamobrem hinc ēt historice nequaquam dicere illi videntur: qui pisces omnes foeminas esse autumant: nec per coitum parere. haec enim oriri per coitum arbitrari: illa non: absurdum iam est: aut si haec ita parere illos latuit: indicium imperitiae est. diutius haec: quaꝫ caetera coeunt more insectorum ratione. sunt enim exanguia: ꝛ ob eaꝫ rē: frigida natura. sepijs: ꝛ lolliginibus oua gemina apparent: quoniā vulua earum ita articulata est: vt bifida cernatur. At polyporum ouum simplex est.

Dubium Alicui ea quę dicuntur afferent: quo nam pacto cum pullum mari qui posterior inierit similem euadere asseruisset: nunc pro eo qui primum coierit fieri inquit: Ipse questionem satis accurate absoluit: cum illud adduceret: discreta iam sunt in albuminio portionem: sic potentia inquiens. Si maris coitus qui post coieritante quam in album commutatur fieret: pro eo qui post coierit mare euadunt. Si cum iam in album conuersum esset iuire euz accidet: tunc pro eo qui primum inierit: certa ratione fit. Nam in album iam commutatum: vtrunqꝫ principium: maris videlicet et foeminę obtinet: nec sibi iaꝫ aliquo vlterius opus est. Quod vero in litera est: vbi inquit hęc enim oriri per coitum arbitrari: illa vero non: hoc absurdum iam est. Nam arbitrari mollia quidem ex coitu parere (sepenumero enim coeuntia visuntur) alios vero pisces non ex coitu: a ratione procul habetur. Si illos ꝛ mollium coitus latuit: eorum in rebus plurimę inscitię: ignorātięqꝫ indiciū est. Mollium autem inter posita temporis mora cum natura frigida habeantur coitus fit: cuꝫ frigida natura sint: quo calida reddātur plurimo motu indigent.

¶ Causae forma eoruꝫ vteri: quae spē rotunda: conglobataqꝫ est. fissio enim eius iam repleri incerta ē. Locustarum etiam vulua bifurcis est: conceptum haec quoqꝫ omnia imperfectum eadeꝫ de causa edūt: locustacei generis foeminae apud se partum exponunt: quādobrē ampliores ipsae: quā mares habent tabellas: vt oua seruentur: mollia foris reponunt. foeminis huius generis mares aspergunt: quomodo omnis mares in genere pisciuꝫ: redduntur qꝫ oua eorum glutino cobaerētia ad speciem vuae. At locustaceis tale quid fieri: nec visum est: neque

ratione exigitur. conceptus eniz co
rum sub foemina continetur: ⁊ cru-
sta intectus est. Incrementum tam
eorum: q̄z mollium oua foris recipi
unt: sicut piscium. adhaeret ouo se
pia nascens parte sui priore. hac. n.
tantum potest adhaerere: cū haec
vna partem posteriorem: ⁊ priorez
eodem habeat. Quae nam situs di-
spositio sit eius: cum oritur: peten-
dum ex historijs est. de ortu caetero
rum animalium: tum pedestriuz: tū
volatilium: tum etiam natatilium
diximus.

Polyporum Ouum vnus esse ⁊ specie rotundus causam inquit: quod ad ipsam sphericam: ro tundiq3 speciem formatur: quę fissiones quę in ipsa est palam perspicuam esse nō finit. At vero ⁊ locustacei generis foeminas apud se partum exponere assueverat: non enim in ter ram proiecta oua vt pisces aspgunt: sed ta- bellas dorso adhęrentes sub cauda cōtinēt: ⁊ ibi expositum animal pariunt: ⁊ ita anima lia nō autem oua progenerant. tum etiam mollium quidem foeminis oua mas insper gis: ⁊ oua omnia vnum quoddam: ⁊ coherē- tia vt fermentum: ac conglutinata vt viscuz: seu quid tale aliud fiunt. Quę aūt locustacei generis: i coitu mas īspergit: Cū vero oua iā ad tabellas progrediuntur: quibus sub dor- so locus: vt ea inspergat impossibile quidem habetur. sed ⁊ si inspergendi ea facultate pręditus esset: vnum: ac conglutinata: cum natura dura habeantur nunquam efficeret. Oua vero locustaceorum: foras in tabellis vt aliorum in limo incrementum capiunt. At vero sepię pullus: hunc enim dixit sepias quę in ouis nascitur: nam pullus qui ex ouo percatur parte sui priore adhęret. Alio rum quidem pulli infra ad genitalia adhę- rentes fiunt: sepię vero pullus ad nares par- te priore: cum hęc in simul partem priorem: posterioremq3 natura redegerit: ⁊ corpus eo rum quasi circulare effecit.

¶ De insectis: atq3 crustatis hoc
loco dicēdum est: via: ⁊ ratiōe: qua
coepimus. At primum de insectis:
haec partim coitu: partim sponte
oriri: dictum iam est. item vermicu
lum ea parere: ⁊ quam ob causam:
ita pariunt. genus hoc enim omne
fere vermiculum quodāmodo pa-
rere videtur. conceptus enim: q im
perfectior est: talis est. in omnibus
autem: vel ijs: quae perfectum pa-
riunt ouum: conceptus primus in-
discretus adhuc recipit incremen-
tum: qualis natura etiam vermis
est: mox alia conceptum suum ouo
perfecto edunt: alia iperfecto: quod
extra pficiatur: vt saepe de piscib⁹
dictum est. Quae vero intra se pari
unt aīal: ijs quodammodo post pri
mum conceptum ouiforme qddam
efficitur. humor. n. in membrana te
nui continet: perinde q̄si oui testam
detraxeris: quamobrez depravatio
nes conceptuum: q̄ per id tpis acci-
dunt: fluxus vocant: sed insecta: ⁊
vermē generāt: quae vim obtinēt
generādi: ⁊ quae non p coitum: sed
sponte naturae oriuntur: ex tali ori-
gine ꝯsistunt. nam ⁊ erucas genus
esse vermis cēsendum ē: ⁊ foetum
araneorum: quāquam pp figurae
orbiculatā spēm similia ouo: tuz eo
rum nōnulla: tuz alia complura pri
mordia eē videantur. verum non fi
gura: nec mollitie: aut duritie ouuz
definiendum est. Sunt enim conce
ptus nonnullоruz duri: quāuis ouo
diuersi: sed quod totum mutet: nec
ex parte eius animal gignat: id ver
mis ē. omne aūt hoc vermiculi ge-
nus: vbi suae magnitudinis finem
recepit: quasi ouum efficit. indure-
scit enim putamē eorum: ⁊ tantisp
immota reddūtur: quod in vermicu
lis apum: ⁊ vesparum: atq3 ēt in e-
rucis apertum ē.

Hic de Insectoruz crustatorumq3 ge neratione via qua incoepi mus dicendum inquit: in cęptum inquieno ex eo quod generationis modum adducit: quod idem est ac si efficientem causam red- deret: quę vbi de animalium partibus tra- ctauit missa fecerat. Cum autem asseruisset item vermiculum ea parere: addidit: genus

hoc enim omne fere tum pedestrialium ex peda vermiculum primum quodammodo parere videtur: ⁊ huius causam ex eo adduxit videlicet: conceptus enim qui iperfectior est: talis est. Itaqꝫ: si omnium partus primũ imperfectus: quod imperfectum vermis videlicet est: omnia igitur vermiculuꝫ pariũt. Quod autem quodammodo inquit: huius gratia hoc quodammodo additum est: qȯ non pręcipue vermis est: sed quemadmoduꝫ totus vermis: ⁊ ex impfecto in aliud quoddam perfectuꝫ commutatur: ita ⁊ cóceptus. Sed ⁊ in his quę intus pfectũ ouum edunt tale fit. idiscretũ incremẽtũ primus ꝯceptus suscipit: cum nó in se animalis partes descriptas: ac priori designatióe expressas augeat: sed cum iam auctum: perfectumqꝫ ouuꝫ redditur (vt sępenumero dictum) priori designatione formatur. Talis vero ⁊ vermis natura: etenim in hoc etiam postea quam incrementum suscipit: partes eius quod ex ipso procedit designantur. postea inquit: post ea videlicet quę nuper rettulimus: quędam quidem perfectum conceptum edunt: perinde (inquit) quasi oui testam detraxeris: quod deinceps a testa reliquum est: cum candido luteoqꝫ membrana est. Ita in conceptu euenit qui primus a membrana continetur. At vero insecta quę gignunt: cum iam ediderint: soboles eorum vermes sunt: ⁊ hęc non ex coitu: sed sponte oriuntur: vt quę aurelię appellantur: ex tali primum vermiculari constitutione procreantur: exeruceis quę vermium generis sunt proueniunt. At vero ex foetu araneorum: atqui: ⁊ araneę propter figurę orbiculatam speciem ouo similes videntur: sed oua non sunt: si enim ouo: vt ouũ sit esse est: altera eius portio animal: altera alimentum fiet: non enim totum ouum est: quod in animal conuerti: sed album tantum facultatem continet. Araneorum vero: ⁊ aliorum omnium: cũ integrę portiones totę poenitus in animalia conuerti queant: oua minime sunt. Non enim (inquit) quoniam tali figura aut tali molicie: aut duricie sit ouum: aut vermem esse definendum est: sed quod totuꝫ mutetur: nec ex parte eius animal gignatur. hoc est: si quidem integra eius portio in animal commutari potest: hoc vermiculum dicendum. Si vero altera eius pars in animal cóuerti potest: altera minime: hóc ouum appellares. Illud vero vbi inquit: omne autem hoc vermiculi genus: idem fit quod nuper explicatum est: vbi inquit: sed quod totum mutetur. Etenim quod dicitur tale est: quę autem vt tota transformentur facultatem continent: talia vermiculari specie cuncta dixeris.

¶ Cuius rei causa ē: quod natura ṗ sua impfectione quasi maturans ante: quam tempestiuum sit: ouum pariat: tãquam hic vermis ad icrementum oui mollis adhuc pergat.

Ex his Causam adducit: cur primus qui mouetur vermis gignit: ⁊ qui integer animal est: dehinc auctus ouum insensibile: ac immobile fit: demum aliud animal pręter vermem efficitur. Natura igitur insectorum inquit cum intra se alere: ac pre sua infirmitate partuꝫ perficere nequeat: illum imperfectum edit. itaqꝫ: si pręter quod illud imperfectum gignit: ⁊ inanimatum: aut sensu carentem procrearet: corrumperetur quidem: si vero hoc esset e rerum natura insectorum genus celerius deficeret. ideo quod tale animal quod ali possit ex se producit: ⁊ illud quoad perfectum reddatur alimentum suscipit: cum iam perfectum fit moritur. ipsi enim viuere: ac vesci vt perfectum reddatur permissum est. At vero cum iam perfectum efficitur: ipsi nec cibo: neqꝫ vita pręterea opus est: ac ideo occidit: ⁊ tunc vt ouum a putamine circumseptum est: dehinc quod intus in tali putamine consistit tempore quasi ab aue foctum: ac in animal conuersum: egreditur. Sensus quidem eorum quę diximus talis. At vbi asserit: tanquam hic vermis ad incrementum oui mollis adhuc pergat: illud ad incrementum tale est acsi diceret: cum vermis incrementuꝫ suscipit: ouũ molle est: sed perfectum vt auium ouum obarescit.

¶ Hoc eodem modo in caeteris quoqꝫ euenit oibus: quae non coitu oriuntur: vel in lanis: vel alijs huiuscemodi: atqꝫ etiam in aquis. Omnia enim post vermis naturaꝫ motu cessant: ⁊ putamine obarescunt. mox rupto putamine exit: veluti ex ouo animal tertia perfectuꝫ generatione: idqꝫ pennatum magna ex parte. Ratione illud etiam euenit: quod iure multi admirent. Erucae enim cum primo capiant cibum: mox non capiunt: sed motu cessant: quae per id tempus aurelie a nonnullis vocantur. Vesparum etiam vermiculis: ⁊ apum idem accidit. post deinde quae nymphae

appellantur:prouenīūt:q̄ nihil hu-
iuſcemodi hēant. Quorum.n.natu
ra adepta ſuum finē:non inſup ac-
creſcit:ſ3 ante augetur:⁊ alitur:do
nec diſtinguatur:⁊ fiat ouum perfe
ctum.vermium autem alij hoc itra
ſe habēt vnde excrementum ipſis
nutriēdis accedat:vt vermes apū:
⁊ veſparum: alij deforis capiunt:
vt erucae: ⁊ caeterorum nonnulli
vermium. Sed quamobrem tripli
cem generationem haec ſortiātur:
⁊ q̄ de cauſa ex motis immota red-
dantur:explicatum iam eſt. Oriun
tur eorum alia p coitum more ani-
um:⁊ viuiperorum: ⁊ piſcium par
tis plurimae: alia ſponte modo nō
nullarum plantarum.

Lanas nunc Sericum quod a
pleriſq3 confici ſo-
let nuncupat:vermes enim quidam hoc con
ficiunt:quorum ortum non ab re fortaſſis ex
plicare viſu3 eſt:animalia quędam pennata:
mares videlicet:foeminęq3 mutuo ad inuicē
complexu copulantur. Horum vero ex coi-
tu vermiculata quędam: ſed ſenſu carentia
oriuntur:quę foeminę in laboribus conficiē
di ſerici operatę:in ſinus cōiecta tepefaciūt:
quo ad incrementum:animaliſq3 formā ca-
piant.at poſtquam in animal conuerſa ſunt:
cribris impoſita:eiſq3 mori folia obicientes:
ex his deſumpto alimento incrementum ca
piunt: ac ita eorum quodque orbiculato ſi-
bi putamine conſtructo:interyt:ſiquide3 hoc
putamen in ſericu3 reſolutum redditur: ex
quo confracto:non multu3 poſt temporis vo
latile animal egreditur: quod vermen pro-
creanti ſimile ſit:⁊ hoc pacto ſemper idem
ſequitur.ſed ⁊ ex hoc volatili rurſus vermis
gignitur:ex hoc vero lana: putamen: vola-
tileq3:⁊ ex hoc volatili rurſus vermis: ⁊ ſic
ſempiternum fit.⁊ volatilia autem pennas
nuncupati quod diu (vt opinor) pedeſtria
ſint.cum autem ⁊ apu3 vermiculis quę nym
phę appellantur idem accidere dixiſſet:addi
dit:quę nihil huiuſcemodi habent:quod ta-
le eſt ac ſi diceret: cum iam nymphę edite
ſint:nullum alimentum capiunt. Ubi vero
inquit:habent vnde excrementum ipſis nu-
triendis accedat:quod ait tale excrementu3:
pro alimento poſitum eſt. Eſt autem quod
dicitur tale:vnde nutriendis ipſis alimentū
accedat.quęres fortaſſis tu3 ex his:tum quę
deinceps referuntur: quo nam pacto cum
prius totum vermen in animal permutari aſ
ſeruiſſet:⁊ in hoc ab ouo diuerſum ſit:quod
ouum totu3 in animal commutari nequeat:
nunc quidem hoc obſcure explicat: alteram
eius portionem animal:alteram alimentum
fieri.hoc autem dici ſic poſſet.hi quidem in-
tra ſe tale: alimentum videlicet continent:
ſed hęc deinceps planiſſime ediſſeret.hoc nō
inquit quod vermis totus tranſmutatur:ſed
quia quod alimentum factum eſt:animal fie
ri poterat.oui vero portio quę alimentu3 fa
ctum eſt:ouum fieri minime poteſt.

¶ Apum generatio magnam reci
pit ambiguitatem: ⁊ quaeſtionem.
cum enim in genere piſcium talis q̄
dam ſit gn̄atio nōnullorum: vt ſine
coitu generent: hoc idem in apib9
etiam euenire videt:quoad ſenſus:
rōq3 apparens admoneat: aut.n.
aliunde portare foetum eas neceſſe
eſt: vt quidam volunt: eumq3 vel
ſponte naſcentē: vel ab aliquo:ani-
mali aditu3:aut ipſas generare:aut
partim portare: partim generare.
nā id quoq3 aliqui dicunt:fucorūq3
foetum tantum portari opinantur.
Item generare eum aut per coitū:
aut ſine coitu:⁊ per coitum genera
re: aut ſingula genera per ſe: aut
quodlibet vnum:caetera aut aliud
cum alio iunctum:vbi gratia:apes
ex apibus coeūtibus inte ſe gigni:
fucos ex fucis:reges ex regib9: aut
caetera omnia ex vno: vt ex ijs: qui
reges:ac duces vocantur.aut ex fu
cis:⁊ apibus. Sunt enim:qui fucos
mares eſſe:apes foeminas arbitren
tur.alij contra:apes mares eſſe: fu-
cos foeminas opinantur. Quae oia
impoſſibilia ſunt rōcinanti: partim
ex ijs:q̄ apibus priuatim eueniant:
partim ex ijs:q̄ cu3 caeteris ſint ani
malibus cōmuniora. Na3 ſi non ip-
ſae pariunt:ſ3 aliunde portant foe-
turam:oriri apes oportet:et ſine vl
la opera apum:ſ.eo loco:de quo ſe-
mē portetur. cur enim tranſlatitio
ſemine oriantur:manente ſuo loco·

non oriantur? p:sus oriri nihilominus conuenit: siue sponte in floribus semen id nascitur: siue ab aliquo editur animali: quamquam non apes: sed illud animal gigni oportebit quod semen generet. ad haec mel portari ab apibus rationis est: cibus est enim. at foetum alienigenam deferre absurde crediderie. naz cuius rei gratia quaeso? quando ois labor:q prolis causa suscipitur in ea: quae propria esse videtur: ,ple versatur. nec vero apes foeminas esse: fucos mares ratio patitur. Arma eniz ad pugnam: viresqz exercendas nulli foeminae a natura tribuunt. Sunt aut fuci inermes: carent .n. aculeo. Apes oes aculeo armantur: nec contra dici ratione probabili potest: apes ee mares: fucos foeminas. mas eniz nullus solet in prole elaborare.

Ex his Que apparet apibus ipsis quod z piscibus quibusdam similes: vt hiatulis: rubellionibusqz accidere inquit: de his sepe iam dictum quod sine coitu procreare videntur: z cum hoc asseruisset: a diuisione questione vtitur. Nobis autem non ab re esse videtur: priusquam eorum que ad literas attinent explicationem aggrederemur que Aristoteles opinatur differere. Nam apes que reges appellantur: z seipsos: z apes sine coitu procreant. ex apibus vero: eque absqz coitu fuci gignuntur: ex his nihil penitus procreatur: sed ipsi desides: ac improli vitam p agunt: z hoc sequi ratio ipsa videt: duo quedam que in regibus sunt diuina: admirabiliaqz habentur: cum z seipsos: z apes edant. Apibus vero vnum tantum officium: fucos procreandi demandatum. Reliquum igit est: fucos vti nil admiratione dignum agere censeamus: sed hec sic pfari visum. At vero hec diuisio sic habetur: si apes seipsas: non autem reges eas producunt: ipsas aliunde genituram ferre necesse est: sunt quidaz qui aiunt: illam apes in plantarum quarundam folijs: saxisqz inuenire: vnde collectum in vasa quibus consistunt deferunt: illicqz foetum ex ea apes gignere. Si igitur genituram aliunde adferant: z hec aut sponte oritur: aut illam aliud quoddam animal procreat: aut ea ab ipsis oritur: vel modo quo diximus partim eam aliunde ipse ferut: partim generat.

Nam quidam afferunt: genituram vnde fuci procreantur apes aliunde ferre: vnde vero ipse: ex se gignere. z si gignunt: id vel coeuntes ipsas: aut sine coitu agere necesse est. z si coeuntes gignunt: aut quodlibet genus p se: mares videlicet apes cum foeminis coeuntes: apes gignere: reges reginas insilientes sibi similes edere. eodez pacto z de fucis existimandum. Vel vnuz ex his alia producit: vt verbi gratia reges z se ipsos: z apes: fucosque generant. Aut apes z seipsas: ac reges fucosqz: vel fucos se ipsos: cunctaqz alia. Horum inquit cuncta vno excepto falsa habentur: non omnia falsa esse asseuerat. Reges .n. z se ipsos: z alia gignunt: vno tantum excepto alia cuncta impossibilia ex his que tum ceteris animalibus: tum ipsis eueniunt habentur. At litere explicationem agentes: quenam sint ex his que ceteris animalibus impossibilia eueniunt: z que his que apibus: referemus. differere igitur protinus quod primum est sic inquiens rem aggreditur. Naz si non ipse pariunt: sed aliunde portant foeturam: cur illa z sine apibus per se ipsam ab anni tempore in apes non commutatur? plerâque cum tempus in animalia commutare solet. que vero deinceps sequuntur plana habentur. Sciendum autem: quod quecunqz laborem sobolis causa suscipiunt: cur id agat ex his que alijs eueniunt indicio fit: Si apes mares: fuci vero foemine essent: ipsas: nullum laborem prolis causa subire oporteret: nullum etenim mas sobolis gratia laborem suscipit: etsi laborat: aut ex pari cuz foemina: aut ipsa minus. Nunc autem fuci nullos labores subeunt: sed apes omne curam prouide adhibent: hac de causa apes mares esse haud quaquam existimandum. Sed neqz foemine quidez sunt: si eniz foemine essent: ipsas aculeos quibus armantur habere minime oporteret. Sciendum: z hoc ex his que alijs eueniunt dependere: quod igitur apes nec foemine: neqz mares sint: iam patet. at vero fuci si mares essent: aculeo armarentur: sed ipsis quidem carent: ac eorum expertes penitus sunt. si vero foemine essent: circa sobolem labores subire oporteret: sed cuz in ea nihil laborent: foeminas haudquaquam existimandum.

Quod apes faciunt oino: cum foetus fucorum gigni videatur: Et cum nullus est fucus: apum autem non gigni sine regibus: z quidem ob eam rem foetum fucoruz tantum portari aliqui putant. Constant non per coitum gigni: vel ex alterutro

genere secuȝ coeunte: vel ex apib⁹: ⁊ fucis. portari etiam foetum fucorum tantum: cuȝ impossibile sit: ob ea: quae modo diximus: tum ratio aspernatur: vt in genere toto earū talis affectio non eueniat: quoniaȝ etiaȝ fieri non potest: vt ipsae apes: partiȝ mares: partiȝ foeminae sint. In omnibus enim generibus mas a foemina differt: generarent etiaȝ seipsae. At nullus earum cernitur foetus: nisi duces assint: vt aiunt.

Illud quod Inquit gigni videatꝰ: ac si diceret inueniꝰ: quod vero inquit tale est. Cuȝ in vase in quo apes sunt nullus omnino fucus sit: iter ipsas mox fucorum foetus inspicitur: foetus videlicet ex quo fuci oriuntur: nam fucorum foetus: hoc tale est ac si diceret: foetus q in apes transmutatur. Si iam cum fucus omnino nullus sit: cum apibus ipsis eorū foetus cernitur: fucos non ex mutuo apum coitu oriri certum est: etenim apum genus neqȝ mares: neqȝ foeminas esse demonstratuȝ est: neqȝ ex apuȝ: fucorumqȝ coitu pari modo fucos procreatos censendum: qui cū eino penitus nō sint: at ipsi tamē esse visuntur. hoc igitur perstringendum: quod ex his quę ipsis accidūt indicio sit: ne forte igitur dicendum sit quod apes fucorum foetus ferant: hoc enim reliquum est: sed ⁊ hoc iam impossibile esse demonstratum. Aliter etiam: quoniam tum reges: tum crabrones: vespeqȝ: eiusdem cuius ⁊ apes generis sunt: hęc enim communionis genere cum apibus participant: ⁊ ista foetus extra adducere oportet: hoc vero ex his plane reddidit vbi inquit: tumꝰ ratio aspernatur: vt in genere toto earuȝ talis effectio non eueniat.

Commune autem argumentū tam ad agendam vicissim generationem: quam ad eam: quam fuci efficiant: ⁊ siue seorsum: siue promiscue agi dicitur: quod nullum eorū coire vnquam visum est. At saepe numero eueniret: vt coitus cerneretur: si alterum mas: alterum foemina in ijs esset. Reliquum est: vt si per coitum oriantur reges coeuntes inter se generent: at fuci oriri vi suntur: etiam cum nulli sunt duces quorum foetum nec portare: neqȝ: parere apes suo coitu possūt. Relinquitur itaqȝ: vt quod in piscibus euenire videmus apes sine coitu fucos generēt: ⁊ foeminae sint: qua generant ratione: sȝ habeant intra se: vt plantae sexum maris: ⁊ foeminae. quamobrem ijs datum est instrumentum ad pugnam. nec foeminā appellandum est: in quo mas distinctus non est. quod si in fucis id euenire videtur: ortusqȝ eoruȝ existit sine coitu: iam ⁊ apibus: ⁊ regibus eandem seruari rationem necesse est: vt sine coitu procreentur. Caeterum si sine regibus gigni foetus apum videretur: apes etiam sine coitu ex se generari necesse esset: sed cum hoc negent: qui in eorum animalium cura versantur: relinqtur vt reges ⁊ se generent: ⁊ apes.

Quod inquit Ad agendam vicissim generationē: idem est ac si diceret: neqȝ vicissim. Quod vero dicatur tale est: communis vero causa neqȝ ex mutuo apum coitu apes procreari: neqȝ ex apum fucorumqȝ coitu fucos: nunquam enim visum neqȝ apem cum ape: nec fucum cum fuco: neqȝ apem cum fuco: nec fucum cum ape coeuntes. Quod vero inquit: reliquū est vt si qui p coitum oriantur reges coeuntes inter se generent: pręter quam opinatur hoc inquit: nam neqȝ ipsos coire afferet: sed hec vt diuisioni: adherētia posuit.

Itaqȝ cum singulari quadaȝ: peculariqȝ natura: genus sit apum: ortus quoqȝ earum peculiaris merito esse percipitur. nam vt apes sine coitu generent: minus propriuȝ est: cuȝ ideȝ vel in alijs eueniat animalibus: ne idem procreent genus ꝓprium est. rubri eniȝ generant rubros: ⁊ blatulae blatulas: cā est: qꝛ ipsae generantur: non vt muscae: ⁊ reliqua id genus animalia: sed ex diuerso: tamen cognato genere ꝓdeunt. ex ducibus enim oriuntur

quamobrem ꝓportio quodammō
in eorum generatione seruatur. du
ces enim magnitudine fucis: aculeo
apibus similes sunt. Apes igit̄ acu-
leo regib⁹ assimilantur: fuci magni
tudine. aliqd. n. discriminis inesse ne
cesse est: nisi semper genus ex quo-
uis idem gigni necesse sit: quod im-
possibile est. ita enim genus totum
duces essent. apes itaq; viribus: ⁊
pariendi facultate similes ducibus
sunt: fuci magnitudine aemulant̄:
quod si aculeum quoq; haberent:
duces vtriq; essent: sed nūc idipsum
ex proposita quaestione restat: ⁊ so
lutum iam est. q̄ enī superius dicta
sunt: totam hanc soluunt quaestio-
nem. duces. n. ӯdem similes sunt ge
neri vtriq;: qua enim aculeum ge-
runt: apibus: q̄ magnitudine p̄stāt:
fucis assimilantur. ꝯ duces ēt ipsos
ex aliquo gigni necesse est. Itaq; cū
nec ex apibus: neq; ex fucis creent̄:
ipsos se ēt generare necesse ē. Cael
lulae eorum nouissime construunt̄:
nec multae numero. Itaq; euenit
vt duces generēt ⁊ seipsos: ⁊ aliud
genus: quod apum est. Apes aliud
generent: idest fucos. ipsi vero fuci
non insuper generent: sed hoc ipsi
priuentur. Cum enī semper quod
secundum naturam est ordinem ha
beat: ideo fucos ea quoq; facultate
priuari: vt aliud generent: necesse
est: ⁊ quidem ita hoc euenire vide-
mus. ipsi enim generantur: nihil ve
ro aliud generant: sed in ternario
numero finem generatio recipit: at
q; adeo bene institutum est a natu
ra: vt semper haec genera seruent̄:
⁊ nullum deficiat: quamquam non
omnia generent.

Quod Singulare inquit: tale est ac si
diceret admirabile: ⁊ quod ab
alijs diuersum sit. admirabile igitur: diui-
numq; apum genus nuncupat. admirabile
Illud quidem: sed ⁊ mel mirabile quoddā:
ac generatio ipsarum peculiaris: admirabi-
lisq; apparet. Quod autem ipsę generent: ni
hil mirabile quidem: quod vero gignentes
diuersū a se genus: fucos videlicet procreēt:
hoc mirabile habetur. Ubi vero inquit: ru-
bei enim generant rubeos: ⁊ hiatulę hiatu-
las: hoc ceu admirabilis eorum generatio-
nis causa adductum est. Sic enim positum
est ac si diceret. nam si ex ipsis etiam sine ma
rium coitu rubri: hiatulęq; oriuntur: ipsi ta-
men sibi similes: apes vero a se diuersū pro
creāt. causa vero eas diuersū gignere: qȯ ex
regibus: diuerso videlicet a se genere ortum
producant. At illud quod ait: aliquid enim
discriminis inesse necesse est: nisi semper ge-
nus ex quouis idem gigni necesse sit: hoc ta-
le est ac si diceret: quod ex regibus gignitur:
in eo aliquid discriminis esse necesse est. nisi
vero inter eos discrimen sequeretur: ⁊ ipsas:
ac earum sobolem deinceps reges esse opor
teret: ⁊ semper quod ex ipsis regibus orit̄: re
ges fieri: nō. n. id idē ex quouis gigni opus
est: natura enim vt mirabile aliquid produ-
cat: nonnunquam conari solet. Quoniam for
tassis quęreres: quo nam pacto cum reges
a fucis diuersi sint: eos regibus similes ap-
pellas: addidit: sed nunc id ipsum ex pro-
posita quęstione restat: videlicet extra omnē
quęstione hoc reliquum sit ac si diceret: in
hoc nihil quęstionis inest. Siquidē in eo qȯ
magnitudine regibus assimilant̄: ēt aculeo
p̄diti essent: nūc ipsos si regib⁹: assimilari dice
remus: quęstioni quidem eorum locus esset:
quoniā vero aculeo carēt: ab oī procul dubio
qȯ dicitur cōsistit. Cellulas autē: fauos in q-
bus genituram exponunt nuncupat. Talis
siqdem genitura duplex habetur: altera qui
dem vnde apes: altera vero vnde reges pro
creantur. Nam primum a regibus cellulas
inquit exponendę apum geniturę gratia con-
stitui: mox ad proprios vsus paucas nume
ro fabricaut.

Ratione illud etiam euenit: vt
annis prosperis copia mellis proue
niat: ⁊ fucorum: imbribus vero cre
bris foetus omnino superet. humor
enim facit plus excrementi in corpo
ribus ducū. Anni vero temperies
facit hoc idem in apibus: cum enim
corpore sint minore: temperiē ma-
gis desyderant. Recte etiam reges
intus manent immunes omni nego-
cio necessario: quasi nati a sobilis ꝓ
creationem. magnitudine itē prae
stant: quasi ad prolem generandā

corpus eorum sit institutum: conue
nit ⁊ fucos ociosos: inertesqꝫ esse:
cum nulla habeant arma: quibus
de cibo possint dimicare. Cumqꝫ pi
gritia: tarditateqꝫ corporis degene
rent apes: medium inter reges: ⁊ fu
cos magnitudine tenent: ita enim
vtiles ad negocia: officiosaeqꝫ opa
riae esse psit: vtqꝫ ⁊ filios alant: ⁊
parentes: quin ⁊ sequi suos reges:
vt faciunt: consentaneum est ratio-
ni: qua generatione apum a regib⁹
proficisci statuimus. nam nisi talē
quid esset ratiōe carerent ea: quae
aguntur in earum imperio: atqꝫ ēt
regibus concedere: nihil laboris su
scipere: vt parentibus: fucos vero
castigare: vt filios: iustius enim filij
castigantur: ⁊ quorum negocium
nullum est. apes autē multas a du-
cibus ipsis paucis generari similē
videtur leonuꝫ generationi: qui cū
primuꝫ quinqꝫ numero genuerint:
mox pauciores generāt: postremo
qꝫ vnum: tum deinde nullum. nam
⁊ apum duces primum multitudi-
nem generant: mox sese paucos: at
qꝫ illarum foetum minorem: suum
vero auctiorem. quod enim coituꝫ
numero natura ademerat: id ma-
gnitudini addidit. Generatio apuꝫ
ita se habere videtur: tum ratione:
tum etiam ijs: quae in earum gene
re euenire visuntur: non tamen sa-
tis adhuc explorata: q̄ eueniant: hē
mus. quod si quando satis cognita
habebūtur: tunc sensui magis erit:
quam rationi credendum. Rationi
etiam fides adhibenda est: si quae
demonstrantur cōueniunt: cuꝫ ijs:
quae sensu percipiuntur rebus

Annos Prosperos: bonaꝫ animi tem
periem: tranqlla videlicet an-
nī tempora appellat: nam nimis pluuialia:
intemperata habentur. Ratione igitur opti
ma euenire inquit: vt annis prosperis mel-
lis: fucorumqꝫ copia fit. Cuꝫ enim apes ma
gnitudine breuiores regib⁹ sint: bona tempe
rie indigent: nam in ipsa apum corpus: cum
breue sit: constituitur: ⁊ quodammodo exur-
git; viuificaturqꝫ: ac ea de causa melle exhu-
berant. Reges autem magnitudine pregrā
des sunt: quibus versavice temporuꝫ humi
ditas vtilis. Sed qd̄ ⁊ reges intus maneāt:
neqꝫ omnino extra ad cibum aduehendum
egrediuntur: ipsas vero alimentum aduehe
re: a regibus procreari argumentum addu-
cit. Nam sobolem parentibus suis alimētū
pbere docet: ipsos vero in futurum prolificā
di gratia intus consistere: ad eam videlicet
quā ediderunt sobolem: ⁊ aliam procreare.
Apes vero medium quoddam inter vtrosqꝫ
magnitudine tenere inquit: non qd̄ regibus
breuiores: fucis vero maiores sint: nam vtro
rūqꝫ breuiores habentur: sed medias dixit:
quod regibus magnitudine minores: fucos
vero excedunt: cum ipse aculeos quibus fu-
ci carent contineant. pari etiam modo egre
dientes reges quocūqꝫ processerint sequun-
tur: inde eas ab ipsis ortum sumpsisse mani-
festum indicium est. Cum apes quidem ma-
gnitudine regibus esse minores inquit: nu-
mero excedunt: quod autem ipsis de nume-
ro demptuꝫ; quod videlicet natura reges nu
mero pauci constituti sint: id ipsis magnitu-
dine corrogatur. Cum hec de apum genera-
tione admirabilis iste vir sapientissime disse
ruisset: se modeste sic inquiens submittit. no-
bis quidem ita de apibus ratione dephendis
se videtur: non tamen satis adhuc explorata
que eueniant habemus: quod si cui post hec
satis cognita habebunt: tunc ipsi magis erit
quā nostre rationi credendum. pape quā mi
re iste summe diuinus: philosophorumqꝫ emi
nentissimus se mediocritati demittat.

Apes sine coitu generare: argu
mento illud etiam est: q⁹ foetus exi-
guus admodum in cellulis faui cer
nitur: cum insecta: quae per coituꝫ
oriuntur: coeant diu: pariant breui
magnitudine ad speciem vermis.
Quod ad generationem cognatoꝝ
ijs animalium pertinet: vt crabro-
num: vesparumqꝫ similis quodam
modo ratio est: sed defuit his locu-
ples naturae dotatio merito. nihil
enim vt apum genus habent diui-
nitatis. generant quippe matrices
vocatae: primoqꝫ fauos ꝯfingunt:
generatione vero coeundo inter se
funguntur. visus est enim sepae eo

rum coitus: sed quot nam differen
tijs haec genera: aut inter se dissilide
ant: aut cum apibus: petendum est
ex ijs: quae per historias explicaui
mus. Atq3 de generatione insecto
rum omnium dictum iam est.

Si partus Qui ex coitu procreantur magni sunt (nam ipsos maris genitura vt auium oua quod sepe dictum est auget:) at apum foetus cum editur perexiguus est: hinc eum ex coitu nō puenire certum est. Ubi vero asserit: sed defuit his locuples naturę ratio merito: locuplex denuo pro admirabili ponitur. Neque enim crabrones ex genere diuerso: nec sine coitu vt apes gignuntur: neq3 diuersa procreant: itaq3 ipsis nihil mirabile inesse censendum.

¶ Sequit: vt dō testatis disseram⁹:
Generatio eorum quoq3 partim si
milis: partim dissimilis caeteris est:
idque euenit ratione. quippe cum
animalium comparatione plantis:
plantarū animalibus assimilentur:
ita vt semini gigni quodammodo
velut animalia videantur. At alio
modo non seminē: & tum sponte: tū
ex se: aut alia sponte: alia ex se oriri.
Sed quoniam naturam proportio
ne plantis respondentem hoc gen⁹
habeat: hinc testa intectum: aut nul
lum in terra gignitur: aut parum.
quale genus limacum est: & siquid
eiusmodi aliud sit: sed rarum. At in
mari: similiq3 humore multa: & va
ria gignuntur. genus plantarū con
tra mari: locisq3 huiuscemodi pax:
& nullum fere: in terra autem haec
omnia oriuntur. habent enim natu
ram proportionalem: atq3 distinctā:
sed quanto vitalius humidum: q3
siccum: & aqua: quam terra est: tan
to natura testatorum: quam planta
rum viuacior est: nam alias eo qui
dē spectāt: vt sicut plātae ad terrā:
sic testata ad humorē se hēant: qua
si plātae: ostrea terrena: ostrea plā
tae aquatiles sint. Hinc etiā fit: vt
multiformiora sint: quae ī humore
gignūtur: q3 quae in terra. humor
enim naturam habet ad effingendum
afformandūq3 habiliorem: quam
terra: nec multo minus corpulentā
eam: quae potissimum in mari ha
bentur. humor enim potulentus:
dulcis quidē: alimentumq3 est. Sed
tum minus corpulentus: tum frigi
dus est: quamobrem quae sangui
ne carent: nec natura calida sunt: ea
nasci in lacu nō psit: minus etiā in
salsis aquis: quae sint potulētiores:
gignūtur: vt testata: vt mollia: vt
crustata. haec enim omnia sangui
ne vacāt: & natura frigida sunt: sed
stagnis marinis: & intra amniū ostia
gigni solent: q̄runt enim vna tepo
rem: & alimentum: mare autem hu
midum: multoq3 corpulētius aqua
potulenta est: atq3 etiam sua natu
ra calidum est: vt particeps omniū
partium sit: videlicet humoris: ae
ris: terrae. itaq3 omnia adipiscunt:
quae singulis his locis gignuntur.
plātas enim terrae incolas quispiā
esse statuerit. aquae aq̄tilae anima
lium genus: aeris pedestre: sz quod
magis: minusue: & remotius: aut p
pius res constet: magna: miraq3 dif
ferētia existit. Quartum genus nō
his locis quaerēdū est: quāq̄uā ali
quid esse exigit ordine ignis. id enim
quartum corpus enumeratur. ve
rum ignis semper formam nō pro
priam habere videt: sed in alio cor
pore. aut enī aer: aut fumus: aut ter
ra esse videtur quod ignitum est: sz
enim genus hoc apud lunam quae
rēdum est. haec enim quartam illā
distātiam adipisci videt: sed de his
alias.

Hinc de Ultimo gener explicare orditur: hoc autem ex semine quodammodo oriri vt animal inquit: quodā modo vero non ex semine: vtpote que nō animalia sunt. Ubi autem asserit: sed quod naturam plantis respondentem hoc genus ha-

beat: tale est: ac si diceret: quod proportionē cum oppositione quādam habeant. in hoc q. dem adversantur: ubi testata gignuntur plātas non oriri: sed et vicissim autem: ubi plantę pullurare visuntur: testatorum ibi minime locus: proportione siquidem ad invicem respondent: quia ut plantę ad terram: sic testata ad mare se habent. Ubi vero inquit: humor enim naturam habet ad effingedum habiliorem q3: corpulentam: hoc ad effingendū habiliorem tale est ac si diceret: terrę vis magis in animalis naturam formatur: ac perducitur. illud vero corpulentam pro terreno accipitur. Nā humidum: ipsum per se sine aliquo terrenę portionis in animalis naturam commutare minime potest. hęc enim inquit: hoc videlicet ad effingendum habile: corpulentūq3 nihil minus in mari: sed magis sūt. Hostia vero: fluviorum ingressus nuncupat. duplici igitur de causa in fluviorum hostys hęc fiunt: altera quidem qd flumina alimētum in mare hac immittāt: altera vero: quod locus ubi flumina mari coherent: calidus. etenim mare ob insitum sibi calorem spiritus participat: omne enim humidum quod calore p̄ditum est: in eo et spiritum esse necesse ē. et quoniam animalia alia aerea: alia terrena: et alia aquatilia habentur: mare enim tu3 terra: tu3 spiritu humoreq3 participat. Nā quā humidum: piscium particeps habetur: pisces enim humidi quidem. Qua vero aereum: fulicas: mergos: et quę amphibia: terra videl3 mariq3 viuētia aīalia appellant hēt. At quā terra: testatis exhuberat. nā testa terrenę qualitatis. Magis vero: minusve inquit: quoniā tum ego: tum cornix pedestria sumus: at ego magis pedestris. Quoniam autem nō solum tria elementa: sed quartum ignis videlicet ē: quod ęther nuncupamus. At vero quęret aliquis: cur non et in ęthere animalia quędam versari inspicimus: ut horum etiā mare particeps efficiatur? addidit: quartum genus nō his locis quęrendum est: videlicet animalia quę quarti generis: hoc est in ęthere sunt: q̄rere hic minime opus est: quia neq3 ignis in horum aliquo seiunctim inspicitur. Quoniā quidem in alys elementis cū fiunt tale quoddam aerem: hoc aquam: aliud terram appellare possumus: ignis vero species tum inflamatum in ferro: et fumo: ac in aqua (nam et aqua calida fit) atq3 in aere cernitur. Aer. n. et si calidus sit: at magis cum humido formatur. Quonia3 igitur ignis species in his: pluribusq3 alys inspicitur: non enim dicere possumus cum pruna est: ignem esse: est eni3 nil minus et flāma ignis: et ignitum ferrum: et reliqua: itaq3 peculiaris: statāq3 natura igni p̄scribi haudquaquā potest. quoniā vero ignis

statam naturam non habet: sed in superioribus tantum quod ad lunę globus accedit situm obtinet: illa inquā puri ętheris pars ci⁹ globum: et quod ipsi ad prescriptu3 quoddā adhęret pertingens: iam creata: et quę ex ipso animalia creantur in lunari globo cōsistunt. Sunt enim et in ęthere corpora: gignūturq3: particularis: ratione p̄dita: quęq3 nullo cibo: ac potu fruūtur: et quę in intellectuali: ac speculandi cura versantur: quę ue ętherios: ac aerea loca īncolunt: quę eu3 supra annū ter millesimum in vita supererint: mortem tamen obeunt: sed de his alia quidem ratio: quibus cum ex Platonis opinione sint: Aristoteles asentiri haudquaquam videtur.

¶ Natura testati generis consistit: parti3 sponte: parti aliqua ab ipsis emissa facultate: quamqua3 saepenumero ea quoq3 spontina oriant constitutione. Sed generationes plantarum accepisse hoc loco congruit. oriuntur enim earum aliae semine: aliae avulsione: nōnullae etiā sobole: ut coepe. hoc igit tertio modo mitili gignuntur. quippe q minores subinde iuxta principiū adnascunt: buccina: et purpurae: et quae favare dicūtur: quasi a seminali natura humores quosdam mucosos emittunt: semen vero nullum esse eorum putandum est: sed quo diximus modo plantis assimilantur. q̄3 obrem larga eoru3 copia provenit: cu3 primu3 cōstiterit aliquid. haec eni3 oia vel sponte ut oriantur: evenit. itaq3 rōne tunc magis: cum origo praecesserit: cōsistunt. aliqd eni3 excrementi singulis p̄ficisci credendum merito est ab eo principio: cui soboles quaeq3 adnascitur. Sed cum similem habeāt facultatem cibus: excrementumq3 cibi. favantiū substantiam simile3 esse ɔstitutioni primae consentaneu3 est. q̄propter excremento hoc gigni probabile ē. Quae autem vel sobole3 nullā procreant: vel nō favant: eorum oium ortus spontinus est. oia vero: quae hoc modo consistunt: aut in terra: aut in aqua cum putredine gigni

visuntur: ⁊ imbꝛe admisso. Cum .n. dulce ĩ pꝛincipium ꝯstituendum se-cernitur: quod super est: talem acci pit formam. nihil autem gignitur putrescẽs: sed concoctum. putredo vero: ⁊ putridũ excremẽtum rei concoctae est: nihil enĩ ex toto effi-citur: qũo neqꝫ in ijs: quae ab arte conduntur. Nam nisi ita esset: face-re nõ requireretur. Sed quantũ inu tile est: id aut a natura: aut ab arte detrahitur. Generãtur autem in terra: humoꝛeqꝫ aĩalia: ⁊ plantae: quoniaꝫ humoꝛ in terra: spũs in hu moꝛe: caloꝛ animalis in vniuerso in est: ita vt quodammodo plena sint animae oĩa. Quamobꝛem consistũt celeriter: cum caloꝛ ille cõpꝛehẽsus: siue exceptus est. Conpꝛaehẽditur autem: ⁊ humoꝛibus coꝛpoꝛeis ica lescẽtibus efficitur: velut bulla spu mosa: sed differẽtia nobilioꝛis: igno bilioꝛis ve generis constituendi in conpꝛaehẽsione pꝛincipij aĩalis est. huius autem rei cãm ⁊ loca habẽt: ⁊ coꝛpus: quod compꝛaehenditur. In mari vero multum poꝛtiõis ter renae est quo circa ex tali cõcretio-ne natura testati generis oꝛitur: ita vt pars terrena circiter durescat: cogaturqꝫ eodem modo: quo ossa: ⁊ coꝛnua (sũt enĩ haec illiquabilia igne) coꝛpus itus ꝯtineatur: quod vitam obtinet. vnum ex his genus cochlearum coire perspectum est: sed an oꝛtus earum per coitum fit: nec ne: nondum exploꝛatum satis habetur.

Quae testacei Generis inquit ꝗ partim sponte cõ sistere: partim aliqua ex ipsis emissa faculta-te. Cum autem ⁊ ipsa sepenumero a spon-tina constitutione oꝛiantur: hoc est: ⁊ ista sepe numero quę ab aliqua emissa ex se facultate constituuntur: eis sponte constitui accidit: tã quam vnam: eandemqꝫ naturaꝫ: ⁊ vnam spe ciem contineant: ⁊ vel ex se aliquid nonnun-quã emittant: quandoqꝫ vero a spontina cõ-stitutione oꝛiuntur. Quoniam vero earum constitutio plantarum similis est: plantarum generationem inquit accipere ꝯgruit: ex his enim testaceum genus perspectum reddet. plantę quideꝫ alię semine: alię ex auulsione: ex ramis videlicet oꝛiuntur. Nam ex aliqua arboꝛum ramus auulsus: plantatusqꝫ: arboꝛ efficitur. sed alia nascentibus adheret. in coe paruꝫ enim ⁊ alij radicibus: coepulę quędã: ⁊ alia paruula adnascuntur. Ad hunc igitur coeparũ moduꝫ: mitulos gigni asseuerat: nã magnis parui subinde plurimi adnascũtur: quod quidem in dies sensu patet. quę vero fauare dicuntur: plantis quę ex semine pꝛoce dunt similantur. Nã pectines mucosos quos dam humoꝛes cerę similes in petras demit-tunt: quod fauare appellauit: quod cerę simi litudine respondeat. Neqꝫ vero hoc: muco-sus videlꝫ humoꝛ genitura est: neqꝫ ex ipso pectines gignuntur: sed in eo talis quidam odoꝛ insitus: maris aquam vt ocius in pecti nes cõmutetur: idoneum reddit. Illud vero vbi inquit: quamobꝛem larga eoꝛum copia pꝛouenit cum pꝛimum constiterit aliquid: ta le est: ac si diceret: ⁊ quod maris aqua taleꝫ mucosum humoꝛem: aut odoꝛem potius ipsi insitum in pectinum generationem cõmuta-re queat: cum alicubi semel pectines: aut spõ te: aut ab aliquo aliũde aduecti: vbi impositi fuerint: plurimi oꝛiunt: id ex eo humoꝛe ꝗ se mel immissus fuerit accidere existimanduꝫ. Recta enim ratione: tale ab ipsis supest: atqꝫ emittitur excrementum. At illud: sed cum si milem habeat facultatem cibus: excremen-tumqꝫ cibi: hoc ei qui ex sanguineis exẽplus capiet perspectum reddetur: nam sanguis a-limentum: menstruum vero sanguinis excre mentum est. Menstruum simile sanguini: ali mento videlicet: simile vero potentia est. quẽ admodum enim sanguis: quod alimentũ est ⁊ carnes: ⁊ ossa: ac nerui: cũctaqꝫ reliqua a na-tura opifice animalis ptes efficitur: ita ⁊ ex-crementum menstruum: ipsa eiuꝫ natura (vt multifariam dictum) a facultate quę in semi-ne est menstruum in animal cõmutat. qm ve ro ⁊ fauantia: (fauantia mucosos humoꝛes nuncupat) pectinuꝫ alimenti excremẽta sũt: merito: sed necessario potius: pꝛimę constitu tioni similia sunt. Quẽadmodũ enim (vt ex-planationis gratia dicatur) Xantippe ex mẽ struo genita: ⁊ ipsa menstruum simile paren-tis eius emittit: ita ⁊ talia fauantia: mucosos videlicet qui hodie ęditi sunt humoꝛes con-stitutioni quę a pꝛincipio extitit: hoc est hu-moꝛibus qui a pꝛincipio constituti sunt: simi-les esse necesse est: sed tamen ⁊ illi pectinum oꝛtus causę extiterũt: ⁊ ipsi igitur qui hodie ęditi fuerint: idem efficient. Omnia vero ꝗ ab eiuscemodi constitutione: spontanea vide

licet fiunt:etiam in terra orta conspiciūtur.
Nam cum pluuialis aqua terre admiscetur:
dehinc euaporatur:ꝛ salsum:terrenumqꝫ qđ
exuperauerit:in putredinē vertet qđ a solis
calore ꝯdensatū:pcoctūqꝫ reddit:illud in te
staceū pmutari necesse est.eodē pacto ꝛ ī ma
ri talia fieri accidit:cū salsum: terrenūqꝫ in
putredinem vertitur: ac concoquitur. Cum
enim dulce(inquit)in principiuꝫ· constituen
dum: in constitutum videlicet aera qui iam
in aquaꝫ permutatus est: secernitur. Quod
superuacuum est talem formam recipit.Qđ
vero nihil ex toto efficitur·: ex his que arte
fiunt certuꝫ est: non enim ex toto lapide:sed
aliqua extracta portione mercurius consti-
tuitur.ꝛ quoniam omnis etiam spiritus ani
mali calore plenus est:cum ille aliquid com-
ꝓhenderit: animal efficitur.At vero animalē
calorem in spumose bulle comꝓhensione cō-
tineri inquit:hec autem bulla ab humore a
sole calefacto efficitur.

¶ Sed enim quaeret quispiam re
cte:quid nam in his fit:quod secun
dum materiale principiuꝫ cōsistat.
nam in foeminis excrementum qđ
dam aīalis hoc est:quod principiuꝫ
genitale a mare profectum mouēs
potentia tale: quale id est: de quo
venit: aīal efficit.At in his quid nā
hoc esse dicendum fit:ꝛ vnde: ꝛ qđ
principium genitale secundum ma
rem:ᷓ ponendum igitur in aīalibus
generantibus calorem in aīali con-
tentum: secernendo ex cibo īgesto:
ꝛ concoquēdo facere excremētū:
quod conceptus principium fit:nec
secus in plantis:nisi qđ in ijs: ꝛ qui
busdam aīalibus:in nihilo maris pri-
cipium desyderatur. habent enim
hoc intra se mistum.at plurimoruꝫ
aīalium excrementuꝫ illo principio
eget. Alimentum autē alijs aqua:
alijs terra:alijs quod ex ijs: cōstet.
Itaqꝫ qđ calor in animalibꝰ contē
tus ex alimento efficit:hoc tempo-
ris calor in aere ambiente ꝯtentuꝫ:
ex mari: aut terra concernit cōco-
quens:atqꝫ cōstituit. Quod autēꝫ
comprehenditur:exceptum in spi
ritu animali:id cōceptum facit: mo

tumqꝫ imponit.

De hoc Enim nuper asseruit: de hoc
inquam que nam materialis
causa testaceorum generationis sit prius di-
xerat:sed tamen rursus hoc planius ediffe-
rit.Quod vero inquit.tale est quemadmo-
dum insitus animalium calor: qui primum
immissum alimentum concoquens menstruū
efficit: ita temporis in hoc ambiente aere
calor ex terra:mareqꝫ ostreas producit. Ma
teria igitur eorum mare: ꝛ terra est:ipsa in-
quam maris aqua: efficiens vero temporis
tepor: cum vero contentū calorem dixisset:
illud secernendo tutissime addidit:nam ani-
malis calor in bulla suscipitur. A toto enim
animali calore secernitur: quemadmodum
aquam que in cado continetur:a putcali se-
cretam dicimus.

¶ Constitutio igitur plantarum:
quae sponte oriuntur:similis est: ꝙ-
dam enim ex parte contrahitur: ꝛ
alterum eius partis principium ge
nitale: alterum alimentum fit: pri-
mum ijs:quae oriunt.At vero ani-
malia quaedam verme nascuntur:
tum exanguia: quae nō ab animali
bus gignuntur: tum etiam sangui
nea: vt mugilum genus quoddaꝫ:
ꝛ aliorum fluuiatilium piscium: ad
haec anguillarum genus:haec eniꝫ
omnia quamuis naturam parum
sanguineaꝫ habeant: tñ sanguinea
sunt:ꝛ cor obtinent: ꝗ principium
sanguinariū corporis est. Quae aūt
intestina terrae vocantur: vermis
habent naturaꝫ: in quibus corpus
anguillarum cōsistit:quāobrem de
prima hominuꝫ: atqꝫ quadrupedū
generatiōe: siquando primum ter-
rigenae oriebātur: vt aliqui dicūt:
nō temere existimaueris: altero de
duobus his modo oriri. aut eniꝫ ex
verme ꝯstituto primū:aut ex ouo.
Quippe cum aut intra se habeant
cibū ad incrementū necesse fit: qui
quidem conceptus vermis est: aut
aliunde excipere:idqꝫ aut ex paren
te:aut ex cōceptus:itaqꝫ si alteruꝫ

fieri nō potest: vt affluat ex terra: quomodo caeteris aialibus ex parente relinquitur necessario: vt ex parte cōceptus accipiatur: talem autem generationem esse ex ouo fatemur. ergo si initium vllius gñatio nis oium animalium fuit: alterutrū de his fuisse probabile esse apertum est: sed minus rōnis est: vt ex ouo prodierint. nullius enim generatio nem aialē talem videmus: sed alteram: tum sanguine orum: quae dixi mus: tum exanguium: qualia sunt insectorum nōnulla: ⁊ ea: quae testa operiuntur: de quibus agitur. non eniz ex parte aliqua oriuntur: vt eas quae ouo nascuntur.

Nam illud Similis est: pro aliorum generatione similis accipitur. Quemadmodum enim in his que ex semine oriuntur alterum seminis germen: alterum vero quod reliquum in alimentum abijt: ita ⁊ in his que sponte oriuntur terreni aliquid contrahitur: ⁊ quod in plantam conuerti idoneum est. Huius autem quod condensatur: alterū germen: alterū vero alimētum fit. At terre intranea in anguillas cōmutari inquit: illud vero quod ait in quibus corpus anguillarum consistit: tale est acsi diceret: ex quibus anguille constituuntur. Si quando enim inquit aut homo: aut quadrupedum animal (vt quidā aiunt) sponte oriretur: illum sponte hominem ortum vel ex verme: vel ex ouo genitum esse necesse esset: ⁊ talem hominem in seipso alimentum continere oporteret: qd̄ in vermiū genere visit. Nam sepenumero diximus in vermium constitutione: alterum vermen: alterum vero ei⁹ alimentum fieri: ⁊ quod in alimentū absumptum fuit cum in vermen conuerti potuit: aut igitur hominem illum: seu aliud animal sponte ortum in se alimentum continere: aut aliunde capere necesse est. ⁊ aut a pariente vt lac suggentia: aut ex cōceptu tantum quē admodū ea q̄ ex ouo nascūtur: vel ex quadā alia constitutione: vt vermium genus: illud capere deberet. Quoniam igitur homo (vt suppositum) sponte ortus: a terra quidem: neqz lac: nec pappillas habente lac suscipere impossibile habetur: reliquum igitur est vt eum ex conceptus portione genitum fateamur. verum enimuero omne quod a spontaneo oritur: ac ex conceptu alimentum suscipit: vermis est: nullius enim animalis ortum ex ouo sponte oriente inspicimus: sed diuersum genus: quod vermium est: itaqz: sponte natum hominem: ex verme nasci necesse est. Ubi vero inquit talem vitam generationem esse fatemur: tale estac si diceret: vermis generationē. Atqz totū qd̄ dici debet huiuscemodi sit: natalem generationez vermis esse dicimus. illud vero quod ait, nō ex parte aliqua oriuntur: vt ea que ouo nascuntur: hoc idest: non eniz que testacei generis ex alicuius conceptus portione: sed sponte nascuntur.

Incremētum etiam similiter: vt vermes capesūt. vermes enim augētur in partem superiorem: ⁊ qua principium cōtinetur. alimētum. n. superius ab inferioribus ministratur: atqz id quidem commune cum ijs: quae ex ouo proueniūt: habetur: sz illa totam materiaz absumūt. In ijs vero: quae ex verme gignūtur: cuz ex cōstitutione in parte inferiore cōtēta pars superior creuerit: mox ex reliquo aliinēto iferior articulatur: cuius rei causa est: quod cibus postea quoqz in parte septo subiecta cōficitur oibus. icremētum autem hoc modo fieri vermium: apertum in apibus: caeterisque similib⁹ est. principio enim partem iferiorez magnam: superiorem habēt minorez: idem augescendi modus in testatis etiam est. Quod ⁊ ipsum constat in genere turbinato scilicet: anfractibus eius qui subinde accrescūt plures efficiuntur in partem priorem: quod caput vocatur: dixi fere quēadmodum generatio: tum corumtum caeterorum spōte orientium agitur. omne autē genus testatuz spōte istitui apertuz hinc est: quod nauigijs putrescente fece spumosa adnascūtur: ⁊ locis multis: vbi nihil tale aderat ante: post per iopiaz humoris facto coeno ostreae pronenerūt: vt apud Rhodum insulam: cū classis applicuisset: ⁊ fictilia proiecta essent in mare: tempore post coeno obducto testis ostreae in ijs re-

periebãtur: nihil autem partis genitalis emitti ab ijs argumẽtum est: quod cum Chij quidem ex Pyrrha Lesbi insulae ostreas viuas portassent: ⁊ in loca quaedam maris reciproci aestus: ⁊ Eurypo similia dimisissent: plures nihilo fuere temporis spatio: quãquã icremento corporis plurimum profecerũt. Quae autem oua appellãtur: nihil ad gñatiõem cõferũt: sed idicio sũt nutricatiõis melioris: quale i sãguineis pigue ẽ: quamobrem sapore per id tempus praestãt: ciboqz laudãtur: argumẽto quod ⁊ pinnae: ⁊ buccina: ⁊ purpurae cõtinent quidem semꝑ ouũ illud vocatũ: sed alias maius: alias minus. sunt etiam quae nõ semper: sed vere id habeãt: mox enim tempore procedẽte minuitur: demũqz totum aboletur: vt pectines: mitili: ostreae. Tempus hoc enim prodest eorum cõrporibus: alijs nihil tale apertevenit: vt callis. Sꝫ singula eorum: ⁊ quibusnam oriãtur locis: petere ex historia debes.

Quemadmodum Enim inquit i vermibus in ea quę a principio fit constitutione primum superior pars quę ad caput tendit incrementum suscipit: postea vero quod infra est: ita ⁊ nos multorum qui in caseo procreatur vermiculorum superiorem partem articulatam: mobilemqz: quę vero infra non dum articulatam: immobilemqz: sed caseo adhęrentem animaduertimus. simile quoddam ⁊ in ostrearum genere fit: primum qđ superius est incrementũ sumit: in omnibus enim alimentũ superius ab inferioribus ministratur. hoc enim illud explicat vbi ait: in inferioribus superiorum partium alimentum continetur. etenim tum in nobis: tum in alijs qui ventre prędit: superioribus: vt capiti: ac cęteris: protinus a ventre alimentum suppeditatur: nam ventri infra: subsepto videlicet: locus existit. Causam autem qua superiora ab inferioribus alimentum capiunt inquit: non e conuerso inferiora a superioribus: quod illud quod nouissime perfectum est: alimentum ab inferioribus suscipit. partem vero septo subiectam ventrem nuncupat: principio enim talia inferiora magna continent: vt inde superioribus alimentum suppetat: mox vero parua redduntur: quod in superiorum alimentum absumpta sint. Quod autem in superioribus augescant: ex turbinatis anfractibus quę i testis sunt perspectum fit: primum quidẽ vnus anfractus: deinde duo: mox tres: ⁊ ita ꝗ deinceps sequitur. Quantum enim testa augescit: tantundem ⁊ turbinosi anfractus plures fiunt: et in sũꝑiorib⁹ ad anfractus: partẽ quę caput appellat continẽt. Qđ vero hęc ex se nihil genitalis partis emittant: quę apud chios euenerant inquit argumento sunt. Ibi enim cum viuas adhuc ostreas attulissent: easqz in maris loca putrida demisissent: putrida enim inquiens loca quę materiem quandam corrumptam continent: vt in parietibus: ⁊ pane qui ęstate putridus fit: cernere est: quam quidem putredinem corruptionem pleriqz appellant. Cum eas iam in loca putrida demisissent: etsi corporis incremento profecerint: plures vero nihilo fuere. Itaqz: si qđ ex ipsis emissum fuerat genitura esset: plures ostreę gignerentur: sed genitura quidem non est: at potentia quędam quę mare ad eorum procreationem paratũ: idoneũqz reddat. Cũ igitur apud chios mare ad hęc producenda propter illius putredinis intemperiem ineptum fuerit: facultas quę ab ipsis processerat aliud ad hęc idoneum reddere minime quiuit. Quod vero portio illa: quę in ipsis ouor nomine nũcupat: nihil ad generationẽ conferat: hoc quod semper ipsa habeant indicio fit. Si vero oua: ac quę semper ad generationem conferrent ipsis inessent: non ea semper continerent: non enim omnia quę ouis prędita: ea semper: sed tempore aliquo habent. Hactenus igitur tertij libri: ⁊ nostre sui ipsius interpretationis finis.

Philoponi in tertium Aristotelis de animalium generatione interpretatio explicit.

Philoponi in quartum Aristotelis De animalium generatione librum commentarij eodem Nicolao petro Corcyraeo interprete.

De generatione animalium omnium: tum vniuersim: tum singulatim dictum iam est. Sed cum in eorum perfectissimis mas: & foemina distincte habeantur: easque facultates omnium animalium: & plantarum esse principia fateamur: quam quam in alijs discretas: in alijs indiscretas: disserendum hic est. primo de eorum ipsorum generatione. imperfectis enim adhuc suo in genere distinguitur sexus maris: & foeminae. Sed vtrum prius etiam: quam haec differentia sensu nostro percipi possit: alterum mas: alterum foemina sit: discrimine facto in vtero: an post: ambigitur. Alij enim protinus in seminibus hanc esse cótrarietatem aiunt: vt Anaxagoras: & alij naturales autores. etenim semen gigni ex mare: & foeminam autem locum praebere: marem a parte dextra: foeminam sinistra proficisci: & vteri latere dextro marem cótineri: foeminam sinistro: alij vero id ascribunt: vt Empedocles. Quae enim vterum subierint calidum: haec effici mares arbitratur: quae frigidum: foeminas. caliditatis vero: frigiditatis ue causam esse có fluuium menstruorum. quod frigidius: vel calidius sit: & aut antiquius: aut recentius. Democritus Abderites differentiam maris: ac foeminae fieri quidem in matre ait: sed nó caliditate: frigiditate ve ad alterum effici marem: alterum foeminam.

In hoc presenti libro qui quartus de animalium generatione operis est: primum quidem quo nam pacto animalia aliquando mares: nonnunquam vero foeminę gignuntur: & dehinc cur alia patri: alia matri similia: quandoque autem neutri parentum sed maioribus: vt auo: et quę (auia autem aui coniunx habetur) nonnunquam vero horum nemini: sed homini simpliciter similantur: edisserit. Ab his autem ad monstrosos partus indagandos: ac de vterum gestantibus: deinde de lacte: atque alijs quibusdam quęrere accingitur. Quoniam vero Democritus: & Empedocles: ac alij quidam naturę interpretes: de his dicere: de maris videlicet ac foeminę generatione conati sunt: primum experimentum eorum quę ipsi opinantur: sumit: dehinc quidnam ipse de his sentiat in medium adducit: prius nobis quę ab ipso dicta sunt planissime recenset. Illud vero vbi inquit: imperfectis enim adhuc suo in genere: hoc explicare tendit: qua nam de causa prius de maris ac foeminę generatione dicere oporteat. quoniá vero partes prius quam perfectę sint: & suis numeris absolutę redantur: vt percipi queat partus ne perfectus: an monstrosus sit: ac pari modo parentibus similis: nec ne sit: (primum partes quibus tum mas: tum foemina formatur visuntur.) primum de maris: & foeminę generatione: quemadmodum ab ijsdem parentibus aliquando mas: nonnunquam vero foemina gignatur: explicare merito decet. Imperfectis igitur inquit suo in genere existentibus: in genere: videlicet in specie. etenim in hominum specie: naturaque: cum partus adhuc imperfecti sint: mas: & foemina distinguitur: quę in equorum genere accidit: & in omnibus simpliciter in quibus mas a foemina distinctus: neque adinuicem vt in plantis consertus habetur. nam illud quod inquit: vtrum vero prius etiam quam discrimen hoc sensu nostro percipi possit: alterum mas: alterum foemina sit: tale est: acsi diceret: vtrum in semine partes protinus insunt: ex quibus mas: et foemina constituitur: formaturque: vt illi opinati sunt: qui omnes partes ab omnibus partibus corporis procedere: vt a capite quam

breuissimum caput: ⁊ quod minime ad sensum cadat: ⁊ ab alijs omnibus alia omnia asseruerunt: an postea menstruo sic permutato: concoctoq; talia fiunt. litera vero obscure interpretationem sortita est: ac deficit. nam ipsa sic recte (vt opinor) congruo ordini redderetur. Utrum vero ⁊ prius discrimen alterum foeminam esse sensu modo percipi possit: hoc est: partes ex quibus mas: ac foemina constituuntur: vtrum in semine consistât: ⁊ illud subaudiendum: an in semine haud quaquam sunt: sed postea cum visuntur fiût. dehinc rursus vt ab alio principio: ac si quis idê his quesisset sic ratione vtendum. Et vtrum hec in parente talia discrimen capere visuntur: aut talia priusquam vuluam ingressa sint fuerant. illud vero: an post: quod additû est: aliter (vt opinor) literam intelligere nô sinit: sed quod loco illius an prius: hoc an post positum est: plana quidem ipsa efficitur: nec in ea quicquam ambiguum sit. Nam anaxagore talis quedam opinio erat. cum enim a dextris maris semen progrediens in dexteram vulue partem incederit: mas gignit: at si a sinistris maris in vulue sinistram: foemina. Anaxagoras igitur: a dextra maris: ⁊ foemine: maris procreationem: a sinistra vero foemine causâ adducebat. At vero Empedocles (etenim cuncta que ipse opinatur adducere decet) nam discerpta gerunt (inquit) mas ipse ⁊ foemina membra: at quod ab ipso afferebatur tale erat. siquidem a mare cordis dimidium paruum admodum: ⁊ quod ad sensus minime cadat: alterum vero dimidium a foemina coitus tempore emittitur. pari modo a maris capite capitis dimidium: a foemine vero aliud dimidium: ⁊ ita in omnibus partibus horum cuiusq; eque fit. dimidiata videlicet ab vtroq; simpliciter procreantur. Cum hec igitur a mare ⁊ foemina egressa fuerint: ac in vulua collecta: si ipsam calidam esse côtigisset: cordis dimidium quod a mare emissum fuerat: illud quod a foemina est superat: ac in sui naturam conuertit. tale vero quoddam ⁊ caput: ⁊ genitale membrû: ac alie partes agût: ⁊ mas efficitur. Si vero econuerso vuluam frigidam esse acciderit: foemine partes dominantur: ac que maris sunt in sui ipsius côuertit: ⁊ foemina gignitur: ⁊ hac de causa inquit mas: ac foemina complexus mutuos concupiscunt: quod vtriusq; in vtroq; partes côsistunt. Nam Empedoclis cordis dimidium (vt ipse opinatus est) simili etiam modo ⁊ capitis: ceterarumq; partium dimidium: foemine fuerat. ⁊ omnes foemine partes eque cû maris: dimidiatas asseuerabat. partes quidê maris: ⁊ foemine: cum calidam vuluam (vt Empedocles fatetur) ingresse fuerint: maris predominantur: ⁊ mares fiût: si vero in frigidam: foemine. Nam vuluam calidam: siue frigidam esse: menstruorum effluxum causabatur. Si calida inquit menstrua fuerit: talis ⁊ vulua fit: si vero frigida: ⁊ ipsam frigidam esse certû est. quod vero ait: ⁊ aut antiquus: aut recentius: si menstruorû videlicet fluxus: recens: nouusq; fuerit: vuluam calidiorem esse necesse est. etsi non nouus eorum effluxus: sed quasi supra quinq; dierum fuerit: frigidior. Democritus vero non caliditatem: frigiditatemq; maris: ac foemine: generationis causam: sed simpliciter cum partes predominantur dicitabat. Hic autem: ab omnibus tum maris: tum foemine partibus cuncta proficisci opinatus est: At non vt Empedocles dimidiata: sed perfecta quidem: ab vtroq; mare videlicet ac foemina perfectum caput: ac cor eque: a mare scilicet: ac foemina perfectum: ⁊ parimodo de alijs partibus. Etenim primum inter partes quibus mas a foemina differunt: que vulua: ⁊ coles est: dimicatio oritur. Hic vero coles venosus meatus est: in ipso maris semen constitutum in genitale membrum dirigitur. primum in his partibus dimicationem oriri inquit: ⁊ si vulua coli predominabitur ipsum in sui naturâ conuertit: ex tunc iam ⁊ ipsam augeri accidit. Quoniam vero foemine genitale vulue quam proximum adheret: ob vulue victoriam: foemine genitale maris predominatur: ac in sui naturam conuertit. Et cum inguem: ac foemur: genitali proxima sint: ⁊ inguina inguem: ⁊ foemora foemur: ⁊ venter ventrê: ⁊ alia eque alia superant: ac foemina gignitur. Si vero coles: ⁊ eius câ maris genitale: ac illius inguen: ⁊ foemur: ⁊ foemoris venter: ⁊ pectora: ac reliqua superauerint: mares procreantur.

¶ Sed vtrius tandem semen euicerit: quod ab ea prodijsset parte: quam mas: ⁊ foemina inter se differunt. hoc enim Empedocles profecto negligentius opinatus est: vt caliditate: frigiditateq; tantû differre haec inter se existimaret: cû partes ipsas genitales: ⁊ vterum magnam habere differentiam cerneret.

Semen partes appellat: ⁊ primo libro quo nâ modo ipsas semen inquit: asseruimus. est autem quod dicitur tale. caliditatem: ac frigiditatem: Democritus non esse causam adducit: sed partis inualescentiâ qua ad inuicem

mas ac foemina differunt.

¶ Nam si postea: quam formata sunt animalia: alterum partibus foeminae omnibus: alterum maris constitutum: mox in vtero tanquam fornace ponantur: quod vterum habet in calido: quod non habet in frigido: erit foemina: quod vtero caret: mas: quod vterum habet: quae res impossibilis est. itaque: eatenus quidem melius a Democrito dicitur: Quaerit enim ille differentiam huius generationis. et reddere conatur: sed an bene: necne: id alio pertinet.

Litera Obscure explicationis hic posita est: in ipsa Empedoclis opinio arguitur. Quod vero dicitur tale vt reor habetur. Cum maris: et foeminę partes vuluam ingrediuntur: si eam esse frigidam contigerit: et vuluę dimidium colis dimidio predominabitur: ac in sui naturam conuerterit: et expletum reddet: vt non amplius dimidiata: sed perfecta sint: dehinc: (cum a vulua foetus iam perfectus fuerit) matris vuluam naturę ordine: seu alio quodam modo a frigida qualitate: in calidam permutari contigerit: tunc: ceu fornaci impositas partes vuluam a frigida qualitate in calidam conuersam permutari necesse est. Igitur reliquas maris partes: cole excepto ob caliditatem dominari necesse erit: nam coles cum parentis vulua frigida fuerat: superatus est: et illud quod procreatum est ex eo quod vuluam contineat: foemina: qua vero testibus: et pene: ac ceteris preditus: mas erit: quod quidem impossibile habetur. Coles enim a foetus vulua cum matris frigida fuerat superatus est. primum igitur (vt dictum) harum partium dimicatio fit. At vero eodem nunc tempore quo foetus vulua perfecta est. Ita vt dictum matris simul vulua a frigida qualitate in calidam conuersa est. foeminę igitur partes ob calorem superabuntur: non autem ipsę maris superabunt: et mas vulua preditus erit. pari autem modo: et si ipsam calidam coles superauerit: dehinc matris vulua: in frigidam qualitatem protinus permutauerit: tunc maris partes a foemina superabuntur: et foemina cum cole: quasi cole videlicet predita: mas erit: suo vero: ac tali genitali: foemina.

¶ Tum etiam si caliditas: et frigidas causae sint: vt partes hae differant: hoc explicare debuerunt: qui ita volunt: hoc enim fere est docere de generatione: maris: ac foeminae. his enim partibus plane differunt: nec parum negocii est: causam generationis earum partium ab illo principio ducere: cum necesse sit ita sequi: vt si animal refrigerat: pars efficiatur ea: quam vterum appellamus: si calescit: non haec efficiatur: eodemque modo de iis partibus: quae ad coitum accommodantur. nam haec differunt inter se: vt ante expositum est. Ad haec saepenumero euenit: vt eadem in parte vteri: gemini mas: et foemina generentur: idque satis inspicimus in dissectionibus animalium viuiperorum: tum pedestrium: tum etiam piscium. Quae si non ille conspexerat: merito errabat cum eam afferret causam: sed si cum haec exploratа habuisset: ita sensit: absurdum sane est: quod insuper putarit causam vteri esse caliditatem: aut frigiditatem. ambo enim semper aut mares: aut foeminae efficerentur: quod non ita euenire videmus.

Si caliditas Inquit partes quibus mas formatur: frigiditas vero quibus foemina constituit: illos qui causas caliditatem: frigiditatemque talium partium differentię afferunt: quo nam pacto caliditas alteras partes: alteras vero frigiditas agat: dicere oportebat. Hoc enim fere est: de maris: ac foeminę generatione dicere: illud videlicet dicere est: quo nam pacto alia quidem calidum: alia vero frigidum efficiant: illud est: quod de maris: ac foeminę generatione dicitur: nec autem sic simpliciter definitione vtendum: quod alterum quod calidum mas: alterum vero quod frigidum foemina efficiat. quod vero inquit: his enim partibus plane differunt: tale est: ac si diceret: generatio: illud his enim partibus progeneratione capitur. generatio igitur maris: ac foeminę inquit plane differunt: quod illa alio modo: ille vero alio fiat. nam Empedoclem quibus modis hęc fiant dicere oportebat: et ne quis obiicere queat ipsum causas quibus alterum mas: alterum foemina fit: ex eo quod pla-

ug sint missas fecisse: addidit hoc: nec parum negocij est cuiusiam generationis earum partium ab illo principio ducere: illud principium calidum: ⁊ frigidum appellat: quod vero dicatur tale esse potest. ceterum dicere non attinet Empedoclem quasi planos modos: causasqꝫ quibus mas: ac foemina fiunt missas fecisse: non parui negocij: nec dictu facile: quonā pacto a caliditate: frigiditateqꝫ fiant: sed difficile admodum. ac arduum habetur. Cū hec in Empedoclem dixisset: validissimum argumentum adducit: indicium ab his que visuntur desumens. Nam inquit: ad hec sepenumero euenit: vt eadem in parte vteri: gemini: mas: ⁊ foemina generentur. Itaqꝫ si vulua frigida esset: vtrunqꝫ partū foeminas: si vero calida: marem. vtrunqꝫ esse oporteret: at quidem plerunqꝫ alterum mas: alterum vero foemina fit. Si autem quispiam diceret: quia mas quidē a dextris: a sinistris vero foemina est: neqꝫ ita recte inquit: nam plerunqꝫ ⁊ marem a sinistris: ⁊ foeminam a dextris visos constat: que nisi ex dissectionibus Empedocles animaduertere curauerit: merito errasse existimandus: in his enim talia reperta visuntur. Si vero ex dissectionis visu: in vna: eademqꝫ vulua geminos alterum marem: alterum vero foeminam ei inspicere accidit: caliditatem: frigiditatemqꝫ horum generationis causam existimare absurdum est.

¶ Item cum partes eius: quod gignitur: discerptas esse fateatur: partim enim in mare: partim in foemina esse putat: iōqꝫ alterum coire cū altero concupiscere. magnitudinē earum quoqꝫ partim esse diuisam: velleqꝫ coniungi necesse est. non refrigeratione: calefactione ve ita institui: sed seminis huiusmodi causas cōplura fortasse obijci pñt. modus enim hic causae figmento similis est omnino. caeterum si ratio seminis ita se habet vt explicatum a nobis est: ⁊ neqꝫ ex omni corporis parte decedit: neqꝫ materiam vllā ijs: quae gignuntur praebet: quod proficiscitur a mare: iam ⁊ ei: ⁊ Democrito: ⁊ siquis alius ita censet: occurendum simili modo est. nec enī discerptum esse potest seminis corpus: vt partī in foemina sit: partī in mare: vt Empedocles censet: cū dicat: sꝫ discerpta gerūt: mas ipse: ⁊ foemina membra: neqꝫ totū ipsū ex vtroqꝫ decedens: quia pars aliqua partem aliam vicerit: ideo efficitur: mas: aut foemina.

Quod dicitur Sic positum est: ac si diceret: quoniam Empedocles enim partes illius quod generat (vt nuper asseruimus) discerpit: vbi inquit: a mare quidem cordis dimidiū: a foemina vero aliud dimidium proficisci: ⁊ hac de causa congressus mutuos concupiscunt. Quoniam igitur discerptas partes esse fatetur: rectius Empedocles diceret: vt Democritus opinatus est: quod perfectarum partium conuentus fit: ⁊ siquidem maris partes ꝑdominarent: mas: si vero foemine: foemina gignitur: nec dicere caliditatis: frigiditatisqꝫ causa hec fieri. Ubi vero inquit: magnitudinem carnium quoqꝫ partium esse diuisam necesse est: illud esse diuisam: tale est ac si diceret: magnitudinem capitis maris seiunctam: ac per se fieri: perfectum videlicet caput esse necesse est: non autem quod eius dimidium a maris: ac patris capite sit: aliud vero dimidium a capite matris.

¶ Quāquam omnino melius partis exuperantia foeminam: aut marem effici dixerit: qꝫ per incuriā caloris: aut frigoris tantum causam tribuat: sed cur formā etiam genitalis diuersas esse vna eueniat: causa reddenda ē. vt haec semper vicissim consequantur. nā si qm̄ iuxta sunt ita fit: reliquae ēt quaeqꝫ partes cōsequi debuerunt. sunt enim inter eas: quae superant: aliae alijs propinquae. itaqꝫ: simul ⁊ foemina esset: ⁊ matri simile: aut mas: ⁊ simile patri.

Ex his Ea que Democritus opinat Empedoclis opinioni preponit: cum inquit. At vero omnino dicere vuluā verbi gratia colem ꝑdominante: superanteqꝫ: ac in sui naturam cōmutante: foeminā gigni: vel econuerso vuluam cole ꝑdominante marem: rectius vero (vt Empedocles asseruit) incuriose: inscrutanterqꝫ dicere est: a calida vulua mares: a frigida vero foeminas procreari. Cum igitur sic Aristoteles apponat: ⁊

Democriti sententiam quã Empedoclis meliorem diceret: ita Democrito aduersatur: cum ait: sed cur formam etiam genitalis diuersam esse: quę vna eueniat: causa reddẽda est. Nam nuper explicauimus: cum ea quę Democritus opinatus est ageremus: ipsum dicere: vulua pdominante: cum foeminę genitale ad ipsam admodum accedat: ⁊ illud pdominatur: ac maris genitale membrum superat: ⁊ in sui naturam ęque reliquas partes conuertit. Ad hęc igitur Aristoteles aduersatus inquit: qm oẽs foeminę partes maris oẽs ptes superarũt: ac in suas ipsas pmutarũt: qd natum fuerit: non modo foeminam esse: sed matri etiam similem necesse esset: at plerũqꝫ vero quam plurimas filias patribus similes nasci cernere ẽ. pari modo: si maris partes vicerũt: marem generari: ⁊ patri similem esse: sed ⁊ mares pleriqꝫ liberi matribus similes visuntur. sensus quidem horum quę dicuntur talis: literę vero series sic habetur: vbi inquit: nam si quoniam iuxta sũt ita fit: reliquę etiam quęqꝫ partes consequi debuerũt: tale est ac si diceret. Si enim qd genitale mẽbrũ ad vuluã proximum accedat: ⁊ genitali mẽbro inguina: ⁊ femur: ac his cętera: ⁊ illis alias: ⁊ qd vna pars vicerat: ⁊ alias sequi: ⁊ simul cum ipsa quę primum superauerit: alias vincere necesse est. si enĩ hac de causa sic gignitur: qd gignitur foeminam procreari: ⁊ parẽti similem esse necesse erat.

¶ Absurdum etiam tantum eas effici partes oportere: nec totũ corpus mutari existimare: ⁊ praecipue primosqꝫ venas: quibus veluti descriptione deductis: corpus adiacet carnium: quas suam recipere qualitatem propter vterum: nulla probabili ratione dici potest: sed potiꝰ vterum ppter eas suam recipere qualitatem ratio est. quãquã enĩ vtrũqꝫ sanguinis conceptaculũ ẽ: tamen venae sunt prius. principiũ autem mouens prius esse semper: ⁊ causã generationis aliqua sui qualitate necesse est. Accidit igitur differentia earum partiũ inter se foeminae: ⁊ mari non id esse principiũ: neqꝫ causam esse hanc arbitrandũ: sed aliam etiã si nullum semen vel a mare: vel a foemina decedit: sed quolibet mõ consistit: qd gignit.

Et haec Democrito obijciuntur: qd autem inquit tale est. absurdum primũ tales partes fieri existimandũ. Nam illud: primum videlicet: deest in literas: absurdum igitur hoc tantum existimare est: quod primum vulua: aut coles: nec simul totum corpus gignitur: ⁊ pcipue: ac primũ venę: quibus carnes vt priori designationi colores adiacent. Nam tum venę: tum vulua: sanguinis receptaculum: sed venę prius sũt: siquidem vulua ex ipsis sanguinem recipit: itaqꝫ: primum cor: dehinc venas: demum reliqua gigni necesse est. principium enim mouens: siue cor: seu animam quę ipsi insita est dixit. pari modo: ⁊ generationis principium aliqua sui qualitate cor est: vt deinceps enim referet: cordis calorem modis quibus explicabit marium procreationis causam esse: iã cor quasi mas ⁊ foemina est. Nam hax partium diuersitas inquit maribus adinuicem: ⁊ foeminis euenit: ex his videlicet partibus vuluę: membrorumqꝫ genitalium tum mas: tum foemina dignoscuntur. sed horum partium principium: causamqꝫ haudquaquã censendum: nec caliditatem: frigiditatemqꝫ simpliciter vt Empedocles: neqꝫ partium superantiam vt Democritus opinatur: sed ab his diuersam quandam: siue tum ã mari: tum a foemina semen secernitur: siue nõ: causã esse. satis enim de his nec marem corporeum aliquod: neqꝫ foeminam semen cõferre ostensum est.

¶ Quinetiã contra eos: qui marẽ a dextra: foeminam a leua parte pficisci aiunt: eadem ratio sufficit: q̃ contra Empedoclem: ⁊ Democritum: siue enim nulla materia a mare affertur: siue aliqua affertur: vt volunt: nihil dicunt: qui ita cẽsent: necnon Empedoclis sententiae pari ratione occurrendum est: qui marem a foemina distinguit caliditate vteri: ⁊ frigiditate. quod illi etiam faciunt qui dextris: sinistrisqꝫ rationem describunt: quamquam videant marem: ⁊ foeminam inter se differre: ⁊ parte: ⁊ toto. Sꝫ cur sinistris corpus vteri adiungatur: dextris nequaquam: nam si foetus eo venerit: nec eã ipsas habuerit partes: foemina erit sine vtero: ⁊ mas erit cum vtero: si ita fors tulerit. Item

(vt ante retulimus) ⁊ foemina parte vteri dextra contineri visa est: ⁊ mas leua: ⁊ ambo eadem in parte: idq3 non semel: sed saepius: quas aut mas in dextra: aut foemina in leua: nec minus ambo in dextra gignuntur: atq3 etia3 cũ gemini mas: ⁊ foemina gestarentur: mare3 in leua: foeminam in dextra contineri perspectum est.

Haec anaxagorae Opinio habetur: hic.n. dictitabat: si a dextris maris semẽ pcedẽs ad vuluę dextrã inciderit: mas gignit: si vero a sinistris: ad sinistras foemina. scire autẽ nos decet: quod Anaxagoras partes actu esse in semine: sed ad sensum breuitatis causa minime cadere: assueuerabat. Occurrit.n. huic cum inquit: quoniam omnino nullã materiam marem ad generationem conferre ostensum est: partes vero materia totius sunt: quapropter dicere: quę a dextris fiũt mares procreare: quę vero a sinistris foeminas: falsum est. si vero (inquit) illis qui opinant̃ concedere decet: ⁊ marem aliquid materię conferre: ipsis vt Empedoclis sententię occurrẽdum est. Cum prius ab Empedocle maris: ac foeminę generationem in caliditate: ac frigiditate vuluę pręscriptam dixisset: ab Anaxagora vero in dextra: sinistraq3 parte: in Anaxagoram sic inquiens inuehitur. Sed eoꝫ cur: eorum maris scilicet: ac foeminę intelligendum: vtq3 sensus hor3 totius perspect⁹ reddatur: sic dicendu3 sit. cur ex sinistris maris scilicet: ac foeminę procedentibus partibus: vteri corpus: vulua videlicet: ipsa constituitur: a dextris vero minime: illud quod ait eorum cur: ad partes: non autem ad marem: foeminamq3 referas. at quantum ad literę ordinem attinent: ita habentur. sed cur sinistris corpus vteri adiungitur: dextris nequaquam: tale est: ac si diceret: qua ratiõe: causaq3: vterus nonnunquam causa erit cu3 a sinistris maris semen procedit: ac in vuluę sinistra inciderit: foeminas non aute3 mares procreare? Nam hęc sententia horum talis esset. si enim semen quod cernitur a sinistris maris procederet: quod in se partes quę paruitatis causa ad sensum non cadunt actu cõtinet: ac ad foeminę sinistras ingredietur: foemina procreat̃: itaq3: in literę ordine deest hoc: sinistra pars. vbi vero inquit corpus: tale est: ac si diceret pars: ⁊ totius literę esset ordo talis. sed cur sinistris corpus vteri adiungitur: dextris vero sinistra vteri pars non inerit: sed ⁊ illud quod ait: nam si foetus eo venerit: nec eam ipsam habuerit partem: foemina erit sine vulua: tale est: ac si diceret. Si.n. semẽ a dextris maris procedet: ac in sinistra vuluę inciderit: vtpote quod a dextris maris sit: colem: non autem vulua3 continebit: quo vero in vuluę sinistram incidens: erit foemina sine vulua: quod quidem impossibile. si autem a sinistris maris progrediens: ad dextram vuluę inciderit: mas cum vulua erit: mas quidem vtpote qui in dextrã vuluę inciderit: vulua vero ꝓditus: vt qui a sinistris maris processit. Quę vero sequuntur cũ ad Philoponis sensum Theodorus dixerit: nobis interꝑtari nõ fuit opus.

¶ Proxime: quia aliqui persuasi dicunt teste ꝑligato dextro: aut sinistro euenire per coitu3: vt mas: aut foemina generetur. sic enim ⁊ Leophanes dicebat: tum etiam exectis alterum testem hoc idem accidere quidam aiunt non vere: sed re3 cõiectantur futura3 ex consentaneis: atq3 anticipant: quasi ita sit prius: quam ita fieri videant: ignorant ẽt nihil ad generationem maris: aut foeminae conferri ab ijs partibus: cuius rei indicium: quod multa animalia: ⁊ ipsa mares: ac foeminae sunt: ⁊ generant partim foeminas: partim mares: cũ tamen testes nõ habeant: velut ea: q̃ pedibus carẽt: verbi gratia: genus piscium: ⁊ serpentum. causa3 vero maris: ⁊ foeminae caliditatem: frigiditate3 vel arbitrari: secerniq3 de dextris: aut de sinistris: non sine vlla ratione dici potest. Sunt eni3 partes corporis dextrae calidiores sinistris: ⁊ semen concoctu3 calidius est: quale id: quod spissiu3 est. foecundius aũt: quod spissius est: sed valde a longe tangitur cã: cum ita affertur. Accedendu3 aũt semper ad rei causas primas: quoad maxime fieri potest propius. de corpore igitur toto: ⁊ de partibus: quid quaeq3 sit: ⁊ qua de causa: iam ante explicatũ alibi ẽ.

Ubi inquit Teste vincto: a verbo vincio quod ꝑligare

n

significat deriuatur. hęc autem opinio: eorum qui a dextris marem procreari inquiunt similis fit. Nam & illi aiunt: si quis hominis: siue pecudis: seu alij cuiusuis dextrum testem coitus tempore pręligaret: sinistrum vero solum reliquerit: quod gignitur foemina erit: si autem e diuerso sinistro pręligato dextrum solutum reliquerit: mas gignetur. & qui dextrum testem excecat: mares: qui vero sinistrum foeminas procreabit. Hoc autē cum eis haudquaquā copertū esset: nec verū esse constaret: sed ita rem fieri coniectantes perhibent. Nam hanc rationē afferunt: quia: quod dextera calidior est: huius gratia quod a dextris progreditur calidius fieri necesse est: quod autem calidum: magis constituere potest: quod vero magis constituendi facultatem optinet: marem procreat. itaq3 quod a dextro teste progreditur: marē: quod vero a sinistro: foeminam esse expedit. Criminatur igitur ipsos: & inquit: quod priusquam alterum testium pręligarint: ac sic accidere animaduertant: hoc autem illud explicat vbi inquit: atq3 anticipant quasi ita sit: priusquam ita fieri videant: priusquam videlicet testem pręligarint: ac ita fieri compartum habeant: quo cōsentaneo ad huiuscemodi diuinanda mouentur? Pręterea vero inquit: quod qui testes: marium: foeminarumq3 procreationis causam asseuerant: ipsos (vt primo pręsentis operis explicatum) ad generationem nihil conferre ignorarunt. Quod vero testes nihil ad generationes conferant: hoc indiciū est: vbi inquit: multa animalia & ipsa mares: & foeminę sunt: & generant partim mares: partim foeminas: cum tamen testes non habeant: verbi gratia genus piscium. Itaq3: si testes marium foeminarumq3 procreationis causa essent: quę ipsis expertia: nec mares: neq3 foeminas gignerent: sed gignunt tamē. At vero eadem animalia mares: foeminasq3 esse asserit: vt hiatulę: rubelionesq3: & apes: earūq3 reges sunt: & alia pleraq3 huiuscemodi. Et cum iam ipsis sic contradiceret: sequitur inquiens: qui enim frigiditatem: caliditatemque: ac dextra: leuaq3: marium: foeminarumq3 generationis causam afferunt: aliqua ratione nituntur: sed cum sic afferant: causas quę proxime accedat: & pręcipuam: minime adducunt. Quoniam siquis diceret: panem quatuor constare elementis: recte quidem sentiret: sed maxime pręcipua eius causa farina: ac sal: & aqua: & reliqua sunt. Ubi vero inquit: Accedendum aūt semp qō maxime fieri potest propius ad rei causas primas: tale est: ac si diceret: causę enim eiusdem rei cōtingentes tum propius: tum remotius fiunt: sed a proximioribus ratio reddēda est. Ubi inquit quod maxime fieri potest: fieri potest semi puncto firmandum: de hinc illud apponendum: propius ad rei causas primas.

¶ Sed cum mas: & foemina potentia quadam: & impotentia definiantur: quod eniz potest concoquere: & ꝯstituere: & secernere semen: atq3 principium obtinet formae: id mas est. principium autez non hoc dico: ex quo vt materia tale gignitur: q̄le quod generat est: sz id: quod primum moueat: siue in seipso: siue in altero possit hoc facere. quod autē recipit: nec potest constituere: & secernere: id foemina est. Item si oīs cōcoctio calore efficitur: mares: q̄3 foeminas esse calidiores necesse est. ob frigiditatem eni: & impotentiā: foemina sanguine abūdat: qui quibusdaz sui corporis locis: idq3 indicium facit contra: quā aliqui afferunt cām: cum foeminā esse mare calidiorem opinentur. i. menstruorum emissionem. sanguis eniz calidus ē: & quod plus sanguinis habet: hoc calidius est. putant autem hunc affectum moueri abundantia sanguinis: & caloris: quasi aeque quoduis sanguis esse possit: mō humiduz sit: & calore cruentum: nec ita eueniat: vt minꝰ sanguinis: & syncerius fiat in corpore alimenti melioris: & habitus: sed illi perinde: ac excrementum alui: quod pluris sit. hoc indicium esse naturae calidioris: magis: quam quod minus existit. At qui contra omnino est: vt enim in fructibus conficiendis ex copia primi alimenti paruz secernitur: qō vtile sit: demumq3 nulla pars remanet respectu copiae primae: sic in corpore aialis: postquam ptes per successionez alimentum conficiendum receperunt: ad postremum parum admodum remanet ex toto alimento: quod in alijs sanguis: in alijs ꝓportionale sanguinis est: sed cū alte

rum potest: alterum non potest secernere excrementu3 syncerum.

Cum eis Qui asserunt quonam pacto mas: & foemina gignit contradiceret: & cum in medium esset que ipse opinatur adducturus: hec: quasi captiones quasdam que ad marium: foeminarumq3 generationis demonstrationem sibi obsecundent: anticipat. Quoniam mas igitur ingt: & foemina potentia quadam: ac impotentia definiantur: cūq3 mas sit quod concoquere: cōstituereq3: ac secernere semen queat: quod in se principium forme non materiale3 dico: sed id quod primum mouet: efficiente3 videlicet optinet: hec precipue sensualis ale facultas esset: nam vegetale3 & foemina (vt prius explicatum) prebet. Cum igitur diceret qd primum mouet: addidit: nam mouens: & agens: aut in se: quod efficitur: vt que naturalia sunt (omne enim quod nature ordine gignitur in se mouens principium: & qd ex eo quod potentia sit in illo quod actu adducat habet) aut in alio: extrinsecus videlicet continet. Que enim artis opera sunt: non in se quod mouet: sed extrinsecus habet: non enim in ere statuarius est: quemadmodum in tritico principium quod illud mouet: & pullulare: ac in spicam erigi faciat. Siue igitur quod efficitur: intra se: & natiuum quod mouet: & agit: siue in alio & extra continet: hoc: videlicet quod potentia est: ad illud quod actu agere: ac ꝓducere potest sit. quod igitur mouere: ac ex illo quod potentia est: in illud quod actu perducere queat: siue intus: seu extra illius quod sit fuerit: mouens principium: non autem materiale nuncupandum. Quod vero principium quod mouet: & agit: cōstituere ac secernere nequit: sed illud in se magis recipit: hoc foemina est. preterea inquit: si omnis concoctio a calore perficitur (nam omne concoctum a calore concoctum redditur) maris autem semen concoquit: ac cōstituit: mares alaliu3 foeminis calidiores esse necesse est. Nam foemine (vt quidam opinantur) non caloris causa quibusdam sui corporis locis (loca quedam vuluas nuncupat) sed frigiditatis sanguine exuperant. Hoc vero sic adstruebant: si sanguis calidus: quod plus sanguis cōtinet illo quod minus calidius: sed foemina plus sanguinis continet: foemina igitur mare calidior est. sic igitur inquiens in ipsos inuehitur. Non enim omne humidum: rubrumq3 sanguis est: igitur nec callidum est: itaq3 vnde hoc sit: non illud maxime calidum est: menstruum igitur sanguinis excrementum: nō proprie sanguis est. Illud vero vbi inquit: nec ita eueniat vt minus sanguinis: & sincerius fiat in corpore alimenti melioris: hec in ipsos ironice obiciuntur: ac si diceret: de menstruo sic mirabili modo ipsi statuunt: ac si omne quod plus est sanguis necessario esset: qd vero minus: ac sincerius (quod in corpore alimenti melioris: & bene concoquenti euenit) hoc sanguinem non esse: sed potius: & precipue qd minus: & sincerius sanguis: non autem quod plus est: illi autem quod plus est magis calide nature indicium esse arbitratur: quemadmodum quod in alui excremento fieri solet. Sed de aluo recte quidem dicitur: quod animalia que eiusdem speciei plus excrementi secernunt: calidiora his que minus: sunt. Nā homo qui non morbi alicuius causa: sed nature impulsu ab aluo plus excrementi secernit: illo qui minus: cui videlicet id natura accidit: calidior est. Igitur quod calidius sit: tū concoctionem comprehensim caloris causa fieri: tum excrementi constitutionem non autem paulatim colectam: & vt & secretionem necesse est. Siquidem cum concoctio in frigidiori paulatim fiat: tum constitutionem: tū secretionem paulatim fieri contingit: sed de excremēto ita accidere solet: in sanguine vero diuersa eueniunt. Non enim sanguis excrementum: sed nouissimum alimentum est. omne enim tale nouissimum alimentum est. Quemadmodum enim inquit ex copia primi alimenti parum secernitur quod vtile sit: primum alimentum spicas in area positas inquiens. Quemadmodum enim in ipsa longe plus palee: quā tritici sit: & hoc mola rursus confecto: a cribro distincto: qd inutilius longe plus est: demum huius minima portio que vtilissima: & nouissima est: siligo sit: codē pacto: & in illo quod precipue sanguis est: fieri necessarium habetur. quoniam vtilissimus alimentum: & quod siligini proportione respondet parum esse expedit: menstruum vero plurimum: vtpote quod inutilissimo alimento a quo siligo secreta est proportionale sit. Quoniam vero (vt explicatum) quod concoquere queat mas: quod vero minime foemina est: optima ratione mas sincerum excrementum secernit: & illud quod sincerum inquit: de excremento quod a mare secernitur intelligendum. Cum multifariam menstruum non sincerum semen esse asseruisset: reliquum itaque est vt maris semen sincerum sit appellandum.

¶ Omnisq3 facultas instrumentum aliquod sibi accommodatum hēt ei: qua melius: & qua deterius

idez efficiat. foemina autem: ⁊ mas
cū multiſariam verba haec: poſſe:
⁊ non poſſe: dicantur modo p̄dicto:
ſibi opponantur: inſtrumentuz ob
eā rē tū foeminae: tū mari tribui ne
ceſſe eſt: itaqꝫ alteri vterꝰ: alteri co
les datus eſt. Natura autē ſimul ⁊
facultatem cuiuis dat: ⁊ inſtrumē-
tum: ſic enim melius eſt. quamobrē
ſingula loca vna cuz ſingulis excre
mentis: ⁊ facultatibus ſibi accōmo
datis inſtituuntur: atqꝫ vt nec vi-
ſus ſine oculis: neqꝫ oculus ſine vi-
ſu pficitur: ſic ⁊ aluꝰ: ⁊ veſica ſimul:
atqꝫ excrementa fieri pñt: cōditur.
ſed cum idem ſit ex quo generent: ⁊
augeantur: idqꝫ ſit alimentum: ps
corporis quaeqꝫ ex tali materia: ta
liqꝫ excremento: qualis eſt capax:
conſiſtet: ⁊ fiet. Gignitur item ex
contrario quodammodo vnum-
quodqꝫ: vt nos cenſemꝰ. Ad haec
tertium illud ſumendum ē: vt quo
niam oīs delatio in contrarium eſt:
ꝙ non ab eo ſuperatur: a quo con-
ditur: ſiue creatur: id in contrariuz
mutari neceſſe ſit. his ita ſubiectis:
apertius fortaſſe iam fuerit: qua de
cauſa alterum mas: alterum foemi
na fiat. Cum enim principium non
ſuperat: neqꝫ concoquere pōt pro-
pter caloris inopiam: neqꝫ ducit in
ſuam formam: ſed tantiſper ſupera
tur: mutari in contrarium neceſſe ē.
contrarium autez maris foemina
eſt: videlicet: qua alterum mas: al-
terum foemina eſt. Et cum faculta
tis: ſiue virtutis differentiam habe
at. inſtrumentum quoqꝫ hēt auer-
ſum: itaqꝫ ī tale mutatur. parte aūt
aliqua opportuna mutata: conſtitu
tio tota aīalis multo diſcrepat for-
ma: licet hoc perſpicere in ſpadoni
bus: qui vna parte truncati tam a
priſtina forma diſcedunt: parumqꝫ
a foemina ſpecie diſtant. cuius rei
cauſa eſt: ꝙ ptes nōnullae principia
ſunt: principio autem mutato: mul-
ta ex iīs: q̄ ſequuntur: commutari:
⁊ dimoueri neceſſe eſt.

Et haec Itez vt captiones anticipet:
quod autez dicitur nobis hu
iuſcemodi referentibus planum pateret: quē
admodum enim idem agit qui ſagittandi ar
te inſtruitur: ⁊ qui ipſum inſtruit: naz vterqꝫ
ſagittam ab arcu dimittit: ſed diſcentis qui-
dē arcus deterior: melior vero docētis ē: q qui-
dem nuper ſagittandi arti ſe exercendū exhi
buit: eius remiſſior arcus: laxuſqꝫ: alter vero
tenſus: ac fortis habetur. Ita tum mas: tum
foemina idem faciunt: vterqꝫ eniz gignit: ſed
foemina in mare quidem: maris autez opus:
⁊ inſtrumentum melius eſſe certum eſt: coles
videlicet vulua melior habetur. Cum autez
marem poſſe: foeminam vero non poſſe aſſe-
ruiſſet: impoſſibile multiſariam dicitur: vt
quarto quod poſt naturalia operis eſt expli-
catur. Impoſſibile etiā ⁊ quod omnino fieri
nō poteſt dicitur: quo ſenſu mihi granuz coe
lum: ⁊ punctum numerum fieri impoſſibile
aiunt. Sed enim impoſſibile quod recte fie-
ri non poſſit appellamus: vt nonnunquā diſ-
ſonum quod mali ſoni eſt nūcupatur. Quod
ſecundo modo poſſibile: ac impoſſibile dici-
tur: mas: ac foemina contraria ſiunt. Quod
ait facultatibus: pro facultate accipiendum.
vtqꝫ horum ſenſus totus talis ſit: quamobrē
cuiuſlibet loci facultas vna cum ipſis excre-
tionibus inſtituitur. Quod vero inquit: ideo
quelibet loca vna cum ſingulis excrementis
inſtituuntur: non illud vt aliquis putaret ex
plicat: quod non protinus ſimul a prima con
ſtitutione coles: atqꝫ vulua ſit: nam ⁊ hec cuz
omnibus ſimul corde excepto procreantur.
Si enim hoc illud differeret: quereret qſpiaz
inquiens: ſi eo tempore cum ſimul ſemen: et
menſtruum excerni poſſet: coles: ⁊ vulua fie-
ret: horum vero excretio pluribus annis a
generatione ſit: tum colem: tum vuluam tūc
gigni neceſſe eſſet. verum cum foetus in vte
ro adhuc conſiſtant: ex diſſectionibus tales
partes continere inſpiciunt: non igitur illud
explicat: ſed illud inſtituuntur: tale eſt ac ſi
diceret perficiuntur: ⁊ quod alterum vulua:
alterum vero coles ſit: tunc principium po-
tiſſime ſumūt: cū excrementoꝝ excretio ſit.
Quemadmodum ⁊ ignis qui apud nos eſt
dicitur: ſed potiſſimum tunc ignis eſt cum ſu
pera optinet. pari modo autem tuz de aluo:
tum de ueſica hoc dicendum eſt: ⁊ quoniam
queqꝫ pars ex qua gignitur: ex eadem ⁊ ali-
mentuz ſumit: nihil vero alitur niſi in ſe ipſo
alimentum a quo alatur cōtinet: hinc vuluā:
aluumqꝫ ex eadem materia quam recipere
queunt: ac ex eodem excremento ali neceſſe
eſt. Reliqua vero planiſſima patet. Cuz aūt

hęc ante caperet:inquit ; ac denunciat:quod
maris semen : ac natura quę in ipso est ma-
rem pręcipue constituere pergit : cum vero
superare nequiuerit: vt menstruū in sui natu
ram conuertat:ad ea quę contraria sunt mu
tationem fieri necesse est. foemina vero qua
foemina mari contraria est : corruptio enim
maris : ac eius creationis frustratio:foemina
habetur. Quod autem foemina: ⁊ mas:qua
mas: ⁊ qua foemina aduersa sint:iam dictū.
Quoniam(vt explicatum) diuersis facultati
bus adinuicem instrumenta meliori videli-
cet ⁊ deteriori differunt:etenim maris:foemi
neqꝫ diuersę facultates:eos: ⁊ instrumentum
diuersum habere necesse est. itaqꝫ in tale in-
strumentum protinus seminis facultas in vul
uam videlicet commutatur.

¶ Quod si mas principium quod-
dam : ⁊ causa est : masqꝫ est : qua
aliquid potest:foemina vero : qua
non potest.potentiae autē: ⁊ impo
tentiae:ratio sic describenda est: vt
facultas aut assit:aut desit concoq̄n
di vltimi alimenti: q̄ in sanguineis
sanguis appellatur:in exanguibus
proportionale.eiusqꝫ causa in prin-
cipio: ⁊ parte:quae originem natura-
lis caloris continet: sita est.cor pro-
fecto in sanguineis constitui : ⁊ aut
marem:aut foeminam fieri : quod
gignitur necesse est.in caeteris. ve-
ro generibus mas: ⁊ foemina est:q̄
proportionale cordis habeatur:ori
go: ⁊ causa foeminae: ⁊ maris haec:
⁊ in hoc est. foemina autem : ⁊ mas
iam est:cum partes etiam hñt:qui-
bus foemina differat a mare.non.n.
quauis parte mas:aut foemina est:
quomodo nec videns:nec audiens:
sed repetendo dicimus.Item semē
excrementum esse vltimum alimen
ti positum est.vltimū autē id intel
ligi volo:quod in vnamquāqꝫ par
tem feratur:quamobrem quod ge
neratū est:simile ei:qd̄ generauit ē.
Nihil enim refert ab vnaquaqꝫ p-
te proficiscatur:an ad vnamquāqꝫ
accedat:sed rectius ita: maris autē
semen differt : quod principium in
se continet tale:quo moueat: ⁊ ali-
mentū in aiali vltimū concoquat:
foeminae semen materiam tm̄ prae
bet.quotiens igitur semen superat
maris:ad se ducit. cū superatū ē:
in contrarium demutatur : hoc est
in corruptionem.cōtrarium aūt ma
ris foemina est : foemina cruditate:
frigiditateqꝫ sanguinei alimenti de
scribitur.natura vero excremento
cuiqꝫ dat conceptaculū. semen aūt
excrementum est: quod in calidio-
ribus: atqꝫ maribus sanguinei ge-
neris contractiuus est: quapropter
membra capientia eius excrementi
meatus in maribus sunt.At foemi-
nis prae cruditate copia redundat
sanguinea:inconfectus.n.inconco-
ctusqꝫ sanguis est:itaqꝫ concepta-
culum eius haberi necesse est: idqꝫ
dissimile esse : ⁊ amplius : quocirca
natura vteri talis est: qua parte foe
mina differt a mare . Exposui cām
quāobrē alterū mas:alterū foemi-
na generetur. Indicia vero faciunt
res :quae accidunt.nouella enim: ⁊
senescens aetas magis:quā florens
foeminas generat.in altera enī ca
lor nondum perfectus est.: in altera
deficit.humidiora ēt: effoeminatio
raqꝫ corpa foeminā poti⁹ gignūt:
⁊ semina humida:magis:quā spissā
hoc idem faciunt. haec enī omnia
eueniunt caloris inopia naturalis:
Flatibus itē aquilonijs magis:q̄
austrinis mares gignūtur. fit etiā:
vt excrementis eiusmodi corpora
abundent:plus autem excrementi
concoctu difficilius est. quāobrem
maribus semen: mulieribus men-
strua decedunt humidiora. Tū ēt:
vt menstrua secundum naturā mē
sibus decrescentibus potius fiant:
eadē de causa accidit.tp̄s enī hoc
mensis frigidius est: ⁊ humidius: p
pter lunae decrementum : defectio
nemqꝫ . Sol enī p totum annum
hyemē:atqꝫ aestatē facit. At luna
per mensem id agit:quod ita fit:nō

addidit: in calidioribus: atque maribus san-
guinei generis. At vero maribus semen cor-
pulentum: contractumq3: nec plurimum vt
foeminę est: & quod eius copia non redūdat:
mas meatus qui in ipso sunt talis excremen
ti capaces obtinet. semen autem foeminę in-
concoctionis causa sanguinis exupantia est:
itaq3: & partem talis excrementi capacem: et
quam marium maiorem: & dissimilem habe-
re necesse est: nam vuluę ad colem nihil simi
litudinis: proportiōisq3 existit. Vuluę igitur
natura: & magnitudine ꝑdita: & coli dissimi-
lis habetur. Cum igitur: ita vt dictum est:
marem foeminamq3 gigni asseruisset: tū quę
eueniūt indicia planissime adhibet: tu3 ex his
ea quę ipsę adduxerat reddere perspicua p-
git. Quod vero lquit humidiora: effoemina-
tioraq3: idem est. Aquilonibus autem flanti-
bus mares potius giguntur: cum aer frigi-
dior fit: & corporum superficies ꝯtractior red
ditur: ideoq3 calori qui in nobis est extra ef-
flandi iter peruius haudquaqua3 patet: qui
cum non efflat: vehementior efficitur. In au
stralium flatibus frigidiora: & semine magis
redundantia animalia efficiuntur. lunam au
tem mensis spatio ęstatem: atq3 hyemem nō
per solsticia vt solem facere inquit (sole autē
in cancro ęstas: in capricorno vero hyems
fit) sed cum ab ipso remotior fit: vel ad ipsu3
magis accedat. Etenim tempus a quo lumē
capere incipit: ad semiplena3: veri proportio
ne respondet. quod vero a semiplena quoad
plena pene reddatur: ęstati: ab hoc aute3 ad
aliam semiplena3 autumno. At quod ab hoc
quoad tota cocat hyemi. vbi autem inquit:
hęc vero causam cōplent generationis: hęc &
callidum: ac frigidum nuncupat. Illud vero
quod ait: sed ꝑcipue ex alimonia aquę: huius
enim vsus plurimus est: aqua3 communiori
nomine omne potabile appellauit: & ac si dice
ret: sed ꝑcipue propter humidi alimentum.
Vbi autem inquit: atq3 in omnibus alimen-
tum est: etiam siccis: hac de causa dicitur: qḋ
siccum alimentum nisi humidum prius fiat:
haudquaquam alimentum suggerit. Nā sue
cus quem venę ab aluo attrahunt: humidus
e. Siquidem aquas salsugineas: terrenęq3
plurimum in se portionis cōtinentes: crudas
nuncupat.

❡ Eaedem causae sunt: & vt alij
parentibus similes generentur: alij
dissimiles: & alij patri: alij matri: tu3
corpore toto: tum vero partibus sin
gulis: & parentibus magis: quam
maioribus suis: & ijs potius: quam
quibuslibet: ac mares potius pa-
tri: foeminae matri: alij nulli con-
sanguineo similes: sed tamen ho-
mini similes: alij ne homini qui-
dem: sed ia3 monstro. Qui eni3 suis
parentibus similis non est: monstrū
quodāmodo est. discessit eni3 in eis
quodāmodo natura ex proprio ge-
ner: coepitq3 degenerare: sed initiū
primum degenerandi est foemina3
generari: non marem. verum hoc
necessarium est naturae. Genus .n.
seruari oportet eorum: quae foemi
na: & mare destinguntur. Sed cum
fieri possit: ne aliqn̄ semen superet
maris: aut ob aetatem iuuenilem:
senilem ve: aut ob aliam eiusmodi
causam: foeminā ob ea3 rem gigni
necesse est: at monstrum gigni non
necesse est. s ad causam cuius gr̄a: &
finem: quamquā per accidens ne-
cesse est. nam principiu3 hinc suma
tur oportet. quoties enim excremē
tum seminale bene concoctum in
menstruis est: motus maris agit ꝑ
suā forma. nihil enim refert genitu
ra dicatur: an motus: id quod ꝑte3
corporis vnāquamq3 augeat: nec
interest augentem motum: an prin
cipio instituentem placeat appella
re. eadem nāq3 rō motus est. itaq3
si superat: faciet marem non foemi
nam: & similem ei: qui generat: non
matri: sed si nō superat: pro ea: qua
non superarit: facultate: defectum
faciet.

Ex his Causas adducit: quomodo a-
lij patri similes: alij matri fiāt:
quę vero proponit plane patēt. Vbi autem
inquit discessit enim in eis quodammodo na
tura ex genere: illud in eis semipūcto firmā-
dum: qḋ vero dici r tale est: in eis qui gignun
tur: & parentibus dissimiles sunt: natura a ge
nere discessit: nā ex alio genere in aliud tran
siuit. illud vero quod ait: sed initium primus
generandi foemina3 generari: tale est ac si di
ceret: primum autem ad monstra initium est
foeminam generari. Quod enim alicui parē
tum simile non sit: monstro quodāmodo si-

mile est. sed ⁊ qui senis digitis: aut pecudis
capite ꝑditus: seu biceps fuerit: monstrū est.
(varia enim monstrorum genera visuntur) at
primum tamen ad hoc iter principium foemi
na est: a foemina vero originem capientia ꝑ
ueniunt. Sed digressus quidem qui ad foe
minę generationem fit: ⁊ si monstrosus quo
dammodo est: necessarius tamen naturę ha
betur. etenim genus nostrum: omniumq; alio
rum: in quibus foemina a mare distinguit: ser
uari necesse est. Cum autem superare: ⁊ mas
fieri esse nequierit: foemina necessario fit: vt
ipsa ad alij: seu aliorum procreationem sup
petat. itaq;: ⁊ si foemina monstrum quodam
modo est: verum natura necessario ipsam: ⁊
alicuius gratia procreat: quę autem vere mō
stra fiunt: materię causa ipsa nō alicuius gra
tia (vt deinceps explicabit) necessario produ
cuntur. Illud vero vbi asserit: nam principiū
hinc sumatur oportet: tale est ac si diceret: ꝓ
prium autem principium: ⁊ causam qua simi
lia: ac dissimilia parentibus fiunt: hinc sumē
dum est. Cum menstrua per se bene cōcocta
fuerint: qualem videlicet formam maris mo
tus obtinuerit: tale ⁊ quod ab ipsa procreat
reddet. Cum autem maris motus dixisset ad
didit: genitura enim dicatur an motus qui au
geat: tale est ac si diceret: causam vero quę a
mare procedit efficientem: siue quis motum
siue geniturami: siue quę augeat: ⁊ constituat
appellare volet: nihil refert: hęc enim omnia
de ipsa dicere congruit.

¶ Facultatem autem vnāquāq;
hoc modo intelligi volo: quod ge
nerat: non solum mas est: sed etiam
talis mas: vt Coriscus: aut Socra
tes: nec modo Coriscus est: verum
etiam homo: atq; ad hunc modum
alia propius: alia remotius insunt
in eo: quod generat: videlicet: qua
genitale est: nō per accidens. Verbi
gratia: si grammaticus: aut vicin⁹
cuiusquam: qui generat est: valet
autem super in generando magis:
quod proprium: ⁊ particulare est:
Coriscus enim ⁊ homo: ⁊ animal ē:
sed propius a proprio distat homo:
quam animal. generat autem: ⁊ qđ
particulare est: ⁊ quod genus est:
sed magis: quod particulare: hoc
enim substantia est: quod enim gi
gnitur: ⁊ si quale qđ est: tamen hoc

quicquam ē: idq; substantia est. q̄p
obrem et facultatibus insunt in se
minibus eiusmodi oīū motus: ma
iorum etiam propria in nepotum se
mine insunt potentia: sꝫ propinquus
semper qđ particulare ē: pticulare
Coriscum dico: ⁊ Socratem: sed cū
omne quod mutatur: non in quod
libet: verum in sibi oppositum trā
seat: iđ ⁊ quod in generatione non
superatur: transeat in oppositum
necesse est: pro ea facultate: qua nō
superarit: q̄ generat: moueatq;: q̄
si qua est mas: non potuit: foemina
gignitur. sed si qua ē. Coriscus: aut
Socrates: non patri: sed matri simi
le gignitur. vt enim olno patri: ma
ter opponitur: sic singulis generan
tibus singulae generantes opponū
tur: similiq; modo in sequentibus
facultatibus agitur. semper enim
in sequentem: ⁊ proximum maiorē
potius transitur tam in p̄re: quam
in matre. Insunt autem motus alij
actu: alij potentia. actu insunt mo
tus eius: qui generat: ⁊ vniuersali
um: vt hominis: vt animalis poten
tia: insunt motus foeminae: ⁊ maio
rum: tam in patre: quam in matre.
mutatur igitur transigens in oppo
sita: motus autem: qui creant: solu
untur in ꝓpinquos. Verbi gratia:
motus eius: qui generat: si soluaẗ:
primum differentia minima in mo
tum patris transibit: mox ī aui: atq;
deinceps ad hunc modum in caete
ros similes. In foeminis quoq; trā
situs fit. motus enim concipientis
in motum soluitur matris: si non in
eum: in auiae: eodemq; modo in su
periores. sed potissimum ita natura
fert: vt qua mas: ⁊ qua pater est si
mul: aut superet: aut superetur. pa
rum enim discriminis est: itaq;: vt
simul vtrunq; eueniat: neq̄quā dif
ficile est. Socrates .n. vir talis qs ē.
Quamobrem marce magna ex par
te similes p̄ti existunt: foeminae: ma

tri.simul enim in vtrunqꝫ discedi-
tur.opponitur autem foemina ma-
ri:mater patri:discessusqꝫ in oppo
sita fit:sed si motus:qui a mare est:
superarit:qui vero a Socrate est:
non superarit:aut hic superarit:ille
nō ita:euenit:vt mares similes ma-
tri:foeminae similes pr̄i generenꝭ.
Item si motus soluantur:ꝛ q̄ mas
est seruetur.Socratis autem solua
tur in pr̄is:mas erit auo similis.aut
alicui caeterorum superiorū maio-
rum:prout solutio tetenderit.sꝫ si
qua est mas superetur:foemina erit
similis potissimuꝫ matri:si autem:ꝛ
hic soluatur motus:matri assimila-
bitur matris:aut alicui superioruꝫ
pari ratione.Idem modus partiuꝫ
quoqꝫ ē.saepe enim aliae pr̄i simi-
les:aliae matri:aliae maioruꝫ alicui
similes constituuntur.insunt enim:
ꝛ partium motus:alij actu:alij po-
tentia:v saepius diximus.oīo subij
cienda sunt tria illa:vnuꝫ quod mō
dixi:motus inesse:alios potentia:ali
os actu:alterum degenerare in op
positum quod superatur:tertium
transire in motum proximuꝫ id:qd̄
soluitur:ꝛ si minus soluitur in pro-
pinquum:si magis in remotiorem
discedere:demumqꝫ ita confundi:
vt nemini suorum similes prodeāt:
sed,cōe tantum relinquatur:vt ho
mo fit:cuius rei causa est:quod co-
mune pticularia ꝯsequitur omnia.
homo enim vniuersale est.Socra-
tes pater:ꝛ quecunqꝫ ē mater:pti
culare ē.causa:vt motus soluantur
est:quod omne agens patitur etiā
a patiente:vt quod secat hebetaꝭ
ab eo quod secatur:quod calefacit
refrigeratur a calescente:deniqꝫ
quodcunqꝫ mouet excepto primo:
mutuo mouetur aliquo motu.
Verbi gratia:quod pellit:pellitur
quodammodo:quod premit:re-
primitur.Interduꝫ etiam ita fit:vt
quod agit:magis patiaꝭ:q̄ꝫ agat:
ꝛ refrigeretur.quod calefacit:cale
fiat:quod frigefacit.Cum aut ni-
hil fecerit:aut minus quam ipsum
affectum est:dixi de ijs cuꝫ de ratio
ne agendi:patiendiqꝫ docerem:vi-
delicet quibus in rebus inesset age-
re:ꝛ pati.Degenerat autem:qd̄ pa
titur:nec superatur:aut defectu fa-
cultatis ei⁹:quod coquit:ꝛ mouet:
aut copia frigiditate:quae eius:qd̄
concoquitur:ꝛ distinguitur.Cuꝫ.n.
partim superet:partim nō superet:
facit multiforme:quod cōstituitur:
vt athletarum nonnullis per vsum
cibi nimium accidit.Cuꝫ enim ꝑ co
piaꝫ pastus natura nequeat supera
re:vt proportione augeat:formāqꝫ
seruet eandem:diuersae efficiūtur
partes:ꝛ adeo interdum:vt nihilo
fere similes primis euadāt:proximū
huic est morbus:quē satyriā appel-
lamus:etenim in eo ꝓ abundantia
fluctionis:aut flatus crudi in partes
faciei decūbentis facies animalis di
uersi:ꝛ satyri apparet.Sed quā ob
causam mares:ꝛ foeminae generē-
tur:ꝛ alij parentibus similes:foemi
nae foeminis:mares maribus:alij e
diuerso:foeminae patri:mares ma-
tri:deniqꝫ alij maioribus suis simi-
les:alij suorum nemini similes exi-
stant:idqꝫ tum corpore toto:tū par
tibus singulis:de ijs inquā omnib⁹
dictum iam est. Sententiae autem
aliorum etiam naturae interpretuꝫ
sunt de his rebus scilicet quāobreꝫ
similes parentibus generentur:as-
serunt illi duplicem modum rōnis.

Cum pro Ea qua non superauit fa-
cultatem defectum facere
asseruisset:dum illud pro ea qua explicare p-
geret:hoc addidit:facultatem auteꝫ hoc mo
do intelligi volo:ꝛ illud vnam quanqꝫ:tale
est ac si diceret:qualicunqꝫ:nam semen plu-
res facultates optinet:facultatem enim So-
cratem generandi habet:sed ꝛ hominem sim
pliciter:ꝛ non Socratem:sed ꝛ animal.Qua
licunqꝫ igitur ex his facultatibus non supe-
rauerit.A superioribus nos initium sumen-

do sic dicere decet: ut hoc planius pateat: qualicunqz igitur facultate non superauerit: ⁊ reliquę partes quę sequuntur lucidiores redduntur. Cum vero illud hoc modo asseruisset: modum sic inquiens adducit. est quidem quod gignit mas: est vero ⁊ Socrates: ⁊ homo: ⁊ animal: est autem ⁊ vicinus alicuius: ⁊ est ⁊ grammaticus. Sed mas quidem: ⁊ Socrates: ⁊ homo: ⁊ animal: genitali per se qua genitalia insunt. At vicinum autem alicuius esse: ⁊ grammaticum: genitali non qua genitalia per se insunt: sed per accidens. Nā vero hęc ipsi per accidens insunt certum est: nunquam enim grammaticus genitus fuit. Mas vero: ⁊ quod omnino simile Socrati fit: gignitur. tres igitur ipsi facultates ut genitali: seu quatuor insunt: maris: Socratis: hominis: animalis. ⁊ precipue generanti proprium est mas: secundum vero Socrates: tertium homo: demum animal. Ad generationem autem quod propium: fortius est: secundum vero quod propius ad proprium accedit quod pręcipuę proprio proximum est: ac ad ipsum accedat: hoc autem Socrates esset: dehinc homo sequitur: postremo animal. Cum hęc dixisset: addit: generat quod genitale est: ⁊ particulare ut Coriscum: ⁊ genus ut hominem: aut animal: non hoc inquiens quod illud quod uniuersale est generat: sed quia uniuersale in particularibus est. Si quidem sui similem generabit: illud quod particulare est genuisse dicimus. Si vero simpliciter hominem: quod uniuersale est generat: igitur quod genitale est ⁊ particulare: ⁊ gen⁹ gignit: sed magis quod particulare est: hoc enim substantia: ⁊ quod generatur: prima scilicet: ⁊ pcipua: ac quę magis propria est: quę ⁊ generatur particulare est: sʒ uniuersale in ipso inspicitur. gignitur enim (inquit) qđ fit: ⁊ qualitas quędam: verbi gratia album: ⁊ calidum: sed illud quod fit: tale aliquid ⁊ substantia est. at illud qđ ait quamobrem ex facultatibus: ⁊ subaudiendum hoc: videlicet generantis: ut illud qđ dicitur tale fit. quot facultates sunt in eo quod generat: (hęc autē erāt mas: Socrates: homo: animal:) tot ⁊ in semine quod ab ipso proficiscitur sunt: at in ipso actu sunt: tum quę parentum etiā: sʒ potentia insunt: ⁊ quod facultates generātis actu sint: hoc dixit: sed magis: ⁊ propinquius generantis sunt: hoc igitur est: quod inquit: quod particulare est. His sic ante captis: et ad hęc pterea quia mari foemina aduersat: Socrati vero qui non Socrates: ⁊ homini similiter qui non homo. quęcunqz enī facultatum non superabit: extra esse: ⁊ contrarius fieri necesse est. Siquidē Socrates qua mas superauerit: qua vero Socrates superatur: Xantippe videlicet qua foemina superata: q̃ vero Xantippe superauerit: mares parenti similem gigni necesse est. Quoniam enī qua mas superauit: mas autem superans mares producit: quod genitum est: marem esse necessarium habetur. Qua vero Socrates superatus fuerit: mas: Xantippi similis gignit: hęc enim Socrati propinque aduersatur. At si qua mas: ⁊ qua Socrates superauerit: marem gigni: ⁊ Socrati similem necesse est. Si autem qua Socrates superauit: qua vero mas superabitur: quod gignitur foemina: ⁊ similis Socrati erit. Sʒ si in utroqz ⁊ qua mas: ⁊ qua Socrates superatus fuerit: quod gignetur foemina erit: ⁊ Xantippi similabit. Ut enim uniuersali patri (hunc enim omnino patrem appellauit) uniuersalis mater cōtra ponitur: ita ⁊ particulare particulari qua particulare contrarium erit. Si vero ⁊ qua mas superabit: qua Socrates autem nō ab Xantippe superabitur: in aui similitudinem trāsiet: (hic enim Socrati proximus est: semper enim in illum qui magis coheret potius transit) si aūt qua Socrates a remotiori quā Xantippe superabitur: in proaui similitudinem abibit. hoc vero ⁊ de auia dicendum: auia vero aui coniunx est. Quod vero inquit: insunt potentia motus: de maris: ⁊ Socratis: foeminęqz: ac Xantippis asseuerat: vel facultas de qua diximus potius agit quę Socratis Xantippisqz est: ut ex his quę sequunt perspectum redditur. illud vero quod ait soluuntur: tale est ac si transmutantur diceret. facultates igitur Socratis: Xantippisqz: quę creant: in ea quę propius sunt transeunt. Nā si Socratis facultatis motuʒ paruo quoddā discrimine resolutionē pati cōtigerit: in eius patris: dehinc in aui similitudinem abit. Sʒ ⁊ in foemina eius generantis facultas idem aget: quę in eaʒ quę matris est resoluitur: dehinc in auię facultatem transit. Cum hęc asseruisset: sequitur inquiens: sed potissimuʒ: ita natura fert: ut qua mas: ⁊ qua pater est simul aut superet: aut superetur. non hoc quod aliquis ex litera coniectaret inquit: ut si dicere vellet ita potissimuʒ natura fieri: ut idē qua mas: ⁊ qua pater superet: aut superetur: Sʒ quod inquit esse tale quoddam dicere. hoc potissimum natura fert: ut cum qua marē eū superare contigerit: posse ⁊ qua patrem superare. si vero qua marem superari accidet: et foemina gignitur: ⁊ qua Socrates pariter a Xantippe superabitur: nam maris: ac Socratis patris ad foeminam: Xantippemqz paruʒ inest discriminis. itaqz: quod qua mas supauit: cum ⁊ qua patrem superare eueniret. q̃ vero foemina: ⁊ qua Xantippe: idem aget. et hęc ab Aristotele ut plerūqz agere consueuit

bis adducta sunt. Nam mares patri: foemi[n]e
vero matri similantur. Si discessus vna ad
vtrūq; fiet: quod amare ad foeminam disce-
det: ad Xantippem protinus ceu contrarius
deficit. idem & de mare: ac Socrate existimā
du;: vt mista simul vtraq; verbi gratia mas:
aut Socrates: vel foemina: seu Xantippe gi
gnantur: nihil operosum admodum: difficile
q; habetur. Et quod discessus ad vtrūq;: ad
foeminam videlicet: & Xantippen: aut ad ma
rem: & Socratem fiat: hoc ex eo quod foemi
na mari: mater vero patri aduersatur Syllo
gismo: seu ratiocinatione ostendit. Etenim
maior ratiocinatiōis ꝓpositio: foemina: mas:
mater: pater: est: minor vero quod inquit di-
scessus in opposita fit: habet. & ratiocinatio
fit huiuscemodi. discessus in contraria fit: at
foemina mari: mater vero patri cōtrariatur:
discessus igitur in marem & patrem: vel in
foeminam & matrem fit. Cum ostendisset: cū
quiduis fieri accidit si facultates que ꝑeāt
in proximos: seu remotiores dissoluentur: qd
nam sequitur deinceps explicaturum se ac-
cingit: ex illo quod inquit. si motus qui a ma
re est superarit: qui vero a Socrate nō supe
rauerit: hec tamen ceu ex alio principio de-
mōstrata sunt. Quod vero illud soluunt di-
uersum ab eo sit quod ait superatur: ex his
que paulo post sequuntur planum redditur.
at vbi inquit: motus autem qui creant soluū
tur: tale est ac si diceret: ab his qui magis ꝓ-
pinqui sunt vincuntur. illud autē quod ait:
simul in vtrūq; discessus quidam factus est:
tale quodāmodo est: si aliqua gemellos alte-
rum marem: alterum foeminā ediderit: mas
patri: foemina vero matri similis erit. Si igi
tur Socratis facultas (vt dcm̄) soluetur qua
Socratis: non in eam que Xantippis est: sed
que Socratis patris: mas: sed ab his dissimi
lis gignetur. postremum vero confundūtur:
vt nulli cognatorum: sed homini simpliciter
similentur. Quoniam enim vniuersalis ho-
mo omnia particularia sequitur: cuȝ cōfusio
oritur: illud qȯ generatur: illi qui sequitur: si
mile esse necesse est. quod vero omne qȯ mo
uet primo excepto mouetur: patet. etenim in
erratica sphera errantibus contra fertur: seu
vt mirabilis Ptolemeus asserit: illi que sine
stellis: & hoc pacto per annos centuȝ: vt quē
asseruimus Ptolemeus ostendit inerratica
vnum peragit gradum. Quoniaȝ in athletis
natura verbi gratia in dextro pede contine-
re: & concoquere potest: in leuo vero nequa-
quam: dexter leuo valde maior fit: vt alteri[us]
ad alterum nihil pene similitudinis fiat. saty
ris quidem est: quā Elephantiam appellāt:
nō modo dexter valde maior leuo pede est:
sed seipso: nam priusquam alimentum cape-
re inciperet: minor fuerat.

¶ Nonnulli enim ita censent: vt
ab vtrouis plus seminis venerit: ei
similis magis generetur: aeque to-
ti totum: & parti pars: quasi ex vna
quaq; parte semen decedat: sed si
par de vtroq; venerit: similis neu
tri procreetur: quod si falsum est:
nec omni ex parte decedit: constat
nec similitudinis: & dissimilitudinis
causam id esse: quod referunt. Tuȝ
etiam quemadmodum simul: & foe
mina fit: & patri similis: aut mas: &
similis matri: non facile explanare
possunt. Quod enim: vt Empedo-
cles: aut Democrit[us] causaȝ de ma-
re: & foemina reddunt impossibilia
modo alio dicunt: sed qui qȯ plus:
minus ve a mare: aut foemina se-
cesserit: alterum marem: alterum
foeminaȝ gigni causantur: ij neque
ant explicare. quemadmodum foe
mina patri similis: mas similis ma-
tri reddatur. simul. n. plus ȯ vtroq;
venire impossibile est. At haec cur
similes maioribus suis magna ex
parte: remotisq; generentur: cum
nihil seminis ab illis secesserit: nihil
profecto isti quod bene tueantur
hn̄t: sed qui reliquum similitudinis
modum afferunt: ij tum caetera: tū
vero hoc melius dicunt. Sunt eniȝ
qui semen genitale dicant quāuis
vnum: tamen veluti omniariam
quandam esse multorum seminum
mistionem. Itaq; vt siquis multa
saporum genera in eodeȝ humore
miscuerit: moxq; inde sumat: pos-
sitq; sumere semper non tm̄ deȝ ex
vnoquoq;: sed modo huiusmodi
illius plus: alias etiā ex hoc sumat:
ex illo nihil sumat: sic in semine ge-
nitale esse: cum ex multis: ac varijs
mistuȝ sit. a quocunq; enim gignē-
te accesserit plurimum: ei similem
forma generari: sed haec ratio: nec
plana est: & passim fictitia est: vult

haec non actu:sed potentia inesse:
quam omnifariā seminis cōmistio
nem appellat:ꝛ quidē ita dici me
lius est.illo enim modo impossibile
est:hoc possibile ē. Uerum qui ita
causam reddunt:nullo modo rōnē
afferre de omnibus facile poterūt:
cur foemina:cur mas gignatur:q̄ꝫ
obrem saepenumero foemina patri
similis:mas matri proueniat: atqꝫ
etiam de maiorum similitudine.
At haec qua de causa interduꝫ hō
quidem:sed nulli suoꝝ similis gene
retur: alias vsqueadeo procedēdo
degeneret:vt demum ne homo q̄
deꝫ:sed animal tantuꝫ aliquod exi
stat:quae monstra dicuntur.proxi
muꝫ enim ab ijs:quae iam explica-
uimus est: vt causas de monstris
reddamus.ad extremuꝫ enim cum
motus soluantur: ꝛ materia non su
peretur: remanet: quod maxime ē
vniuersale:idest aial. Jam pueꝝ ox
tū capite arietis: aut bouis referūt.
Itemqꝫ in caeteris membrorum no-
minant animalis diuersi: vitulum
capite pueri: ꝛ ouem capite bouis
natam asseuerant. Quae omnia ac-
cidunt quidem causis supradictis:
sed nihil ex ijs: quae nominant: est:
quāuis similitudo quaedam gene-
ratur:quod euenit etiaꝫ non in mō
strum peruersis.quamobreꝫ saepe
numero per conuitiuꝫ nonnulli de-
formes assimilātur:aut caprae ignē
efflanti:aut arieti peculeo.physio-
gnomon quidā omnes ad duorum:
aut triuꝫ aialiuꝫ formas redigebat:
ꝛ dicendo plerumqꝫ persuadebat.
Sed enim impossibile esse: vt tale
monstrum gignatur:idest alterum
in altero animal:tpa ipsa grauidita
tis declarant:quae plurimuꝫ discre
pant in hoīe:ꝛ cane:ꝛ oue:ꝛ boue:
nasci autem nullum nisi suo tempo
re potest: partim igitur hoc mo-
do gignuntur monstra: partim
quod forma prodeant multimem-
bri:scilicet multis pedibus:aut mul
tis capitibus:sed profecto rationes
monstrorum:ꝛ oblaesorum anima
lium propinquae:ꝛ similes inter se
quodammodo sunt:monstruꝫ eniꝫ
oblaesio quaedam est.

Cum quonā pacto liberos non-
nunquam parētib⁹
similes eē:aliquādo dissimileꝫ asseruisset.quo
niam quidam naturales auctores horuꝫ cau
sam adducere moliti sunt: nihil vero verisi-
mile:aut necessarium attulerunt:quoruꝫ sen
tentias cum in mediuꝫ detulisset:ita arguit.
Quidam enim hoc pacto opiuati sunt:ex to-
to corpore:corpus tum maris: tum foeminę
proficisci:ꝛ si mar.s plus fuerit qͦ foeminę ē
superatur:ꝛ mas patri similis gignitur . Si
autem maris minus fuerit:foeminę X.o plus:
foemina:ꝛ matri similis erit. Sꝫ si ab vtroqꝫ
ęque secesserit:ꝛ neutrum superauerit:vt al-
terum superare alterum quod paria ad inui
cem sint neq̄at:neutri simile:sed homini sim-
pliciter fit.Cum hanc sententiaꝫ adduceret:
ipsi protinus sic inquiens occurrit. si semē a
toto corpore ꝑficisci:quod omnes partes in
se actu cōtineat:quę breuitatis causa ad sen
sum minime cadunt:falsum esse demonstra-
tum:ꝛ illud similitudinis:ac dissimilitudinis
causam esse falsum erit. Ad hęc:quoniam foe
mina patri similis : ꝛ mas matri fit: si qͦ gi-
gnitur foemina est:plus esse a matre:a patre
vero minus necesse est.qua vero rursus pa-
tri similis est:hoc causę erit:qͦ a patre plus:
a matre vero minus secesserit. plus auteꝫ de
vtroqꝫ prouenire impossibile habetur:vide-
licet simul vero idem:ꝛ vnum:quod ab vna:
ꝛ eadem scilicet foemina procedit: illo quod
amare ꝛ plus:ꝛ minus esse impossibile est.
Quemadmodum enim quinus numerus se
no maior:ꝛ minor esse haudquaquaꝫ potest:
ita ꝛ quod a foemina ꝑficiscitur:eo qͦ a ma-
re plus:ꝛ minus esse impossibile habetur.cū
igitur huic sententię aduersatus esset: ꝛ quę
reliqua est : in medium adducit: quā prima
potiorem esse:sed falsam tamē asseuerat:quę
talis erat : hęc semen genitale: omniumque
partium omnifariam seminis mistionem affe
rebat. Quemadmoduꝫ eniꝫ inquit si aliquē
multa saporum genera:vt vinum:aquā:mel:
oleum:aliaqꝫ eiuscemodi in vno vase misce-
re existimaremus:dehinc ipsa ab inuiceꝫ se-
cernere facultatem obtineret: in ipsa vero se
cretione si ab ipsis vt sors tulerit nōnunquā
quidem plus vini:alias minus: aliquādo ve
ro ęque capere accideret: quādoqꝫ autem ni
hil penitus vini:sed si euenerit: quod capiet

mel esse:quod τ de aqua:τ melle: τ reliquis
dicas. Idem τ in semine accidit:quoniam in
ipso omnes tum maris:tum foeminę partes
insunt:siquidem naturaз plus materię a ma
re capere acciderit:mari similis:si vero plus
a foemina foeminę fit. Hanc autem rationē
ficticiam:nec planam esse asseuerat : non.n.
plane explicauit actu ne:an potentia partes
semini insint:quemadmodum illi qui primas
sententiam adduxerant:illi.n.in semine par
tes actu esse plane autumant. Illud vero vbi
inquit vult τ melius dicere non actu:tale est
ac si diceret:partes non actu:sed potentia eē
dicere videtur:ex eo quod omnifariam semi
nis missionem inquit:hoc aperte non expli-
cat.melius vero:τ possibile potentia dicere
est:illud vero impossibile:vt in semine: vide
licet actu sint:impossibile habetur. Qui enim
vno modo siue ob seminis copiam:seu qd ab
vtrouis: vel ab altero plus seminis ssiuat:ō
omnibus maris:τ foeminę generationis cau
sam esse asserebant:tum quod illud qd mas
efficitur patri:quod vero foemina matri simi
lis sit:eos falsa dicere inquit . siquidem ipse
prius dixerat:quędam in semine potentia:q-
dam vero actu esse:τ alia propius: alia vero
remotius:τ quod resolutio in eum qui ma-
gis proximus est:fit:τ pleraq3 alia quę ibidē
explicata sunt. Qui cum omnia missa faciat:
vnum tantum modum omnium redarguit: q
seminis copiam:vel ab vtrouis plurimā eius
excretionem horum causaз esse opinari sūt:
isti inquit impossibilia : ac a ratione remota
asseuerant . Quod autem horum omniū cau
sas nonnulli vno modo reddere conati sunt:
in errore versantur:ipse enim ad marium:foe
minarumq3 procreationem similitudinem: ac
dissimilitudinem:tum alimenta : tum regio-
nes:ac ventos:cūctaq3 alia quę dicta sunt cō
ferre dixit. At vero τ monstra: quę a foemi-
nis gignunt inquit (vt dici solet)bouis : aut
vituli caput habentia:qbus adduximus cau
sis fieri : hęc quidem erant:quod motus ta-
lium resoluuntur: τ quod materia exuperat:
hęc igitur qbus adduximus causis accidūt.
Nihil vero ex his inquit quę nominant est:
neq3 bos:nec pecudum generis quidquā ex
homine gignitur:sed quę boui:aut pecudi si
milantur:boues vero:τ pecudes nequaquā
sunt:non enim quod alicui similatur tale est
quale cui similatur. Sunt enim plures homi
nes naturę ordine procreati:nec obesi:neq3
mōstrosi:oblonga facie : qualis bouū est:nec
tamen bouine sunt. Ideo:qui facetiis scatēt:
cum deformibus conuiciantur: alteros q.des
bouis formę:alteros capię ignem vomenti si
miles inquiunt:nam hoc nomen capię cōmu
ni generi subiacet:alios vero cornibus impe
tenti pecudi assimulabant. Quidaз vero phi
siognomō:seu naturę cognitor: omnes homi
num aspectus:seu facies:ad trium animaliū
formas redigebat: qualemcunq3 hominem:
seu foeminam inspexisset: trium horum ani-
malium alicuius faciei eos assimilare pluri-
mam audientibus suadebat.quemadmoduз
igitur omnes hi iuxta faciei formam simili-
tudinem quandam ad irationalia continent:
non tamen talia vt ipsa sunt:ita τ monstra q
ab hominibus gignuntur . Quod vero siue
hominem ex pecude: seu pecudem ex homi-
ne gigni impossibile habeatur: grauiditatis
tempora declarant.quoniam pacto hominem
a pecude gigni possibile:cum pecudes quar
to pariant mense:homines vero septimo ple
rūq3:pluries autem nono:potissimum quidē
cum foemina editur decimo:septimo autem
non perfectos tantum:sed τ monstra parit .
Cum hęc dixisset:addidit:quędam monstra
hoc modo gignuntur:quę videlicet bouis fa
ciē: τ pecudum habent. Quędam vero bipe
dum generis:tripeda:seu quadrupeda fiūt.
vel senis digitis qui quinq3 habere cōsueue
runt:seu duobus capitibus:etenim quędam
foemina biceps monstrū progenuisse visa ē.

Democritus vero monstra fie-
ri ea causa scribit: quod duo sube-
unt semina:alteruз ante:alterū po-
stea:q cuз in vtero confundantur:
euenit: vt mēbra coalescant : atq3
dissideant. Auibus vero quoniam
coitus agitur crebro:idcirco semp:
τ oua:τ colorē euariare autumat.
Sed si ita sit: vt ex vno semine : eo-
demq3 coitu plura generentur: qd
patet: praestat non circumire via
omissa breui:τ facili : ijs enim tū ma-
xime id accidere necesse est: cum se-
mina non distinguntur: sз simul su-
beunt: quod si semini maris causa
tribuenda est: hoc mō dicendū est.
Sed enim ex toto potius causaз in
materia : constituendisq3 concepti
bus esse:censendum est: quāobrem
monstra eiusmodi raro admodum
fiunt in ijs: quae singulos pariunt:
sed crebrius in ijs : quorum partus
est numerosus: τ praecipue in auiū
genere:earumq3 potissimuз in gal-
linis.ijs n.partus numerosus : non
modo quod saepe pariant : vt colū

hac: verumẽt: q̃ multos simul conceptus intra se continent: ⁊ quibus omnibus coeunt. hinc gemina etiã pariunt plura: cohaerẽt enim conceptus: quoniã i propinquo alter alteri est: q̃uo interdum fructus arborum cõplures: quod si vitella distinguntur mẽbrana: gemini pulli discreti sine vlla superuacua parte generantur: sed si vitella continuantur: nec vlla interiecta mẽbrana disterminantur: pulli ex ijs monstrifici prodeunt corpore: ⁊ capite vno: cruribus quaternis: alis totidem: quoniã superiora ex albumine generentur: ⁊ prius (vitellum enim cibo ijs est:) pars autem inferior postea instituitur: quãquã cibus idẽ: indiscretusq; suppeditatur. iã serpens etiam biceps visus est: videlicet eadem de causa. nam id quoq; genus oua parit: ⁊ multa numero: sed rari⁹ in eo monstri institutio euenit: propter vteri formam: porrecta enim in versum copia ouorũ continetur pro vteri longitudine: nec vero in genere apum: aut vesparum tale quid accidit. Caellulis enĩ discretis partus earum continetur. At in gallinis econtrario fit. Unde apertum est causã euentorũ huius modi in materia esse putare oportere: vt enim in ijs: q̃ plura pariunt magis: sic in ijs: quae pauciora: minus id accidit. Quo circa hoĩ min⁹: singularem enim: perfectumq; parit: nã ⁊ homini locis quibus mulieres perfoecundae sunt magis id euenit: vt in terra aegypto: ⁊ capris vero: ⁊ ouibus magis: vt foecundioribus accidit: atq; etiam magis multifidis: multipera enĩ id genus aiãlia sunt: nec partuã pficiunt: vt canis: caecos enim magna eorũ pars solet parere: quod quã ob cãm accidit: ⁊ quamobrem pariant multos: postea explicabimus. sed enim haec ꝓpensiora iam sunt suapte natura ad monstrificam partionẽ: q̃ non similes sibi generant: sed imperfectos: nam ⁊ monstrũ quid dissimile est: quãobrẽ ijs: quorũ talis natura ẽ: facilius casus hic obuenit: in ijs enim potissimũ: ⁊ quae metachoaera appellanẽ: consistunt quae aliquatenus labe monstrifica sunt affecta. nã deesse: aut superesse quam monstrosũ est: monstrosũ ẽ enim res ꝑter naturã: sꝫ ꝑter eã: quae magna ex parte fit. nã ꝑter eã: quae semper: ⁊ necessario est: nihil fit: verum in rebus ijs: quae magna quidem ex parte ita fiunt: sed aliter ẽt possunt fieri: euenit: quod praeter naturam consistat.

De monstrorum Generatione Democriti ꝓ ijs sententiam in medium adducit: dehinc q̃d ipse opinatur explicabit. Democritus igitur dictitabat: quemadmodũ verbi gratia in coitu qui hodie fit: a mare semẽ vuluam ingressum est: ita ⁊ ex crastino igreditur: ⁊ omnino aliud semen in primo coitu: aliud qui postremum secutus est ingreditur. Cum igitur foemina bis coitum passa fuerit: ⁊ duę geniturę eius vuluam ingressę: quemadmodum quę prius ingressa est manus: ⁊ pedes: ⁊ reliqua format: eodem pacto ⁊ quę post ingrediẽ: eadem peragit. Sed quod menstruum vnum: ⁊ continuatuꝫ sit: ideo: ex vtraq; genitura cohaerentia ad inuiceꝫ: ⁊ vicibus commutatis: cõmunicantia videlicet ad inuicem: ⁊ similia fiunt: ⁊ hac de causa vnus hõ biceps: ⁊ quatuor pedibus nascitur. Sed ⁊ auiuꝫ oua Democritus monstra appellabat. Cuꝫ coitus inquit celeriter: ⁊ vnius horę interuallo sępius fiat: plurimę geniturę ingrediuntẽ: ⁊ ideo oui alterum album: alterum luteum est. Si v̄o v̄na genitura ingrederetur: aut album totũ: aut luteum esset. ⁊ oua inquit monstra sunt: sed cum semper coitus celeritate sic gignantur: monstra esse haudquaquam videntur. Quorum autem colorem vices commutare: ac communicare adinuicem inquit: quod omnium auium oui altera portio album: altera vero luteum est. Democriti igitur de monstrorũ generatione sententia talis: quę ipsorum causam a mare proficiscentem geniturã inquit: quod quidem Aristoteles non concedit: sed magis foeminę materiam causam arbitratur. Arguit autẽ Democritũ inquiẽs:

sed si ex vno semine: ꝛ eodem coitu plura generantur (quod plane patet) quod vero dicitur tale potentia est. Si semen (vt Democrito videtur) quod a mare proficiscitur nõ autem secretionem quę a foemina fit: vt nos cẽsemus causam esse penitus decet: quid nam verborum ambitu vti: ac dicere opus est: qđ genitura quę primo ingressa est: hęc: quę vero postea alia agit: neq; adductis rationibus ostendere: quod eadem: ꝛ vna: quatuor man⁹: ꝛ duo capita: ꝛ reliqua eodẽ modo ꝯstituit? Nam ex vno coitu: ꝛ vna: scilicet genitura cõplures foeminas gemellos parere ꝉspicim⁹. pari etiam modo: ꝛ quę multiperi generis ex vno coitu plura plerũq; procreant. Si igitur vna genitura plurima animalia cõstituere potest: ꝛ vnum igitur pluribus partibus ꝓter naturales ꝓditum constituet. talibus .n. multiperis videlicet: hoc ꝑcipue accidere aiunt: vt mõstra procreare necessario habeāt. Si enim semina non secernentur (si hoc causari iuxta Democriti sententiam decet) si ipsa non secernentur: nec vna vt portio tot⁹ seminis vnū animal: alia vero aliud efficiet: ꝛ alia aliud: sed simul: ꝛ coherentes ad inuicem totius seminis partes fuerint: vnũ aliquod animal fiet: quod fortasis duo capita: sex ꝟo pedes: ac aurcs quatuor habeat. Cũ hęc in Democritum dixisset: quę ipse opinatur sic iniquieus in mediū adducit. Sꝫ enim ex toto potius monstrorum generatiõis causam in materia: in illo videlicet quod a foemina secernitur: ꝛ in foetura quę ex mẽstruo ꝛ maris genitali semine consistit: potius esse censendum. Nam si in foetura materia superauerit: semen vero fuerit superatum: qđ gignitur monstrum fiet: In gallinis mõstra ꝓ̃ditissimum fieri inquit: qđ plurimi conceptus: ꝛ ad inuicem proximi sint vt alter alterum ꝑtingat: se vero ad inuicem pertingentes: coalescunt: vnde plerũq; accidit: vt ab vno putamine duo lutea claudantur. ꝛ iam in plurib⁹ ouis eorum quodlibet duo lutea continere inspicimus. At quoniam (vt multifariam dictum) pulli quidem corpus ex albumine fit: pedes vero (vt deinceps explicabit) ꝛ alimẽtum: ex luteo constituuntur. Quoniā enim pedes al:o ossibus magis terreni sunt: nam calcaria: ꝛ vngues: ꝛ squammę quę cruribus adhęrent: terrenę qualitatis penitus habentur: cum tale vero ꝛ luteum habeat: ꝛ ipsum (vt sępius dictum) terrenū est: crura igitur ex luteo originē ducere necesse est. Quoniā igitur pedes ex luteo constituunt: in quo ouo duo lutea sunt: quatuor: aut tres ex ipso pedes fieri non dedecet. Auium inquit conceptus plurifariam coherent: vt plura in fructibus cernere est: duas enim nuces plerũq; inuicem coherẽtes: ꝛ pleraq; huiuscemodi inspicimus. in ouis igitur auium: in quibus vitelli (vitellum enim lutei ouũ nũcupamus) membrana quadam ab inuicem seiungũtur: ex eodem: ꝛ vno ouo: duo pulli in se inuicem superuacuum: aut monstrosum continentes ꝑfecti fiunt. In quibus vero vitelli a mẽbrana inuicem non distuncta esse: sed coherẽtia acciderit: monstrosi pulli: vnum caput: ꝛ vnũ corpus habentes quoniam ꝛ albumen vnū est: procreantur. Cum autem vnum animal cum vno capite: ꝛ vno corpore: quatuor vero cruribus gignitur: tunc iam albumina duo: ac vitellos totidem ab inuicem nulla membrana distingui euenit. Sed quidem ꝛ vnū caput: vnumq; corpus fit: eo quod albumina duo cõmiscentur: ꝛ alterum in alterum ingreditur: ꝛ ex vtroq; vna quędā constitutio: ac mistio: naturaq; fiat. At quatuor ꝟo siue tres pedes nascuntur: quod lutea quãuis adinuicẽ extremis partibus cohereant: at duo rursus nõ vnum sunt: non enim lutea inter se sic facile cõmisceri: ꝛ vnum quoddam fieri possunt: quod non facile ob terrenam quę ipsis qualitatem inest: secerni queant. Quod vero alba quidem facile cõmiscentur: contemperanturq;: lutea vero nequaquam: ex his q̃ sensu deꝑhendi possunt: certum est. Si enim duo: seu tria: aut plura oua quis fregerit: ac in vasculum demiserit: albumina in vnum cocũtia: lutea vero per se existere: ꝛ propriũ terminum formamq; continere inspiciet. vnum igitur caput: ꝛ vnum corpus: eo quod ex vtroq; album vnum est: efficitur. pedes vero plusquam duo fiunt: quod ꝛ lutea duo: non vnum sunt. Cum autē ex vno ouo duo perfecti pulli gignuntur: tunc quodlibꝫ album: ꝛ luteum per se membrana quadam comꝑhensum consistere accidit. Quoniā igitur tum albumina: tum lutea ab inuicem distincta fuere: duos suis numeris absolutos pullos nec quicquam mõstrosum in se continentes: fieri necesse fuit. Sensus quidem eorum quę dicta sunt (vt reor) talis esset: quē Aristoteles cum breuibus ea perstringeret: per quã obscurum reddiderat. Ubi vero inquit quod vitella indiscreta sunt: hoc tale est: ac si diceret: quod non membrana distiucta sunt: sed cõtinuantur. At vero in serpent. hus monstra raro fieri inquit: quod eorum corporis forma oblonga sit: ꝛ ad modum baculi ꝓtendatur: ꝛ vuluā oblõgam esse necesse est: itaq; ꝛ oua vniuersum: ꝛ subinde alterū post alterum: neq; vero aceruatim vt gallinarum consistunt. Cum autem recto subinde ordine existant: in eodem: ꝛ vno ouo raro geminum foetum esse accidit. in apibus vero mõstra haudquaquam gignuntur: quod cellulę

in quibus partus eorum continetur discretę:
quamobrem ⁊ conceptus qui in ipsis sunt di
screti ab inuicem habentur. Raro etiā ⁊ in
hominibus monstra fiunt:quod perfectā so
bolem edant:quę vero perfectū gignere que
unt:raro debito fine:absolutoq; frustrantur.
Quēadmodū.n.eximij pictores:effigies:quā
imitari pgūt nūq̄ nō pro sui arbitrio pficiūt:
ita ⁊ in his quę pfectę foetificationis sunt ac
cidit. Ubi vero inquit:cęcos enī magna eo
rum pars solet parere:illud eorum de multi
fidis dictum est:quod autem cęca:imperfe-
ctaq; edātur hoc perspectū fit.propensius i-
gitur quod similia nō procreat:⁊ magis ido
neum:ac procliue ad monstrorum generatio
nem efficitur:Quoniam.n.canis quę enixa
est:oculos habet:catuli vero editi nequaquā:
cęci.n.sunt:⁊ oculi eorum extra perficiūtur:
eos parēti quę ipsos enixa est perfecti:ac im
perfecti ordine dissimiles esse certū est. ideo
vbi ait. Quorum talis natura est:facilius ca
sus hic obuenit:illud quorum quod iquit: ō
multiperis dictum est. Casus autem:mōstra
scilicet procreare. Illud obuenit: nunc ac si
diceret inuenitur: visus est. at vbi ait: labe
monstrifica sunt affecta.hoc innuit qd̄ in mul
tiperis pcipue inuenitur. Quoniam ea quę
natura fiūt:quędam semper eodē modo ac
cidūt:vt solstitia:ortus:occasusq;:quędā ma
gna ex parte aliter:in quibus ea quę magna
ex parte aliter eueniunt:mōstrorum genera
tio cōstituitur. Cū.n.qd̄ magna ex parte est
absolutum fuerit:mōstrum iam quod absol-
uitur est.

¶ Nam ⁊ inter eas ipsas: quibus
accidit quidem pter hunc ordinē:
sed nunquā quolibet modo: min⁹
monstrū esse videtur:quoniam: qd̄
praeter naturam fit: idē ēt secūdū
naturam quodāmo est: cū naturā
materiae:natura formae non supe-
rat:quāobrem nec ea monstri no-
mine appellantur:neq; vbi fieri ali
quid solet:vt in fructib⁹: vitis enī
quaedam est:quam aliqui Capniū
vocant: quae cū vuā albā soleat
ferre: si nigram tulit: mōstrū id esse
non putant:quoniā saepissime id fa
cere ea soleat:causa ē:quod sua na-
tura inter albam: ⁊ nigrā ē. Itaq;
non longe discedit: nec praeter
naturam fere:non enī in aliā natu
rā transitur. At in ijs: quae pariunt
plura:tum ea ipsa eueniunt: tū ve-
ro copia partus impedit alter alte-
rius perfectionem: ⁊ causam geni-
talē:de partu numeroso paucifero:
⁊ singulari:atq; etiā de ijs partib⁹:
quae aut superiūt:aut desunt:qstio
existere potest. Gignuntur enim in
terdū alia pluribus:q̄ iustū sit digi
tis:alia vno tm̄:eodēq; modo i cae
teris partibus:aut excedūt: aut de
ficiunt:nonnulla ēt duplici genitali
altero maris: altero foeminae na-
scuntur: ⁊ in genere qdē boium:sz
maxime in caprarū.gignuntur enī
quas vocant hircaenas: pptera
quod simul genitale hñt: ⁊ maris:
⁊ foeminae. Jam ⁊ cornu gerens in
crure capra conspecta ē. Partibus
etiam internis mutationes: detri-
mentaq; accidunt: vt vel careant
aliquibus: vel habeant minuta: ⁊
laesa.vel plura numero: vel si suis
posita locis. Sed corde carens nul
lum vnquā aial ortū est: quāquā
liene carens: ⁊ duplicem habens
lienē: ⁊ altero vacans rene visum
est. Jecore ēt carens toto nullū no
tātum est:quāquā: quod non totū
hēret:iam patuit.haec autem in p-
fectis:viuisq; reperiuntur: felle itē
priuata prodierunt: cū sua natura
habere deberent:alia contra: plu-
ra habuerunt. Jam locis ēt permu
tatis iecur latere sinistro: liē dextro
contineri visus est:haec(vt modo
diri)in animalibus iam perfectis ex
plorata sunt:in nascentibus autem
varie perturbatur. Quae si parum
de sua natura discedunt: viuere
solent:si plus: viuere nequeunt: vi-
delicet cum quod praeter naturā
est partibus viuendi principalibus
accidit.modus vero consyderandi
de his est:vtrum eandem causam
putare oporteat partus singularis:
⁊ ptium defectus. Itemq; partus
numerosi: ⁊ partiū excessus:an nō
eandem. Primū igitur: quod alia.

pariant multa: alia vnum merito q̄ſpiam miretur. Quae eniꝫ maxima inter animalia ſunt: ea ſingulos pariunt: vt elephas: camelus: equus: ⁊ reliquae ſolipedes: quae partim maiora caeteris ſunt: partim longe magnitudine ſuperant. Canis vero: ⁊ lupus: ⁊ reliqua multifida oīa fere pariunt multa: atq; etiam parua eiuſdeꝫ generis: vt mures: biſulca pauca generant: p̄terquā ſues: haec enim inter multipera eſt enumeranda. Ratio eniꝫ probabilis ē: vt maiora animalia plura generāt: pluſq; afferre ſeminis poſſint. Sed certe id ip̄m: quod admirari facit: cauſa eſt ne admiremur: facit eniꝫ eorum magnitudo: ne multa pariant: cibus enim in ijs abſumitur in corporis incrementum: minoribus vero demendo ō magnitudine auget in excremento ſeminali exuperanciam.

Illud Quod inquit: nunquā quolibet modo: tale eſt ac ſi diceret: nō aliquando ſic: alias vero alio modo: ſed ſemper ęque: ac ſimiliter fit. Quod vero dicitur eſt in his quę magna ex parte fiunt: Si enim diſceſſus ſemper in eodem: ⁊ vno fieret: monſtruum eſſe haudquaquam videretur: vt magna ex parte homines naturę ordine quinos digitos habentes gignuntur. Si iaꝫ: quoties conuerſio: ⁊ fruſtratio a quinq; digitos habente: in quatuor digitis pręditum: diſceſſus in quolibet homine fieret: vt vel quatuor digitos: vel quinque contineret: quatuor digitos habere monſtrum nequaquam eſſe videretur. Quoniam vero nonnunquam diſceſſus ⁊ in ſenos digitos: ⁊ ternos habentes fit: in hoc quatuor digitos: habere monſtrum vīdetur. Cum igitur (inquit) natura formę: genitura videlicet quę a mare proficiſcitur: materiaꝫ: illud ſcilicet quod a foemina ſecernitur non ſuperauerit: ſed illa ſuperatur: mōſtruum gignitur: neq; iam quę non ſemper quolibet modo gignuntur: neq; fructus qui quolibet modo non gignuntur monſtra nuncupantur. Vitis enim quam capnium vocāt: magna ex parte vuam quę inter albam: ⁊ nigram eſt: producit. Cum autem ex tali colore in nigrum conuerſa fuerit: ad nigrum tranſit (albam vero nunquam protulit) ideo hac de cauſa nigraꝫ monſtra minime appellat: quod eius ſemper ad nigrum receſſio fit. Cętera vero q̄ deinceps proſequitur plana habentur. at quod ait lōge diſceditur: de his quę propria loca permutarunt: inquit. in pluribus enim iecur a ſiniſtris: lien vero a dextris conſiſtere conſpectum eſt. Nullus autem ex ſanguineis iecinore carens gigni inquit: hoc illud explicat vbi ait: iecinore carens nullum: quod iecur omnino non habeat: nullum vnquam animal ortuꝫ eſt. Quod vero totuꝫ non habeat. ſed partem: fieri plerunq; ſolitum eſt: naꝫ plurima dimidiato iecinore gigni viſa ſunt. at illud vbi ait: innaſcentibus plurimum: ⁊ varie perturbantur: tale eſt ac ſi diceret: qui horum cauſam ſcrutantur: his plurima perturbatio: ac confuſio oritur: quonampacto quędam dimidium iecinoris habentia gignunt: alia vero lienem a dextris: a ſiniſtris iecur: cūctaq; alia quę pręter naturam proueniunt optinēt. principales autem viuendi partes: cor: iecur: ⁊ cerebrum ſunt: cum vero in his pręter naturam: ⁊ monſtroſum quid gignitur: viuere nequeunt. Vbi autem aſſerit: quę partim maiora cęteris ſunt: illud quę: de ſolipedum genere dictum eſt. ⁊ illud partim longe magnitudine ſuperant: de Elephantis: ⁊ camelis dictum conſtat.

Item plus ſeminis genitalis eſſe: quod maioris eſt aīalis: minus autem quod minoris: neceſſe eſt. At multa effici parua in eodem poſſunt: multa magna effici difficile ē: mediocribus vero magnitudinis medium a natura datū eſt. Sed q̄obrem animantiuꝫ: alia maiora ſūt: alia minora: alia mediocria: cāꝫ aū̄ reddidimus. Sunt aūt alia vnipera: alia paucipera: alia multipera: ⁊ magna ex parte vnipera ſunt: quae ſolipeda: paucipera: quae biſulca: multipera: quae multifida: cuiꝰ rei cauſa ē: quod magna ex parte magnitudines corporis ijs differentijs diſtinguuntur: tamen nō ita ī oībus eſt: magnitudo.n. ⁊ paruitudo corporis cām hūt partus amplioris: ⁊ parcioris: nō ſolipedis: aut multifidi: aut biſulci generis ratio: cuiꝰ rei teſtimonium eſt: quod elephas aīalium maximuꝫ: idemq; multifidū eſt: camelus biſulcū eſt: quod ma

caeterorum quoduis aialiu3: sic ma
teria seminalis ex qua cõsistunt: nõ
indefinita est: nec in plus: nec in mi-
nus: vt ex q̃ntalibet possint g̃nari.
Quae igitur animalia ea quam di-
ximus causa plus excrementi fecer
nunt: quã satis sit ad vni⁹ aialis or-
ginem: ijs fieri non põt: vt ex eo to
to vnum gignatur animal: sed tot
numero gigni necesse ẽ: quot ma-
gnitudinis debitis praescripta sũt:
nec vero maris semen: aut facultas
contenta in maris semine plus q̃c-
quam: aut minus constituit: q̃3 a na
tura sancitum est. eodemq̃3 modo
si plus seminis mas emiserit: aut fa
cultates plures in semine diuiden-
do contentas: nihilo maiu3 efficiet:
quãuis plurimum accesserit. Imo
contrarium aget: exiccando eni cor
rumpet: neq̃3. n. ignis quo plus fue
rit: eo magis calefaciet aquam: sed
certus caloris terminus ẽ: vltraquẽ
si ignẽ augeas nihilo reddes aquã
calidiorem: sed facies: vt magis eua
poretur: demumq̃3 deleatur: & exic
cetur. Cum igitur haec moderatio
nem certã inter se requirãt: scilicet
excremẽtu3 foeminae: & maris: qui
semen emittant: multipera anima-
lia statis emittunt: quod sibi conue
niat videlicet mas: quod diuisum
possit constituere plura: foemina tã
tum: vt plura constitui possint: la-
ctis autem illud exemplum simile
non est: seminis eni3 calor non mo-
do efficit quantu3: sed ẽt quale q̃d.
At succi: & coaguli calor: quãtũ dũ
taxat constituit. Causa igit: vt plu-
res conceptus contrahantur: nec
vnum continuum ex cunctis consu
metur in multiperis animalibus:
haec est: quod non ex quantolibet
conceptus incohetur: sed si aut pa-
rum: aut multũ admodu3 sit gigni
non poterit. p̃scripta enim certaq̃3
est virtus: & patientis: & agentis: si-
mili mõ in vniperis: magnisq̃3 ani
malibus: non multa ex multo excre
mento consistunt: cum in ijs ẽt ex-
certo quanto: certu3 quantũ quod
conficitur fit. plus igitur materiae
talis non mittit: ea: quam p̃diximus
causa: quã autem mittit talis p̃ na-
turam est: ex qua vnus tantũ conce-
ptus generetur: quod si aliq̃ñ plus
accesserit: tunc gemini nascentur:
ex quo fit: vt haec portenta potius
iudicentur: quonia3 praeter solitũ:
& quod magna ex parte agatur p̃-
ueniunt: hõ cum oĩbus generibus
ambigit: nam & vniperũ: & paucipe
ru3: & multiperum interdum ẽ: sed
maxime sua natura vniperũ est. hu-
more profecto: caloreq̃3 corporis
multiperu3 est: feminis eni natura
humida: & calida est: sed suae ma-
gnitudinis ratione paucipe rũ: atq̃3
vniperum ẽ. hinc tp̃s etiam vteri
ferendi enorme vnũ hoc aial sorti-
tum ẽ: caeteris enim vnum est tem
pus: homini vero plura sunt: quip
pe cum & septimo mense: & decimo
nascatur: atq̃3 etiam inter septimũ
& decimũ positis: q eni mense octa-
uo nascuntur: & si minus: tamen vi
uere possunt: cuius rei cã accipi ex
ijs: quae modo explicauimus: po-
test. dici de his in p̃blematib⁹: atq̃3
de his rebus ita disseruisse: statuis-
seq̃3 satis sit.

Nã3 quaestio Quidem talis: cur quemadmodũ vn⁹ succus lac quod in vase aliquo cõsistit ingre diens non multos caseos: sed vnum conficit: & quo lactis quod ab eo concrescit plus fue- rit: tanto & concretus caseus maior efficitur. Cur igitur quemadmodum in hoc: ita & in multipis vna genitura ex vno menstruo nõ vnum animal: sed plura producit: Sic enim fieri decebat. Cum quęstionem posuisset eis qui eam non recte soluere moliti sunt: detra hit. Qui enim erant non recte eam soluen- tes sic asseuerabant. vuluam plurima loca: acetabulaq̃3 continere: locum quemlibet ge- niturã ad se atrahere: & hac de causa ex vno plura animalia gignuntur. Quot enim aceta bula fuerint quę semen: & menstruum atra-

xerunt:tot ⁊ animalia inquiunt gigni acci-
dit. Arguit enim eos qui sic questionem sol-
uere moliti sunt: ⁊ inquit: sic dicentes nihil
sane afferunt: in eodem enim ⁊ vno loco: ⁊
vno vulue acetabulo: duo plerunqꝫ anima-
lia gignuntur: in vno quoqꝫ vnum gignere
necesse erat: si ipsa discretionis: separationisqꝫ
cause essent. Aliter autem: ⁊ in multiparis cō
ceptus non ab inuicem seiuncti: sed subinde
se inuicem tangentes inspiciuntur. Cum in
eos sic questionem soluere molientes conui-
ciatus esset: ipse hoc modo asserens soluit.
Quemadmodum enim in perfectis animali
bus cuiuslibet magnitudo in multo: ⁊ paruo
terminata est: que prescriptū excedere neqt:
quod ⁊ primo naturalis auscultationis com
prehendit: cum in Anaxagore sententiam in
ueheretur: qui omnia in omnibus esse asseuera
bat. Quemadmodum igitur viuiscuiusqꝫ
magnitudo in maius: minusqꝫ que prescri-
ptum excedere nequit terminata est: neque
enim homo cocio similis esse: neqꝫ vicissim
fabe fieri potest. Sed quidem (vt dicimus)
cuiuslibet magnitudo in maiori: ⁊ minori ter
minata est; medium vero termino vacat: hac
de causa alius alio maior: ac minor est: ita ⁊
in menstruo habetur: hoc enim seminalem
materiam inquit: hoc nam termino quodaꝫ
prescriptū est: nec interminatum habetur.
Itaqꝫ: ex quo quinqꝫ gigni animalia possūt:
vnum gignitur: aut ex quo vnum quinqꝫ.
Si eiuꝫ ex quo quinque gigni possunt vnū
gigneretur: magnuꝫ admodum esset: ⁊ quod
magnum modum excederet: sed hoc impossibi
le. Nam maius: minusqꝫ cuiuslibet animalis
prescriptam magnitudinem continere: que
modum excedere nequeunt demonstratum
est. pari autem modo: etsi a quo vnus gigni
debebat quinqꝫ gignuntur: in minori: nature
termini excedit. Quot igit animalia (inqt)
ea quam adduximus causa: cum parua vide
licet magnitudine sint: plus excrementi emit
tant: quam ad vnius animalis constitutioneꝫ
opus sit: vnuꝫ ex eo quod emittitur gigni ne
quaquam potest: sed quot eius magnitudini
prescripta sunt. Illud vero vbi ait: que fieri
possunt: tale est ac si diceret: que fieri debent:
qd āt dī tale est: sed tot magnitudinibꝰ copia
videlicet ⁊ numero fient: quot fieri possibile
fuerat: ⁊ neqꝫ excessus numeri: neqꝫ defectus
sequitur. Vbi autē ait in semine diuidendo:
quod nuper nos memorauimus significat.
Nam diximus: si quinqꝫ animalia gignūtur:
semen ⁊ menstruum in quinqꝫ partes distin-
ctum est. Quoniaꝫ vero q̄stio ex fici ⁊ lactis
exemplo processit: tale enim exemplum nihil
esse inquit: nullam eiuꝫ similitudinem habet:
si succus quidem quantitatem dūtaxat: geni
tura vero tum quantitatē: tum qualitatem:
talem scilicet animalis formam constituit.

Partium autem superuacua-
rum pter naturam: eadem causa ē:
quae geminorum generationis: iā
enim in conceptu causa accidit: vi-
delicet si plus materiae consistit: q̄
pro ipsius natura partis fit: sic eniꝫ
accidit: vt vel pars maior: quam in
stum fit efficiatur: verbi gratia: di-
gitus: aut manus: aut pes: aut aliud
ex caeteris postremis: aut mēbris:
vel filio conceptu plures reddant:
quomodo in fluuijs vertigines ge
minantur: fit enim ibi: vt humor q
fertur: ⁊ profluēs mouetur: si in ali
quid offenderit: secetur: ⁊ ex vna in
duas euadat: constitutionesqꝫ eun
dem habeant motum: hoc eodem
modo in conceptibus euenit: adna-
scuntur partes illae vacantes ma-
xime quidem propinquae: sꝫ aliqn̄
etiam remotae propter conceptus
motionem: quamquā praecipue: q
materiae exuperantia ibi redditur:
quod tandem decubuit: formam
vero vnde superfuit inde recipit.
Quibus autēꝫ gemina habere ge-
nitalia accidit: alterum maris: alte-
rum foeminae: ijs semper alterum
ratum: alteruꝫ irritū redditur: cum
per alimentuꝫ subinde delitescat:
q̄n praeter naturā est: agnatū ē. n.
mō abscessus nam ⁊ abscessus assu-
mūt aliquid nutrimēti: quāuis post
geniti sint: ⁊ praeter naturam. Sed
si quod creat oio: aut superat: aut
superatur: similia oriuntur duo: ac
si partim superauit: partim supera
tum est: alterum foemina: alterum
mas generatur: nihil enim interest
de partibus: an de toto dicamus:
videlicet quam ob causaꝫ alterum
mas: alterū foemina gignatur: vbi
autem partes einsmodi desunt: vt
extrema aliqa: aut alia quaevis mē
bra (eandem causaꝫ esse putanduꝫ)

quam si omno:quod gignitur ab ou-
tu patiatur:abortus autem conce-
ptuũ euenire complures certuȝ ẽ:
differunt agnationes a partu mul-
tiplici quõ expofui: monstra vero
cum ijs dissident eo:q pluribus coa
lescant:sed nonnulla hoc etiaȝ mõ
veniunt:si in parte maiore:ꝛ praeci
pua quadam peruersuȝ ẽ: vt siqua
gemino liene:aut pluribus renibus
oriuntur:tũ etiam locis partiuȝ cõ-
mutatis monstrum dicimus: quod
diuersione motuũ: translatióeqȝ
materiae accidit. Unum ne an plu-
ra sint per coagmẽtationeȝ: quod
monstrificum prodit animal iudicã
dũ est principij ratione. Uerbi gra-
tia:si cor pars eiusmodi est. qð vnũ
cor habet: vnũ animal ẽ:quod duo:
id duo ẽ animalia: quae sibi coalue-
runt propter conceptuũ coiunctió
nem:partes vero supuacuas agna
tiões esse declaratũ iaȝ est. Accidit
etiaȝ saepe: vt pluribus ex ijs:quae
ante oblaesa non viderentur aiali-
bus iam perfectis meatus: aut ad-
ducti concorporarentur:aut diuer-
terentur:iam foeminis nõnullis os
vteri cõpressum: concorporatũqȝ
ab ineunte aetate ad tempus vsqȝ
menstruorũ perseuerauit: mox vi
gentibus menstruis: doloreqȝ infe-
stante: alijs sponte disruptum est:
alijs dissectum a medicis: nõnullae
interierunt:cum aut per vim disrũ-
peretur:aut disrumpi nõ possȝ.pue
ris ẽt quibusdam genitalis postre-
mum: ꝛ meatus qua excrementum
vesicae transit:nõ eodem tetende-
runt:sed infra meatus ille trãsegit.
quãobrem demissis clunibus min-
gunt:qui testibus paulo in partem
superiorem retractis videntur a lõ
ge simul: ꝛ maris habere genitale:
ꝛ foeminae. meatus etiam alimenti
sicci coaluit aliquibus bestijs:scilicȝ
ouibus: ꝛ quibusdam alijs: nã ꝛ vac
cam fuisse Perinthi accepimus: cui
cibi excremẽtum extenuatum per
vesicã: trãsmittebatur: dissectusqȝ
anus denuo prope coalescebat:nec
rescecãdo euincere vitium poterãt.
dẽ partu multiplici: ꝛ paucifero:ac
de agnatione partium:aut defectu:
atqȝ etiam de monstrifico partu di
ctum iam est.

Partes enim praeter naturam exuberant:cũ ho
mo senis digitis:aut tripes:aut alio quouis
simili modo gignitur. eandem igitur mõstro
rum:ac geminorum generationis causam as-
seuerat. Quemadmodum enim illic si plus
materie constituatur: quaȝ ad vnius anima
lis perfectionem sufficiat:gemini procreant:
ita ꝛ in his accidit. Cum enim natura mate-
riam desumit: vt digitum qui paruus nun-
cupatur expleat:ac eius plusquaȝ ɔgruat sit:
tunc homo paruo cũ digito alio grãdiore gi
gnetur. idem autem ꝛ in manu: ꝛ in alijs ac-
cidit. ꝛ si deprehensa illa materia vna permã-
serit:quem diximus digitum magnus effici-
tur. si vero scindetur:duo pro vno oriuntur:
itaqȝ sex pro quinqȝ habere digitos euenit.
pari mõdo:si ad sinistre verbi gratia constitu
tionem plusquam deceat materie comprehen-
dat:si hec igitur non diuidetur:partus cum
sinistra dextera longe grandiore gignetur. si
vero scindetur:cũ tribus manibus leuis dua
bus ꝛ vna dextera partus edetur. Si auteȝ
conceptus corpus bifariam scindetur: mon-
strum oritur:quod vnum caput: ꝛ duo colla:
ac latera quatuor:totidẽqȝ pedes contineat.
Quemadmodum enim vnus fluuius cuȝ ei
ad petram offendi acciderit bifariam diuidi-
tur:cum vnus vltra petram fit: ita ꝛ in his
vnum quidem caput quod fluminis parti q
vltra petram est proportione respondet: reli
que vero due duabus a petra partiti flumi-
nis constitutionibus proportionantur. Nam
exuperantes(inquit)digiti adinuicem plerũ
que conglutinantur:nõnunquã vero remo-
tius motu qui in conceptu fit causante cõsi-
stunt. Quemadmodum videlicet si exẽpli
gratia desumat manus pars:que palma nun
cupatur: ꝛ quatuor digitorum: facultas que
digitos creat materiam a palma ad digitorũ
cõstitutionem attrahit:si multiplicior fuerit
quam ad digitorum quinqȝ constitutionẽ ex
pediat:sex producit. Mox palme efficiens fa
cultas cum materie inedia ad eius perfe-
ctionem laboraret quod a digitos efficiente
materia prepta sit:vndecunqȝ inuenerit sup-
uacuam materiam:mouet:atqȝ attrahit:fue-
rit autem digitum sextum : quia facultate e

qua palma constituenda fuerat consistit: huc
acceptum palme applicat: quod autem non-
nulli ex palma prominente digito gignātur:
id cause habetur. Nonnunquam (inquit) di-
giti & femori ab inuicem oriuntur: quod ani-
me potentie: materiam que in cōceptu est mo
ueant: aliquando quidem ad digitorum: alias
ad palme: nonnunquam vero ad capitis pro
creationem: quandoque autem non hac de cau-
sa: sed materie exuperantia: ac vnde abstra-
cta fuerat illic reddere pergit. Materia enim
que ad digitorum constitutionem a palma:
plus iusto attracta fuerat: rursus ad palmam
redditur: & conuertitur. formam vero digiti
vbi excessit: vbi scilicet plus iusto desumpta
fuerat: a facultate que digitos creat obtinet.
cui autem duo genitalia maris videlicet: ac
foemine habere contingit: siquidem cole p̄di
tus est: cum mas nature ordine sit: ipsi maris
genitale ratum: hoc est perfectum efficit: foe
mine vero irritum: imperfectumque: cum p̄ter
naturam existens alimento delitescente visus
esset. Si vero ecōtrario habere acciderit: foe
mine ratum: perfectumque: maris vero irritū:
ac imperfectum: sed tamen ad inuicem cohe-
rent: & ita genitalia: que p̄ter naturam sunt:
quemadmodum vlcerosi tumores aluntur.
Si quidem que exuperabit materia a genitu
ra superabitur: in vno animali duo maris ge
nitalia oriuntur: hoc illud declarat vbi ait: si
milia ad inuicem: si vero superabitur duo foe
minei sexus: si autem partim superabit: par-
tim vero superabitur: maris: ac foemine oriū
tur. Agnationes a partu multiplici eorū que
explicauit differre inquit: agnationem sex di
gitorum ortum: & similia inquiens. Mōstra
vero rursus a partu numeroso differunt: q̄d
monstrum quidem cum plura ad inuicē ani
malia coalescūt dicere queas: partus vero nu
merosus plurium animalium seiunctio ha-
betur. Agnatione autem partus numerosus:
& monstrum discrepat: quod in agnatione in
membris error nature intuetur: in monstris
vero ex toto: eius frustratio sitat in partu nu
meroso magis apte natura deprehendit: nec
frustrata est: sed tamen ipse nunc de agnatio
ne: & monstro inquit. At illud vbi ait: nonnul
la hoc etiam modo eueniunt: tale est ac si di-
ceret: quedam autem monstrosā nullo modo
quibus dictum est: sed eo qui dicetur oriun-
tur. Illud autem quod ait an plura sint: tale
est ac si diceret: que duo corda habeāt. itaque:
vt quidem tanquam coherens vnum animal:
vt vero quod duo corda habeat: duo dicere
necesse est. At illud quod ait: sed & pluribus
ex his que ante oblesa non videntur: sed per
fecta sunt: meatus quosdam cōcorporatos in
quit: & cuncta planissime enumerat. quibusdam vero testibus: & genitali membro p̄ditis
esse accidit: sed genitale sub testibus positum
continenti vt maris: foemineque pariter habe-
re genitale videātur. testibus vero paulo ad
partem superiorem retractis: foemine geni
talis effigies perficitur. Bouem autem foe-
minam perinthi fuisse ait coagmētatum mea
tum quo sicci alimenti excrementum emitti
tur: cum illo quo humidi habuisse: eo q̄d sic-
ci alimenti excrementum per vesicam: & ge-
nitale membrum: vnde & humidi alimēti ex
crementum egredi solet: transmittebatur. et
plurifariam eiusdem bouis dissectus anus:
hoc est rectum intestinum: denuo coalescebat.

¶ Animalium vero alia nunquam
superfoetant: alia superfoetāt: quo
rum quaedam enutrire suos conce
ptus semper possunt: quaedam in-
terdum possunt: interdum nequeūt.
Causa ne superfoetent est: quod sin
gula pariunt: solipedes enim & q̄ ijs
auctiores sunt alantes: nunquam
superfoetant. facit enim earum ma
gnitudo: vt excrementum omne in
conceptum absumatur: quippe cū
in ijs omnibus corporis fit magni-
tudo: quae autem magno corpore
sunt: eorum foetus quoque magni
pro sui generis magnitudine insti-
tuuntur: ex quo fit: vt elephantorū
foetus magnitudine vituli gestet:
multipera ideo superfoetant: quo-
niam plures conceptus vno: super
foetura quidam alter alteri sunt.
Quae autem ex his magnitudine
p̄dita sunt: vt homo: si alter coitus
proxime ab altero accessit: enutrire
quod superfoetatum est: possunt.
Jam enim id euenisse visum est: cu-
ius rei causa id: quod diximus est:
eodem enim coitu plus seminis mit
titur: quod priorum multiplicare cō
ceptum potest: si alterum post alte
rum accedit: sed si iam aucto conce
ptu coitus adhibetur: superfetari
quidem potest: sed raro: q̄m vterus
magna ex parte mulieribus ad par
tum vsque se comprimat. Si tamen
aliquā accidit: vt superfoetetur: iam

enim id euenisse constat: perfici non
potest: sed conceptus abiguntur si
miles ijs quos abortus vocamus:
vt enim in vnipero genere oẽ excre
mentum absumitur i id: quod prae
cesserit: ob corporis magnitudinẽ:
sic in ijs fieri solet: sed in illis statim:
in his cum iam foetus accreuerit: tũc
enim similem vniperis conditionem
recipiunt: pari rõne sola aialium mu
lier: ꝛ equa grauida coitũ patiunt.

Animalia Superfoetare inqt: quę
a cõceptu alia rursus cõ
cipiunt. ꝛ eorum quę superfoetant: alia inqt:
ꝛ quę prius cõcepta fuerint: ꝛ quę post per-
ficere: alia uero nequaquam: quorum causas
deinceps referet. Cum enim asseruisset: quod
animalia quędam nunquam superfoetãt: hu
ius rei causam apte adducens: addidit: facit
enim earum magnitudo vt excrementum o-
mne in conceptum: propter conceptus scilicet
magnitudinem absumatur. Magnorum. n.
animalium: ꝛ conceptus magni habẽtur: nã
ob conceptus magnitudinem in illud excre
mentum absumitur: ꝛ aut omnino nihil reli-
qui fit: aut ꝛ si quid reliquum fuerit: parum
admodum ad talis conceptus cõstitutionem
efficitur. Multipera vero inquit supfoetant:
ꝛ horum causam sic inquiens adduxit. quo-
niam ꝛ plures conceptus quam vnum: alter
alteri superfoetura sunt. plures quam vnum
ait: duo: tres: ꝛ omnes qui deinceps numeri
sequuntur. Hoc de multiperis dicitur: in his
quę plures quam vnum procreant: alter alte
ri superfoeturam esse: non enim simul perfi-
ciuntur: sed primum hoc quod ꝛ primum gi
gnitur: secundum vero qđ a primo gignitur:
perfectum fit: ꝛ secundum: primi superfoetu
ra est: ꝛ tertium secundi: ꝛ quę deinceps eo-
dem ordine procedunt. Quod non omnes si
mul perficiũtur: hoc a partus tempore mani
festum redditur. Sepenumero enim sus: aut
canis: vel aliud quoddam multiperi generis:
prima verbi gratia dici hora vnum: seu duo:
decima vero aliud: ab ipsa aliud: vtpote qui
nõ simul perfecti fuerint parit. Quoniam igit
in tot numero: aliud alio superfoetura est: ho
rumqꝫ natura ad superfoeturam propensa ha
betur: genitura quę a conceptione secuto coi
tu ingreditur: ꝛ quę parum materię accipit:
eo quod ꝛ conceptus talium ex breui mate-
ria consistant: eam constituit: ꝛ ad primos foe
tus alios procreat: ꝛ hac de causa prius qui
ex primo coitu: constitutioneqꝫ concepti fue-
rant: post vero ad dies decem: seu viginti q
ex secundo: gignuntur. sic enim ꝛ alij queunt
cum secundus coitus propinque: ac de proxi
mo primum subsequitur. At vero si primus
conceptus vt hodie verbi gratia fuerit: secũ
dus vero dehinc ad duo: seu tres menses: cũ
foetus incrementum iam susceperit: aut neutiquam: aut raro quidem superfoetat. cum au
tem dixisset: id iam euenisse visum est: addi-
dit: cuius rei causa id quod diximus est: hoc
quod dixerat: quia plures conceptus super-
foetura alter alterius sunt. Ubi autem inqt
foeminis vsqꝫ ad partum: hic ad partus tem
pora inquit. Nam litterę ordo sic coherẽs red
deretur: Quoniam vterus maiori ex parte
foeminis: ad partus vsqꝫ tempora se compri
mit: tunc enim vt foetui egressus pateat rese
ratur. Illud autem vbi ait: si tamen aliquan
do accidit: tale est ac si diceret: si aliquan
do vuluam patentem esse acciderit: ꝛ hac de
causa superfoetura fit: omnia hęc quę plane
recenset fieri solent. Ut enim (inquit) in vni-
pero genere omne excrementum protinus ob
conceptus magnitudinem in id quod proces
serit sic vt alter cõstitui nequeat absumitur:
idem ꝛ in multiperis erit: cum partus incre-
mentum susceperint: ꝛ plurimo alimento indi
gentes fuerint: eius tantum superesse non sinũt:
quantum ad animalis constitutionem suffi-
ciat. Si vero coitus de proximo fit: si vbi coi
tus de proximo: secundus scilicet primum se
quet: cum breuissimi admodum foetus sunt:
ac paruo alimẽto indigẽt: alij cõceptus consti
tuunt: tũc enim exuperat materia: quę ad con
ceptus constitutionẽ suppetere facile queat.

Homo enim sua natura pr: foe-
cundum animal est: aliquid ẽt in vte
ro: tum spatij: tum excrementi sup-
est: quanquam non tantum: vt vel
alterum possit alere. mulier itaqꝫ ob
eam cãm coitum recipit: equa autẽ
salacitate suae naturae: ꝛ quod ali-
quid spatij in vtero superfit: vt di-
ctum est: amplius quidem: quã: vt
ab vno occupetur: sed arctius: quã
vt alterum perfecte possit superfoe
tari. libidinosa natura est equa ob
eundem effectum: quo solida omnia
veneris sunt appetentiora. illa enim
ita se habent: quia carent purgatio
ne: quae perinde est foeminis: vt
coitus maribus: equa enim menstrua
minime emittit: omnium autem vilu-

pero:um foeminae solidae: sunt libi
dinosiores: qm̄ simili modo se hñt
atq3 mares: qui semen genitale col
lectum non excernunt. foeminis .n.
purgatio menstruo:u3 seminis exi
tus est: cū mēstrua non nisi semen
sint inconcoctum: vt ante diximus:
quāobrem mulieres: quae inconti
nentes ad rem veneream sunt: libi
dine cessant cu3 saepius generarit.
Jam eni3 seminale excremētu3: qđ
libidinem accendebat: emissum fa
cit ne praeterea concumbendi aui
ditas stimulet. Jn genere auiu3 foe
minae minus: q3 mares venerem
appetunt: quoniā vteꝝ cōtinent: iu
xta septu3: mares contra salaciores
sunt: quoniā testes intus hñt retra
ctos. Jtaq3 fit: vt quae ex ijs sua na
tura abundant semine: coitum sem
per desyderent. foeminae igit hui⁹
generis ꝓpensiores ad coitum sunt
vteri descensu: mares testiu3 retra
ctu. Diximus: quā ob cām alia nul
lo pacto superfoetāt: alia superfoe
tant quidem: sed conceptus inter
dum enutriunt: interdū non: ꝛ quā
obrem alia libidinosa: alia non libi
dinosa in eo genere sunt. Sunt aūt
nōnulla superfoetantia: quae lon
go ēt interposito tempore coeundi
possint enutrire conceptū: quem su
perfoetarint: videlicet ea: quo:um
genus semine genitali abundat: ꝛ
co:po:is magnitudine caret: ꝛ mul
ta generat. cum enim multiperum
sit: vterum hēt amplio:em cum se
mine abundet: multum purgatio
nis excrementitiae emittit: cum cor
poris magnitudine careat: maio
req3 portione purgatio superet: q3
conceptus desyderet nutrimentū.
possunt vel post constitui animalia:
eademq3 enutriri: ac perfici. vteri
ēt eo:u3 non se cōprimunt: quoniā
excrementū purgationis superest:
quod mulieribus quoq3 euenit: fit
enim nonnullis grauidis purgatio:

ꝛ interdum: quae ad finem vsq3 ꝑ
seueret: sed ys ꝑter naturam hoc
euenit: quamob:e3 foetus afficit
detrimēto: at eiusmodi aīalib⁹ per
naturā sic agitur. Jta enim co:pus
eo:u3 principio constitutū est: qua
le co:pus lepo:um est: hoc eni3 aīal
sup̄foetat: q̄ppe quod nec magnu3
fit: ꝛ plura generet: multifidum .n.
est: tale autem quoduis plura gene
rat. semine etiā abundat: quod eius
hirsutie significatur: copia enim pi
li exuperat. nam hoc vnu3 pilos: ꝛ
sub pedibus hēt: ꝛ intra genas: pili
autem abundantia: ꝛ hirsuties co
piam indicat excrementi. Quamob
rem homines pilosi libidinosio:es:
ꝛ seminis copiosiores sunt: quam le
nes. lepus igitur saepenumero foe
tus alios imperfectos gestat: alios
perfectos iam edit. Viuiperoꝝ alia
imp̄fectum animal pariūt: alia p̄fe
ctum: solipedes: ꝛ bisulcae p̄fectu3
Multifidae cōplures imperfectū:
cuius rei causa est: quod solipedes
singulos pariunt: bisulcae: aut sin
gulos: aut binos magna ex p̄te. enu
trire autem quae pauca gignunt fa
cile possunt: multifidae: quae pari
unt imp̄fecta: omnes multiperae
sunt: quo fit: vt partum adhuc recē
tem alere possint: auctum iam ade
ptumq3 magnitudinē nequeant: s3
cum co:pus ad nutriendum nō suf
ficiat: partum amittant: vt ea: quae
vermem pariunt. quaedam eni3 ex
ijs catulos inarticulatos ꝓpemodū
pariunt: vt vulpes: vrsa: leaena: ꝛ
alia nonnulla: sed oīa fere caecos:
vt ea: quae modo dixi: atq3 etiam
canis: lupa: lupus ceruari⁹: sola iter
multipera sus parit p̄fectos: eaq3
vna euariat. generat enim multos
mo:e multifidi generis cum ꝛ bisul
cum: ꝛ solipes fit. Sunt enim lo
cis quibusdā sues solida vngula:
partu igitur numerosa est: quonia3
alimentum: quod in co:po:is ma

gnitudinem absumeretur in excrementum seminale decedit. Id eniz ut solipes magnitudine caret: quin insimul autem ⁊ porius: quasi ambigens cum natura solipedum bisulcum ẽ: hac igitur cā ⁊ unum parit: ⁊ duos: ⁊ quod plurimum multos: enutrit vero usqꝫ in finem: q̄ peperit propter sui corporis alimoniam probam. hẽt enim: ut soluz pingue suis stirpibus: sic scrofa filijs alimẽtum copiosum: ⁊ commodum. Aues etiam nonnullae iperfectos: ⁊ caecos pariunt pullos: videlicet: quae cum paruae corpore sint: multos pgenerant; ut cornix: pica: passer: hirundo: ⁊ pauciperi generis: q̄ copiam alimenti gere una cuz prole non solent: ut palumbes: turtur: columba. quāobrem si quis hirundinum nouellarum adhuc oculos praepungat: rursuz incolumes redduntur. Cum enim fiunt: non facti iam corrumpūtur: itaqꝫ denuo oriuntur: ac pullulant.

Ex his causam adducit: quod sola mulier: et equa: preter omnes foeminas grauidę coitum concupiscunt. nullum enim aliorum animalium a conceptu coitū patitur preter mulierē ⁊ equa: hę cuiꝫ ⁊ a conceptu ad partus usqꝫ tempora coitus sustinent. Non enim plane: sed perobscure causas adducit. Mulierem fortassis ⁊ in uteri gestatione maris congressus: ac coitus cupidam esse hoc causę esse adduxit: quod homo natura persoecundus sit: ⁊ quod aliquid etiam in utero tum spacij: tū excrementi superest. Sic enim litera congruo ordini redderetur. solę omnium animalium mulier: equaqꝫ: grauidę: ac uterum gestantes coeunt. Mulier quidem quod homo natura persoecundus sit; ⁊ quę deinceps sequitur. ut vero comprehēsis quod dicitur referam⁹: sole quidem est. Mulier autem quod persoecunda sit: ⁊ vuluam infra ad genitalia continet: cum concipit: vulua ab uno foetu non repletur: ut ⁊ alterum recipere nequeat: si ab uno impleretur: duos: aut tres nullatenus pareret: ipsa enim horum locum haudquaquaꝫ haberet: si ab uno tantuꝫ repleri posset. Qm̄ igitur ⁊ aliud: seu alia recipiendi locū optinet: hoc illud explicat ubi ait: quod utero aliqd spacij superest: cū spacij aliqd supsit: ⁊ aliquid menstrui reliquum sit. portio autem aliqua omnino superest: cum foemina plurimum excrementi secernat. Cum igitur ⁊ mēstrui aliquid superest: nec vero tantum ut inde ⁊ aliud animal constitui possit: ⁊ ipsa vulua a menstruo irritatur: tum ⁊ foeminę genitale cum vuluę proximum sit: coirritari accidit: quo in⁹ genitali: ⁊ tactus: ⁊ voluptas efficitur. Cum illud a vulua parum motum fuerit: ⁊ mouetur: ac sequit: eodem autem modo ⁊ vulua debacchatur: tū quod a mēstruo irritatur: cum etiaꝫ quod in ea spacij aliquid superest: magis enim plena esse quam inanis exigit: Quoniaꝫ igitur mulier: ⁊ grauida cū natura humida: ac frigida sit: excrementum emittit: quod magna ex parte amplius sit: quam ad foetus alimentum expediat: minus vero quam ut alius ex ipso gigni queat: ab ipso foeminam irritari necesse est: quemadmodum ⁊ maribus genitali semine repletis accidit. Nam ipsas magna ex parte tale excrementum secernere asseruimus: quod non semper tale excrementum minus sit: quam ut alius foetus ab eo constitui queat: si enim hoc esset: foemina haudquaquam superfoetaret: sed magna ex parte minus est. foemina igitur talibus de causis coitum: ⁊ a conceptu appetit: equa ob corporis soliditatem: solida autem quę densissima vulua pędita sunt: ne menstruum exhalare possint nuncupat. equa enim quemadmodum alia animalia parum excrementi emittit: verū aliorum animaliū vuluę: ⁊ si compressę a cōceptiōe fiūt: quod illę tamen rarę: laxeqꝫ sint: in ipsis a quo perpungantur: irritenturqꝫ menstruum minime permanet. in equa vero exalare: quod eius vulua densa: soliditateqꝫ pędita sit mēstrua nequeunt. quod cum in ipsa consistant: mouetur ab eis: irritaturqꝫ equę desiderium coeūdi. quemadmodū igitur mares seminis causa libidinis auiditas: ita ⁊ has ob mēstrua stimulat. Hoc autem mulieres non quod vulua earum densa sit patiūtur: sed menstrui copię causa: ⁊ quod illa capax admodum sit: equę vero ob eius densitatem. Quod autem menstruum ad venerea irritandi potentiam continet: incontinentes ad venerea mulieres indicaꝫ causam in medium adducit: eę eniꝫ prius ob excrementi copiam incontinentes reddūtur: postea vero libidine cessant: quod cum sępius generarint: materia qua ipsę irritantur: excitanturqꝫ: a iugi partu absumitur. In Auium genere mares quam foeminas ad venerem propensiores inquit. Nam prius dictum: cum foeminarum vuluę genitalibus proximę sint: ipsis motis ⁊ genitale simul mouetur: inde maris congressus appetit. Qm̄ enim tum tactus: tum voluptas in genitali

fit:cum vuluam a menstruo moueri accidit:
ipsa genitale:illud vero animal mouet. quod
vero in auium genere vulua supra ad septus
situm optinet: nec ad meatum qui genitali
proportione respondet proxime accedit:
animal non stimulat: nam animal praecipue
a genitali mouetur: in hoc ab ipso et volu-
ptas sentitur. Igitur et foeminae quidem auiu
generis vix: et paucos coitus appetunt: ma-
res vero (vt primo libro cum de hominibus dif
sereret dictum est) tunc potissimum volupta
te afficiuntur: cum testes sursum atrahuntur:
tunc iam et genituram eiaculari festinant. Si
quidem mares cum testes sursum atractos
continent: in voluptate quodammodo existunt:
itaque si ipsa semine predita esse continget: tali
coitu perpetuo optima ratione indigebunt.
leporem autem non modo in genis extra pil
los: sed etiam intus habere inquit: cum excre
menti plurima copia exuberet. quia lepus a
conceptu multum post temporis suapte na-
tura superfoetare idoneus sit: alios quidem
imperfectos: qui secundi conceptus sunt quoad
perficiantur continet: qui vero primi conce-
ptus fuerant: cum perfecti iam sunt: in lucem
edit. At vero inquit: qua de causa multifido-
rum multipera foetus imperfectos pariunt
vt canis caecos: nam quae caeca imperfecta q-
dem. Sed de cane nobis dicendum sit: cum
canum foetus teneri quidem: quam breuissi-
mi videlicet sint: et hac de causa modico ali-
mento indigent: excrementum canis ipsos
alere potest: et huius rei gratia et continet in
aluo ipsos: et gestat. Cum vero iam augentur:
et incrementum capiunt: quod eos ob excre-
menti exiguitatem alere nequeat: imperfe-
ctos proicit: si enim alere posset: eos ad perfe
ctionem vsque contineret. illud vero vbi ait: quae
dam .n. ex his: illud quaedam de multifidis: et mul
tiperis: nec quae vermes procreant: dictus est.
Suem vero variare asseuerat: et bisulca os: et so
lida vngula esse: sed sues qui sollipedi sunt: non
in magnam admodum magnitudinem excre
scunt: vt quae proprie sollipeda: idque ex hoc p
spectum redit vbi inquit: id enim vt solipes
magnitudine caret: quin potius paruum est:
et quod magnitudine sues preditae non sunt:
numerosos edunt partus. Illud quod ait
quin insimul autem: et potius quasi ambigens
cuius natura sollipedum bisulcum est: tale est
ac si diceret: natura autem tale genus sollipe
dum facere tendit: quasi vero cuius natura am
bigens: ac in se ipsam feratur: ex sollipedo
bisulcum: quod videlicet illa superata est gi-
gnitur: cum vero natura superauerit sollipe
dum fit. Sus autem quamuis numerosi par
tus sit: ob bonum sui affectum: alimentumque:
ac quod corpus obesum optineat: ipsum in-

tus perficit. Et auium multipari generis pul
li qui ex ouo nascuntur: caeci exeunt: hi enim
conceptus cum multipari sint: non gignun-
tur: vt ex se perfecta procreentur. Quamobrem
inquit siquis nouellarum adhuc hyrundinum
pullis oculos praepungat: rursus incolumes
redduntur: sed cur id fiat: quoniam in perficien
do consistunt: non adhuc perfecti sunt: nam
quod in perficiendo consistit etsi praescindatur:
seu praepungatur: rursus ob impetum: mo-
tumque: quem ab hoc in illud procedendi con
tinet: renascitur.

¶ Omnino haec praeueniunt gene
rationem perfectam ob alendi inopiam:
generant vero imperfectos: quoniam
perfectionem praeueniunt: quod in
pueris etiam patet: qui mense septi
mo nascuntur. Saepe enim nonnul
li eorum pro sua imperfectione: ne mea-
tus quidem integros adhuc habent:
vt aurium: aut narium: sed post ac-
crescentes recipiunt: multique ex iis
vitae compotes euadunt. Mares
potius: quam foeminae oblaesi in
genere hominum nascuntur: cum in
caeteris animalibus nihilo potius
mares: quam foeminae ita proueniant.
Cuius rei causa est: quod in homini
bus longe mas a femina differt ca-
lore naturae: quo fit: vt mobiliores
sint mares in vtero: quam foeminae:
motu autem ipso franguntur: cum
recens quoduis facile pro sua imbe-
cillitate frangi possit.

Omnino enim Grauiditas et foetus perfectio
nem praecedit. Quod a parente ali ac perfici ob
alimenti mediam nequeat: et vice versa im
perfecta gignuntur: eduntur que: quod vteri ge-
statio praeuenit. Et mares potius quam foe-
minas in hominum genere oblaesos nasci as-
seuerat: quod mobiliores sint mares in vtero
quam foeminae: et motus eorum id causae ha-
betur: quod foeminis calidiores existunt.

¶ Haec eadem causa est: ne foemi
nae similiter: atque mares perficiantur
in genere hominum: quippe cum et
intra parentem foemina tempore longio

re conficiatur:quam mas: ⁊ vbi in
lucem venerint celerius foeminae:
quam mares ꝑficiantur:nam ⁊ pu-
bes:⁊ vigor: ⁊ senectus foeminis
prius venit:quam maribus.sunt.n.
foeminae sua natura debiliores: fri
gidioresqꝫ: ⁊ ferum foemineū: q̄si
laesionem naturalem: ⁊ detrimen-
tum putandū est. Intus igitur tar
dae ꝑ sua frigiditate discernuntur.
haec etenim discretio concoctio ē:
calor autem concoquit:⁊ quod cali
dius:id concoctu facilius est:sed fo
ris propter suam debilitatem cito
ad aetatis florem:senectutēqꝫ pue-
niunt. etenim omnia minora: vt in
artis operibus: sic in naturae citius
ad finem deueniunt. eadem causa
est: vt qui gemini mas: ⁊ foemina
in genere hominū ꝓdeunt:minus
seruentur:cum in caeteris aialibus
nihilo referat. hominibus enim hic
concursus ꝑter naturam est: cum
non pari tempore mas: ⁊ foemina
discernantur:sed aut marem conta
ri:aut foeminaꝫ ꝑuenire necesse sit.
at in caeteris id non ꝑter naturaꝫ ē:

Illud vero In foeminis: tale est
ac si diceret:dum in vul
uis foeminarum existunt. Quod autem dici
tur tale est:ac si questionis alicuius solutio
esset:nam questio erat:cur foeminę:maresqꝫ:
cum in vulua existunt non eque perficiunt:
sed mares quidem septimo:aut nono mense:
foeminę vero octauo:aut decimo:mares igi-
tur in vulua celerius perficiuntur: foeminę
vero serius. Itaqꝫ:vtrorumqꝫ perfectio simi
lis haudquaquam:sed diuersa est:si celeritas
cum tarditate dissimilia habentur:sed in ho
minū genere foemina in vulua tardius:mas
vero ocius perficitur. Cum autē extra egre
diuntur:diuersum euenit:foemina enim cele
rius quam mas adolescit:ac ad corporis per
fectionem deuehitur. Nam foemina quinto
fere supra vigesimum anno:mas vero ad tri
gesimum perficit. Hanc autem questionem
sic inquiens soluit:hac de causa hęc eueniūt:
quia ⁊ mares lęsi magis quam foeminę gi-
gnuntur. Cum enim foeminę frigidiores sint:
eis maiore temporis interuallo vt conco-
quantur:perficianturqꝫ:opus est:mares vero
ob calorem celerius perficiuntur:nam quod
calidius cōcoctu facilius est. intus igitur ma
res hac de causa celerius: foeminę vero seri⁹
perficiuntur:extra vero diuersum fit. Cum
foeminę frigiditatis causa imbecilliores ha-
beantur: celerrimę senectuti:corruptioniqꝫ
obnoxię redduntur. Atqui:imbecilliora ocius
senio conficiuntur:corrumpunturqꝫ: itaqꝫ ⁊
hac de causa celerius foemina ad corporis
vigorēꝫ euehitur: nam quę prius senescunt:
his ⁊ prius pubescere accidit. Sed ⁊ aliter
inquit:quemadmodum ars: vnusqꝫ artifex
paruo temporis interuallo scafam xii verbi
gratia modiorum capacem condit: longiore
vero modiorum centum: simili modo ⁊ na-
tura quę foeminei sexus sunt: vtpote quę mi
nora: celeriter perficit:ac ad pubertēꝫ:dehinc
ad senectam euehit:mares vero vtpote quę
maiora:serius. ⁊ quoniam (vt explicatum)
impari temporis interuallo mas: foeminaqꝫ
perficiuntur:cum foemina gemellos alterū
marem:alterum vero foeminam parit: vt mi
nus seruentur consentaneum habetur: sed si
masculini sexus vtrūqꝫ fuerit;in vita magis
superest: (Nam marium paria adinuicem
tempora habentur) idem ⁊ in foeminis ac-
cidit:⁊ harum quidem paria tempora fiūt.
Illud vero vbi ait: sed aut marem conctari
aut foeminam ꝑuenire necesse est:tale est ac
si diceret:si quidem cum gemini eduntur al-
terum mas:alterum foemina est: ⁊ mas no-
no mense perfectus redditur:natura ipsum
haudquam protinus eduxit: sed intus quo
ad ⁊ foemina perficiantur continet: (nā hęc
decimo mense perficitur) dehinc vtrunqꝫ
vna:eademqꝫ hora extraxit:mas cunctatus
est:non enim eo quo eū decuit tempore egres
sus est. Si nono mensē egressi essent: ⁊ cum
foemina vna egreditur: ⁊ foemina pręscriptū
sibi temporis pręuenit:non enim decimo: sed
nono mense egressa est.itaqꝫ: siquidem mas
cunctatus fuerit; corrumpet: quod quoddā-
modo exarruerit: detrususqꝫ redditur:cum
a perfectione: temporis aliquid in vulua te-
nuerit. Si vero hic congruo tempore egre-
ditur:foemina autem ꝑuenit:ipsa corrumpe
tur:quod non perfecte:sed imperfecte egre-
ditur:aut vterqꝫ corrumpetur:cum alterum
ab altero destrui mutuo acciderit. In homi-
num igitur genere hac de causa foemina in
utero serius quam mas:extra vero celerius
perficitur. in alijs vero animalibus quod tā
mares:tum foeminę eodēꝫ tempore perficiū
tur: foetus egressus extra pręter naturam
haudquaquam accidit.

¶ In ferendo etiam vtero homi-
nes cum caeteris aialibus dissident:

Cuz eniz caetera plurimuz tpis valeant corpore: cũ vteruz ferunt mulieres: magna ex pte aegrae degũt: cuius rei causa aliqua vel ad vitaz referri potest. Cum eni mulieres vitam ociosam: ꝛ sellulariam quandã degant: plus contrahunt sibi excrementi. nam quibus gentibus solitũ est: vt mulieres labores suscipiant: ĳs nec vterus tã difficulter gestaꝶ: ꝛ partus facilis est: deniqꝫ quibuscũqꝫ locis mulieres: quae laborare consueuerunt: facilius pariunt. labor eniz excrementa consumit: q̃ in mulieribus ociosis augentur. Cũqꝫ pturigo laboriosa sit: labor: ꝛ exercitatio actae vitae facit: vt spũz possint retinere: in qua re partus facilitas conciliatur. Afferunt igitur ea quoqꝫ (vt mõ dixi) aliquid causae ad eius affectionis differentiã: qua mulieres caeteris aĩalibus in ferendo vtero discrepant: sꝫ maxime cã est: quod cum caeteris aut exigua purgatio: aut nulla manifesta fiat: mulieri plurima euenit: quae cum per vteri gestationem defierit: infestat: atqꝫ perturbat. Quippe cum etiam non grauidis (nisi purgationes fiant) aegritudines accidãt: pñcipio potius cũ concipiunt: perturbari solent magna ex pte: conceptꝰ enim purgationem impedit: ꝛ prae sua exiguitate absumere copiaz excrementi inter initia non potest: q̃ꝫquã post: vbi iam plenius assumere coeperit: leuat. at in caeteris aĩalibus: quoniam parum excrementi est: modice ad foetus incrementuz accõmodatur. Cumqꝫ excrementa: quae nutricationem impediunt: absumantur: valent felicius. Nec secus aquatile genus: aut volatile afficitur. Jam vero accrescente foetu: quibus non aeque pba altio cõtingit: causa est quod foetus incrementum plus excrementitiũ alimenti desyderet: paucis quibusdaz mulieribus euenit: vt pgnantes meliꝰ valeant corpore: videlicet ĳs: quaꝝ in corpore exigua continẽtur excrementa: quae absumi possint cum alimento: quod foetui administratur.

Quae mulieribus Cũ alĳs animalibus in partu diuersa sũt: talia habẽtur. Alia quidem animalia in vteri gestatione: illo videlicet tempore maiori exparte corpore valent: ꝛ corpora pinguia: ac pꝛ̃stantis alimenti continẽt: verbi gratia si quadrimestram grauiditatem gestant: tribus mensibus valent corpore: quarto vero qui ad partus tempora accedit: macillenta: ac gracilia redduntur. At vero mulieruz plurimis ediuerso euenit: ab eo cum primum gestare vterum cęperint: quoad fere ad partum proximantur: pallent: ac ęgredegunt: ꝛ sine cibo: necnon macie conficiuntur. Ad partus autem tempora accedentes: toto videlicet noni mensis internallo rectius valent. Hęc igitur plane absoluit: pꝛ̃ter illud cum parturigo laboriosa ẽ: labor enim spiritum exercitatum facit. Illud vero vbi inquit: spiritum exercitatum facit: tale est ac si diceret: validiorem: ac fortiorem efficit: ꝛ ad hęc qui contineri potest. quod vero dicitur plane patebit: si quę prius in hoc opere asseruimus referemus. Nam dictum est: quod retentus spiritus nos validiores efficit: hac pꝑter: si pondus aliquod a terra tollere molimur: non exhalamus: sed spiritum intus continemus: tum si sicci: aut humidi alimenti excrementuz difficulter egreditur: ꝛ tunc spiritum continuerimus. His sic memoratis: quod dicitur tale est. mulieres quę labores suscipiunt: labor ipsis validissimum spiritum: ac vehementissimum efficit: qui cũ talis fuerit: si eo tempore cum partu: ac parturigine pꝛ̃muntur contineãt: foetum ocyssime eiaculãtur: cum talem potentiam hoc peragendi habeat: ꝛ pꝛ̃terea retinendi idoneꝰ efficitur: igitur partus perquam facile eiaculatur: ꝛ extra emittiꝶ. Quę vero ociosam: et sellulariam vitaz degunt: ipsis partus ob spiritus imbecillitatem sero emittitur: at qui eius eiaculandi causa spiritus vehementia est: ꝛ quod eundem continere possint. fortitudinis vero rursus: ꝛ quod spiritum continere queãt exercitatiões: laboresqꝫ causę sunt. sunt eniz inqt ꝛ hęc: exercitationibꝰ vti: ꝛ nõ vti: quę huic affectioni conferant: facile scilicet: ac difficulter parere. foeminas vterum gestantes posterius corpore valere: cętera vero animalia prius: hoc causę esse. potissimum inquit. Quoniam enim animalibus

purgatio perexigua fit: nonnullis autem ta-
lis: vt neutiquam discerni possit: foeminis ve-
ro quã plurima accidit. Quoniam hęc sic ha-
bentur: primo quidem foeminę ęgre degunt:
quod partus perexiguus sit: ac modico ali-
mento vtatur. Cũ enim perexiguus sit: ꝛ mo-
dici alimenti: menstruo quidem extra egre-
diendi iter intercipit: quod ad vuluę os: ꝛ co
lum positum consistat: cum modica quędam
menstrui portio in eius esum absumitur: qd
reliquũ: plurimũ esse necesse est: quo ꝛ dolori-
bus affici: ꝛ perturbari solẽt gestantes: cum
(vt modo dixi) a foetu absumi nequeat: ꝛ ab
ipso extra egredi impediatur. Cum vero po
stea foetus ad maius incremẽtum euehitur: ꝛ
ac plurimo vtitur alimento: aut nihil qd ex-
cernitur menstrui reliquum fit: aut paruũ ad
modum: vt nihil a parẽte sentiri: aut dolorẽ
incurrere valeat gestanti. hoc se sic habentes
cum foetus inquã plurimo alimento vtitur:
parentem doloribus leuat. Hac iam de cau-
sa mulieres prius ęgre degunt: postea vero
foelicius valent. In alijs vero animalibus
primum cum menstruum cum animalis ali-
mento congruum fit: valent illę corpore: po-
stea vero cum augetur: ac copiosiori alimen-
to indiget: quã quod a foemina secerni pos-
sit: quod alimentum ad foeminę partes diu|
di debuit: illud a foetu absumit. Cum foemi-
na proprio alimento priuatur: ipsa extenua-
ri: ac considere: ꝛ omnia quę prius fuerant di-
uersa pati necesse est. Hoc autẽ ex illo innuit:
vbi inquit: causa est: quod foetus incremen-
tum plus excrementitij alimenti desideret.

De eo: quod mola vocatur: vi-
dendum est. accidit hoc vitium mu-
lieribus nonnullis grauidis: quam-
quam raro. pariunt enim: quod mo-
lam vocant. Iam accidit enim mu-
lieri cuidam: vt cum concubuisset:
ꝛ se concipisse putasset: primum vẽ-
tris moles augeretur: ꝛ reliqua ex
ratione venirent. Sed cum tẽpus pa
riendi iam esset nec pareret: neqꝫ
moles minueretur: sed annos tres:
aut quatuor ita pseueraret: quo ad
dysenteriae idest difficultati intesti-
norum implicata: eoqꝫ modo pericli-
tata: demum peperit carnẽ: quam
molã vocant. Quin ꝛ tota vita edu
rat hoc vitium: vt ꝛ consenescat: ꝛ
cõmoriatur. Quae autem pdierit

adeo obdurescit: vt vix ferro transfi
gi possit. Causa3 cuius affectus dixi
in pblematibus. afficitur. n. conce-
ptus eodẽ mõ: quo ea: q̃ inquinari
dicimus: cum elixantur: nec p calo-
rem vt quidam volunt: sed potius
pp caloris debilitatem. natura enĩ
de vita certare videtur: nec posse p
ficere: finẽqꝫ apponere generatiõi.
quamobrem aut tota vita: aut lon-
go tempore durat: quod inchoatũ
est: nec enim pfectam: nec alienam
omnino hẽt naturam. cã namqꝫ du
ritiae cruditas est: quippe cum ing-
natio quoqꝫ cruditas quaedam fit:
sed quaeritur cur caeteris aialibꝰ
idem non accidat nisi quid admodũ
lateat: cãm vero esse putandum: q̃
mulier vna oium animalium affe-
ctionibus vteri obnoxia est: ꝛ men-
struis abũdat: nec põt ea ꝯcoquere.
Cum igitur ex humore concoctu dif
ficili conceptus consistit: tunc gigni
tur: q̃ mola vocatur: idqꝫ ĩ mulieri
bus merito: aut solis: aut maxime.
Hac antẽ fit ijs foeminis: quae ani-
mal intra se generant: quod vtile
partus tempore est: natura enim id
alimenti gratia externi aialibus pa
rauit: vt nec deesset tempore debi-
to: neqꝫ vltra id tẽpus superesset:
quod ita plane euenire videmus:
nisi quid pter naturam acciderit.
Sed caeteris animalibus: quoniam
tempꝰ simplex ferẽdi vteri: ptusqꝫ
datũ est: lactis concoctio ad hoc tẽ-
pus solet accedere: hominibus ve-
ro quoniam plura sunt tempora: pri
mo adesse necesse est. quamobrẽ lac
mulierum: cum ante septimum mẽ
sem inutile sit: vtile iam septimo red
ditur mense. causa etiam necessita-
tis propria concoctio lactis tempo-
ribus vltimis habetur. principio. n.
decessio huiuscemodi excrẽmẽti ab
sumitur in foetus generationem.
Omnibus autem alimento est: qd
dulcissimum: ꝛ coctissimũ fit. Itaqꝫ

sublata hac facultate reliquum falsum: maleqꝫ sapiduȝ esse necesse est. Sed cum foetus magis: magisque perficiatur: plus excrementi supest: minus enim absumitur: idqꝫ dulci⁹ est. cum non aeque detrahatur: qꝺ bene concoctum fit. non enim insuper ad foetus informationem cõsumitur: sed ad incrementum mediocre: quasi iaȝ foetus constet adept⁹ finem suum. est enim ⁊ cõceptus ꝑfectio: quamobrẽ erit: permutatqꝫ generationem: vt qui iam sua recepit: nec ꝑterea accipit: qꝺ suũ nõ est: quo tempore lac vtile datur.

Literae vero explicatio est vbi ait: causam huius affectus dixi in problematibus: quę vero de medio posita sunt: planissima habentur. si vero ipse fortassis (vt inquit in problematib⁹: de hoc quod mola nuncupatur dixerit: ⁊ hic quidem quonam pacto gignatur perspicue declarat. Nã durum ob caloris inopiam efficitur. itaqꝫ: ⁊ inquinatę carnes: ⁊ illę enim durę: ob ignis coquentis inopiam fiunt: de quibus coinquinatis quarto sublimium speculationum explanatissime dictum est. Cũ hęc asseruisset: causam adduxit: quamobrem: vel adusqꝫ vitę finem molam foemina: aut diu in vtero gestat. ait quidem: natura enim de vita certare videtur: naturam animalem calorem qui in matris aluo est inquiens: nam ille: dum menstruum in ordinem redigere: ⁊ cõstituere: ac perficere: necnon ⁊ finem generationi imponere festinat: neqꝫ tamen menstrui frigiditatis: humiditatisqꝫ exuperantię eã agere potest: tunc enim ipsius molę cõstitutio fit: cum frigiditas: humiditasqꝫ menstrui exuperauerit: ac illas qualitates fieri immodicas accidit. cum igitur animalis caloris natura illud concoquere nequit: qꝺ ⁊ vinci haudquaquã patitur: ⁊ quasi mori recuset: aut ad mulieris vitę finem: aut longo admodum tempore menstruo repugnat: ⁊ quodammodo assiduum cum ipso bellum gerit. Neqꝫ enim tãtum ipsum ꝑficit: vt extra procedat: neqꝫ alienuȝ ab eodem habetur: (nam respectus quidam ad inuicem genitur ę: ac menstruo est) neque igitur alienum videtur: quasi cuȝ ob id egredi patiatur: sed continet: ⁊ perficere nititur. foeminam autem vteri affectionibus obnoxiam inquit: illud vero vteri affectionibus: tale est ac si diceret: quod vteri doloribus afficitur: nullius animalium generis vuluas talibus: ac tot affectionibus quot mulieris subiecta habetur. Nam mulierem inde varijs affici doloribus hoc argumento fit: quod ipsis tantum: aut pręcipue talem affectionem accidere manifestum habetur. quod vero de lacte explicatur: vbi ait: vt nec deesset: tempore debito: tale est ac si diceret: neqꝫ grauiditatis tempora ꝓcedit: neqꝫ post sequitur: sꝫ ęque cum ipsis concurrit. ⁊ quamuis plura animalia: ac mulierum pleręqꝫ lacteum quẽdam humorem continere visuntur: non tamen illud lac est: salsum enim ⁊ insipiduȝ habetur: lac vero cum parit est. ⁊ alijs quidem animalibus partus tempore lac oritur: mulieribus vero septimo a conceptu mense: qꝺ ipsas ⁊ eo parere accidit. lacteuȝ vero quod prius: hoc est: sexto mense apparere solet: nulli vsui habetur: eo quod non lac: sed lacteus humor potius sit. At vero rationeȝ adducit qua priusquaȝ concipiat lac nulli vsui: ac inconcoctum est: tunc vero partus tempore ꝯcoctũ reddit: ⁊ a materia quã necessitatẽ ipse appellare ꝯsueuit: ⁊ alicuius gratia: ⁊ eã quę alicuius grã est: plane adduxit. quę vero a materia sic sequitur inquiẽs: causa ẽt necessitatis: ⁊ materię propria iam concoctio lactis temporibus vltimis: partus scilicet temporibus habetur. Quod enim principio inquit: ⁊ quę sequuntur non cum paruus admodum foetus sit: id fit: sed in magnitudine quę talis breuitatis: ac ꝑfectionis media est: quam cum primum adipiscitur: extra protinus exit. primum igitur talis excremẽti ex quo lac constituitur quod dulcissimuȝ est: ad proprium alimentum foetus attrahit: olum enim alimentum: quod concoctum: ⁊ dulcissimum est: recte appellares: itaqꝫ qꝺ reliquuȝ: salsum: ac insipidum esse necesse est: nam olis alimenti excrementum tale est. hac igitur de causa lac ante partus tempora nulli vsui habetur. Cum foetus iam perfecti fuerint: ⁊ foras pene in egrediendo consistunt: tunc plus: tum excrementi: tum dulcis est. Quod enim foetus perfectus attrahit: absumitqꝫ: parum admodum est: cuius rei causam deinceps referet. Cum iam plurimum: ⁊ dulce sit: eo qꝺ dulce non ęque vt prius attrahitur: ⁊ lac qꝺ tunc ex illo efficitur dulce esse necesse est. Si enim in ipso salsi aliquid admistum esset: at quia quod concoctum ⁊ dulce est: exuperat: ⁊ nihil amplius salsedinis sentitur: quẽadmodum nec in fluminibus siccę: ⁊ terrenę: ac salsę euaporationis quę fluuialibus aquis inesse solet. Cum omne quod dulce est: a foetu prius attrahitur: quod reliquum fit: salsum est: itaqꝫ ⁊ lacteus humor: qui ab hoc efficit: cũ postea parũ a foetu attrahit: dulce esse: sꝫ ⁊ lac qꝺ ex ipso ꝯstituit dulce fieri necesse ẽ.

cum extra egreditur: nec quod dulce est: alvo attrahitur: sed totum ad mamas ascēdit: que enim dicta sunt alia habetur: litere vero ordo sic sequitur. Ubi ait: est enim et cōceptus perfectio: hoc illud explicat: quoniā foetus perfectus parum admodum alimenti attrahit: quod vero dicitur potentia tale esset. Quemadmodum tum nobis: tum alijs animalibus perfectio inest: quam cū adepti fuerimus ad maius incrementum vltra: vigorēque: haudquaquam deuehimur: sed omnia e diuerso eueniunt: eodem pacto et foetib' quaque foetus sunt: finis inest: ad quem cum accedūt: ex vtero amplius alimentum nequaquam capiunt: nam illud alienum ab ipso est: et quod priusquam perficeretur peculiare fuerat: a pfectione alienum efficitur. eque et nobis accidit: cum foras perfecti fuerimus: non amplius matris hubera trahimus: sed alimētum quo prius peculiari vtebamur: tunc alienum videtur. Cum igitur foetus tali sui adhibet: et vlterius a vulua alimentum capere: ac in ipsa consistere abnuit: foras egreditur: et generationem permutat: hoc est ex alio loco: in alium transfertur. Jam omnes partes ei' perfectis numeris continet: nec quicquam ipsi deficit: nec quod ad ipsum non attinet accipere nititur. Etenim alienum ipsi tale alimētum: nec proprium esse iam dictum: litere autem ordo talis habetur: que sic plana redditur. conceptibus autem pfectis: et cuncta que deinceps sequuntur: et illud semipuncto firmandum: vbi ait: nec pterea accipit: qd suum non est: dehinc vt rationis reddende causa: adducendum hoc: vbi ait: quo tempore lac vtile dat: hoc tale est: ac si diceret: hac de causa partus tempore lac vtile efficitur.

¶ Colligitur hoc parte superiore corporis: et mãmis propter ordinem primae: originalisque constitutionis. pcipua enim pars animalis: quae supra septum est. iferior vero ad cibū: et excremētum accōmodata est: vt gressile animalium genus habēs intra se alimenti suppetias loca pmutet: hinc seminale quoque excrementum secernitur ob eam: quam inter initia disputationis nostrae reddidimus causam. est enim naturae sanguineae: tum excrementum maris: tum menstrua foeminae: sanguinis autem: et venarum principium cor est: quod in ea ipsa parte superiore positum est: quapropter hic primū excrementi talis mutationem innotescere necesse ē: ex quo fit: vt et voces: tum marium: tum foeminarum immutentur: cum semen ferre incipiunt. hinc enim vox suam originem trahit: alteratur vero cum id: quod moueat alteretur: et mammae sublevuentur etiam maribus planc: sed foeminis amplius: et qd eni parte inferiore multum excernitur: ideo locus mammarum inanis: fungosusque foeminis fit. eodemque modo iis eueniт animalibus: quibus mãmae infra habentur. Igitur et vox: et mammae in caeteris quoque animalibus documentum euidens pbent homini visum habenti generis cuiusque: sed plurimum in genere hominum interest Cuius rei causa est: q' excrementum plurimum: et mulieribus p caeteris foeminis: et viris p caeteris maribus est: pro magnitudine alteris menstruorum: alteris geniturae.

Causam hic adducere propōit cur in mammas menstruū colligitur: ex quo et in quibus lac gignitur: quod idem est: vbi ait: cur a parte inferiore corporis sursum. sed se ad hec dicenda accingit: qd tali tempore quo lac cōstituitur: papille inanes: fungoseque efficiuntur. Hoc autem cōducet: vt illud probari possit: cur ab inferiorib' ad superiora procedit: et tunc ab hoc questionis causam reddit. hoc enim parte superiore corporis inquit: propter ordinem prime: originalisque animalium constitutionis colligit: nam ordo horum constitutionis talis. habetur. primum quidem superiora fiunt: siquidē pricipalis animalis pars: et in qua eius esse inest: est: que transuerso septo iminet: quamobrem illam prius gigni necesse est: post vero que inferiora: que ad cibum eiusque excremētum accōmodata est: habentur. quemadmodum gressile animalium genus: cum cibū suscipit: intra se: in aluo videlicet ipsorum vt in psepe quodam alimentum desumptum continendo: circūferendoque: loca permutat. Nā si genus illd aluo preditū minime esset: quo in ipsa vniuerso congesto alimēto assidue: ac ad multum temporis alerentur (quoniam et concoctio eius: et euaporatio: ac particio et cohertens: et ad multum temporis est: stabile q-

tum est. nam quod ante diximus ea
dem materia est: quae alit: ex qua
generationẽ natura cõstituit: eaq3
sanguineus humor in sanguinez ha
bentibus est. lac enim sanguis con-
coctus est: non corruptus.

Prius Quidem tũ ex hoc: tũ3 ex his
q̃ accidunt: quod excrementuz
a superioribus partibus secernitur: indiciuz
adduxit: nunc ex his causam reddit: qua in
papillas lac congregatur. Cum igitur (inqt)
excrementum non ab foetu hauritur (alienũ
enim ipsi vt explicatum nec proprium est) ⁊
extra illud procedere non sinit: (Naz ad vul
uę os adhibitus consistit) in meatus qui vul
uis insunt congregari necesse est. Quoniam
enim menstruum in vulua est: in illa loca: ⁊
inania quę eosdem meatus cum vulua cõti-
nent illud confluere: ⁊ congregari certũ est.
Nam si ea inania essent: nec meatus vuluaz
ingredientes haberẽt: qꝫ menstrua nullate-
nus in ipsa ingrederentur: cõgregarenturq3
certum est. (nam hoc impossibile habetur:)
at recta ratione ⁊ fluxus in illos congregat:
⁊ impetum peragit. Ubi ait: quęcunq3 eisdẽ
meatibus cum vulua adherent: tale est ac si
diceret: quorumcunq3 meatus in vuluam in
grediuntur. Cum autem dixisset: quęcunq3
eisdem meatibus adherent: addidit: talis au
tem locus papillaruz in omnibus est: in quo
libet scilicet: animalium genere locus papil
larum est: qui eosdem cum vulua meatus cõ
tinent: hoc tale idem est: ac si diceret: in omni
animalium genere papillę eosdez meatus cũ
vulua continent: vtraq3 de causa: necessariũ
(hęc vero erat ipsas eosdem meatus cuz vul
ua continere) ⁊ alicuius gratia: rectius qui-
dem fit: vt ibi: vbi principiũ: cor videlicet est:
excrementa illa congregentur: vt ab ipso cõ
coquantur. Cum igitur causaz qua excremẽ
tum ex quo lac constituitur: in papillas con-
gregatur asseruisset: item cur alteratum: can
didum videlicet fit: explicauit: ex eo quod ⁊
quę in corde anima est: quod illud excremẽ-
tum concoquat alterata: ac validior fit. quod
autem anima tali tempore alteratur: ⁊ quo
nam pacto alterata redditur: in eo qui dein-
ceps sequitur libro referet: cum de acuta vo-
ce ⁊ graui edisserit. Cum causam adduxisset
cur tale excrementum in papillas congrega
tur: sequitur: concoctionis autem: ⁊ qꝫ dul-
ce cum ad partus tempora accedit efficitur
(prius enim salsuz: ⁊ nulli vsui habetur) cau
sam: quę modo dicta est: accipiendũ: erat au-
tem hęc: modico alimento perfectus vtitur
foetus: ⁊ hac de causa: quod superest: multũ:
ac dulce habetur. Concoctionis igitur lactis:
ac dulcedinis inquit: causa adduci poterit ta
lis: quod tunc alimento modico vtitur: ⁊ hu
ius gratia (vt prius dictum) dulce est. Sz e-
contrario etiam ait dicere possumus: ⁊ quod
plurimum alimenti desumat: (nam plurimũ
desumit) cum foetus magnus fit: quod ab ip
so reliquum fit: parum esse necesse est: paruz
vero cito concoquitur. Cum autem quod de
sumitur parum: ⁊ modicuz sit: quod reliquũ
est: omnino plurimum erit: quod vero multũ
tardius cõcoquitur: ⁊ prius quidẽ nulli vsui
vt quod inconcoctum: mox vero vtile: vtpo-
te quod concoctum est: efficitur.

¶ Empedocles vero: aut non re-
cte putauit: aut non bene vsus ver
bo translatitio est: cũ dixerit. Octa-
ui decimo mensis pus extitit albuz.
putredo eni concoctioni ꝯtrariũ ẽ.
Pus autem putredo quedam est:
lac vero res est concocta prorsus:
nec lactantibus fiunt purgationes
secundum naturaz: neq3 lactantes
concipiunt. ⁊ si conceperint: lac ex
tinguitur. quoniam eadez lactis: ⁊
menstruoruz natura est: natura aũt
non tam large ꝓfundere potest: vt
anceps fit: sed si alterutram in par-
tem secernitur: in alteram desit ne
cesse est: nisi quid acciderit violen-
tum: ⁊ praeter id quod solitum ma-
gna ex parte est. Temporibus etiã
bene ꝓscripta est generatio anima-
lium. cum enim prae magnitudine:
non satis praeterea foetui est alimẽ
tum: quod per vmbilicuz ministra
tur: lac ad alendum vtile succedit.
Cumq3 per vmbilicum alimentuz
non subeat: cõprimunt sese venae
illae: circuz quas tunica est: q̃ vm-
bilicus vocatur: atq3 ob eam rem
tunc exit⁹ opportune foet⁹ ꝯsequit.
Partus autem pronis in caput cõ
uersis fit per naturã aĩalibus oĩbus:
propterea quod partem ab vmbili

co maiorem habeant: quam inferiorem: maiora autem plus ponderis continent: itaqꝫ veluti in statera dependentes eo vergunt: quo trahuntur.

Empedocleꝫ arguit Qui pus eē lac asseuerabat: ꝛ ait. Si.n. ex vero pus illud appellauit: nō recte opinabatur: at si more poetico conuersione vsus est: nō recte trāslaticium verbum apposuit: nam translatiōes his vnde conuersę sunt: aduersari haudquaquam debent. talis autem Empedoclis conuersio sibi ipsi aduersatur. si enim pus marcidum quoddam: lac vero quod concoctuꝫ: lac itaqꝫ ꝛ pus contraria adinuicem: non igitur recte conuertit: cum lac pus appellaret. Nā simile quoddam ab aliquo adduci posset: si quod album est: nigrum: qua visum contrahat: nigrum vero album qua eundem diffundat: ac distrahat nuncuparet. Sensus vero versus Empedoclei qui ait: in decima octaui mensis album efficitur pus: talis est. decima octaui mensis die lac album pus effectus est. si autem: foeminam lactantem concipere acciderit: lac extinguitur: resoluiturqꝫ: natura enīꝫ in foetus: ꝛ lactis procreationem materiam simul impartiri nequit. Ubi vero inquit: temporibus etiam bene pręscripta est generatio animalium: tale est: ac si diceret: recte euenit: vt quo tempore vmbilicuꝫ a vulua abiungi accidit: tunc ꝛ animalium generationem in lucem fieri. ꝛ hac de causa recte illud quod sequitur adducit. cum enīꝫ ꝑ magnitudine non satis foetui est alimētum: aut vt alienum: aut (vt nuper explicatum) vtpote quod modicum est: ꝛ in ipsum non ingreditur: vmbilicus protinus ꝯcidit: siue ab vulua abscinditur: quoad enim ab vulua alimētum attrahit: ipsi cōnexus adheret. Cum ab huiusce rei peragendę officio cessat: quod natura nihil frustra agit: retrahitur: absoluiturqꝫ: ipso auteꝫ retracto: absolutoqꝫ: animal ꝓtinus egreditur. hic enīꝫ vmbilicus erat: qui foetum continebat: qua vero de causa pronus in caput egreditur foetus: perspicue edisserit.

Uteri autem ferendi tempora certa: cuiqꝫ animaliuꝫ sunt magna quidem ex parte pro vitae spacio. viuacioruꝫ.n. generationes quoqꝫ diuturniores esse necesse est: non tamen id causae est: sꝫ magna ex parte sic euenit. maiora enim pfectioraqꝫ sanguinei generis animalia plus ꝑ tpis viuunt: sed non oīa maiora sunt viuaciora. homo enim plus temporis: quaꝫ quoduis aīal viuit: excepto elephante: qꝫ quidem vsu adhuc fide digno nouerimus: quaꝫ quam homo minoris est incrementi: quaꝫ veterina: ꝛ alia multa. Causa ne quoduis animal possit diu viuere est: qꝺ ꝓ aere ambiente temperatur: atqꝫ etiam ob alios naturales casus: de quibus mox dicam. tempora ferendi vteri pro magnitudine aīalium: quae generantur descripta sunt. haud enim tempore breui constitutiones pfici magnas: vel animaliuꝫ: vel quorūuis aliorū fere facile est. Quamobrem equi: vt quae ijs cognata sunt animalia: quāquā minus tpis viuunt: tamen diutius vterum ferunt: alia enīꝫ annum: alia quod plurimum menses denos grauida erigunt. hac eadeꝫ de causa elephantorum etiam vterus diutinus est: biēnio namqꝫ gestatur propter exuperantiam magnitudinis.

Quod Dicitur potentia tale esset: qꝺ alia quatuor mensium interuallo vterum gestant: ꝛ quarto protinus generant: alia nouem: quędam vero biēnij: vt elephantorum genus. Aliquis autem hęc ipsis pro vitę spacio: ac temporum longitudine euenire existimaret: q̄ videlicet breuioris vitę: breui tempore vterum gestant: verbi gratia mensium quatuor: quę vero diuturniores: nouem: ꝛ horum viuatiora quę anni interuallo: ꝛ deinceps alia. sed ꝛ magna ex parte accidere inqt: viuatiora diutius gestare vterum: non tamen vitę diuturnitas diutinę vteri gestationis causa: nec breuitas breuis est. Animalia quideꝫ sanguinei generis quę maiora: perfectioraqꝫ habentur: maiore temporis spatio foetum in vtero continent: qꝺ diutius in ipso perficiēdo laborent: quemadmo

dum ꝛ maior cymba: nam ꝛ in ipsa cõstituẽda plus temporis: quã in parua (vt dictum) absumere opus est. ꝛ diutius igitur vterum gestant: ꝛ plus temporis viuunt: non tamen quę maiora sunt viuatiora. Si enim viuacitas diutinę grauiditatis causa esset: cum homo vitę diuturnioris veterini animalium generis sit: ipsum diutius vterum gestare oporteret: nec vero gestat: nam hominis grauiditas septem: aut nouem mensium spatio pręscribitur: ꝛ alimento fruitur lactis: veterina vero anni interuallo. itaqꝫ. viuacitas diuturnioris vteri gestationis causa esse dici haudquaquam potest. Si enim esset: maiora: quę diutius vterum ferunt viuatiora esse necesse erat: nec tamen sunt. Si viuacitas diuturnę grauiditatis causa: vbi enim: ꝛ in quibus cã aliqua est: illic ꝛ causatum sequi necesse est: hoc quidem est diu gestare vterum: nec vero sequitur: sed de vitę diuturnitate causas mox dicere pollicetur: ꝛ vbi de diuturnitate: breuitateqꝫ vitę disputat.

Ratione autem optima tempora omnium ꝛ grauiditatum: ꝛ generationum: ꝛ vitarum dimensionem circuitibus sibi exposcũt recipere: circuitum appello diem: noctẽ: mẽsem: annum: ꝛ tempora: quae ijs describuntur: atqꝫ etiam lunae traiectiones. sunt enim lunae circuitus cõplemẽta: ꝛ silentia: ꝛ interpositorum temporum sectiones. ita enim coit cum sole: mensis nanqꝫ cõis amborum circuitus est. luna autem principium est propter solis societatem: receptũqꝫ lucis: fit enim quasi alter sol minor. quãobrem conducit ad omnes generationes: perfectionesqꝫ. calores enim: ꝛ refrigerationes: cum moderatione quadam generationes sine moderatiõe corruptiones efficiunt: terminum autẽ tum principij: tum finis qualitatum earum motus horum syderũ obtinet. vt enim ꝛ mare: ꝛ omnem humidum naturam subsistere: mutari ve pro flatuum motu: ꝛ quiete videmus: aerem vero ꝛ flatus pro solis: lunaeqꝫ circuitu affici: sic ea: q̃ ex ijs: aut in ijs oriunt̃ seq necesse ẽ. Nam vt rerum minus principaliũ circuitus sequantur: magis principalium rerum circuitum: ratio est. Vitam enim quãdam ꝛ ortum: ꝛ interitum: vel flatuum esse fateor. Conuersionis vero eorum syderum alia fortasse principia sunt: natura igitur ita sibi vult: vt eorum numeris generatiões ꝛ obitus numeret: sed exquisite id facere nequit: propter materiae indefinitionem: ꝛ q̃ multa principia incidunt quae generationes destinatas secundũ naturam: ꝛ corruptiones saepe ĩpediant: atqꝫ ita causa sint earum: quae veniant praeter naturam. Sed alimento intrinsecus ministrando animaliũ: atqꝫ de generatione in lucẽ agenda: ꝛ seorsum de singulis: ꝛ summatim de oĩbus dictum iam est.

Et hoc Potentia tale est: Nam Sol: Lunaqꝫ omnium hominum ꝛ equum pro cuiusqꝫ vitę spatio ad parẽ cursum dirigere student: ꝛ neqꝫ Platonem lõgeuum: me vero vitę breuioris esse: sed omnes eodẽ: vnoqꝫ tempore: vt verbi gratia annos nonaginta: neqꝫ aliquem hominum tale tempus excedere: neqꝫ infra illud mortem obire superiora corpora tendunt. omnium igitur hominum ex pari discreta annorum tempora: ęque ꝛ equorum omnium: siue annorum triginta tale est: siue aliud quoddam. pari etiã modo ꝛ omnium aliorum: non satis tamen acurate statuerunt. non autem omnes homines vno: ꝛ eodem tempore vitam peragunt: necnon ꝛ equi: ꝛ boues: ac reliqua: sed aliud longiori: aliud vero breuiori: eo quod ꝛ alia quędam principia horum generationis sint: quę eorum vnicuiqꝫ generi a natura statuta tempora impediunt: hęc autem materia: parterqꝫ: at alia pleraqꝫ habentur. Nam pro parentum affectione: qualem ipsis coitus tempore habere contigerit: foetum viuatiorẽ: ac vitę breuioris fore euenire solet. Sed horũ quidem causas (vt asseruimus) vbi de vitę diuturnitate: ac breuitate disputat explicabit: illic enim calorem: humoremqꝫ causas adducet. ꝛ sensus quidem omnium quę dicta sunt: qui ad finem vsqꝫ p̃sentis libri qui quartus est progredit̃: talis. literę vero ordo sic

quodammodo habetur: ubi inquit: dimensionem circuitibus sibi exposcunt recipere: tale est ac si diceret: pares enim omnes homines solis: luneque circuitus vite eorum sortiti sunt: et equi eodem modo pares: non autem hominum temporibus: sed inter ipsos pares. Luna vero mensis inquit principium est: cum a solis coitu ipsum preterlabitur mensis principium desumit. Ubi vero ait: terminum autem eius principii: cum finis horum obtinet: illud horum de calliditate: frigiditateque dictum est. Caloris quidem principium: ac generatio lune incrementum est: ac cum sol ad borealia signa accedit: frigoris vero cum illa deficit: solisque ad australia fit recursus. Et quemadmodum mare ex flatuum motu permutatur: flatus vero (ut sublimium speculationum opere explicatum) ex lune: solisque circuitu oriuntur: ita et que ab humidis: aliisque constituuntur: et que in ipsis sunt horum syderum motum sequi necesse est. Pisces quidem: ac ostree: et que testacei generis: in lune incremento corporibus valent: ipsa vero deficiente e contrario patiuntur. et sole ad borealia accedente terra germinat: et plante floribus vernant: nec non animalia pubescunt: ac generant: cuncta vero ipsius recursu minuuntur: et cuncta alia eorum circuitu fiunt: de quibus explicare huiusce temporis haudquaquam est. Minus autem principalia flatus: terram: et mare: magis vero principalia: solem et lunam: et reliqua sydera nuncupat. Hactenus autem nobis et in quartum de Animalium generatione interpretationes fit dixisse satis.

Philoponi in quartum Aristotelis de animalium generatione interpretatio explicit.

Philoponi in quintum Aristotelis De animalium generatione librum commentarij eodem Nicolao petro Corcyraeo interprete.

DE affectionib⁹ quibus animalium partes differant inter se: differendum nunc est: affectiones partiū dico caesietatem oculorum: aut nigredinem: vocis acumen: aut grauitatem: τ coloris: aut corporis: τ pilorum: aut pennarum discrimen: quorum alia totis generibus insunt: alia vtcūq; sors tulit habentur: quod maxime in hominibus accidit. mutationes etiam per aetatem aliae omnibus aeque aialibus veniunt: aliae contra: vt in vocis: pilorumq;: coloris ratione videre licet. Cum eni3 caetera non canescant manifeste in senectute: homo maxime omniu3 ita afficitur: τ alia statim ab ortu naturae consequuntur: alia progrediente aetate: τ senescentibus accidunt.

Quaecūq3 i hoc qui quintus: vltimusq3 de animalium generatione libro operis est quęrere necessaria essent: ab ipso perspicue explicantur: pręter quā: quod vel coloris: aut corporis: pilorumq3: siue pennarum discrimen esse ostendit. nam tum pili inuicem: tum pēna pennis: τ corpus a corpore colore discrepant: cum horum quędam alba: nonnulla nigra: τ aliorum coloru3 diuersa visuntur. Siquidem ex his quas diximus affectionibus: quędam omnibus generibus: vt verbi gratia omni noctuę cęsietas: insunt. Non autem omnibus hominibus a primo ortu protinus: vt vngues: ita τ voces: earumq3 acumen: ac grauitas: piliq3 in barba: ac circa pubem: τ caniciees: sed postea: oriuntur.

¶ De his igitur: caeterisq3 huiusmodi omnibus non eundem praeterea modum causae esse putandu3: quae enim non sint opera vel naturae cōia: vel generum singulorum propria: horum nullu3 alicuius gratia: aut est: aut fit. Oculus enim alicuius gratia est: sed caesius non alicuius gratia est: nisi haec affectio sit propria generis: nec vero ad rationem substantiae pertinet in nonnullis.

Causae modum: Quę alicuius gratia est inquit: na3 hęc finalis causa habetur. Quod quidem dicitur tale est: in eo quod causas reddit: cur quidam cęsijs oculis: nonnulli nigris pręditi sint: τ aliqui grauem vocem: quidam acutam emittant: tum in his similium: materialem quidem: efficientemq3 causas: quę vero est alicuius gratia: minime quęsiuit: adduxitq3: non enim cęsietatem alicui⁹ gratia factam vt oculum diceres: hunc enim visus gratia factum constat: sed quod cęsietatem alicuius gratia esse accidit: cum natura efficiendi oculi causa maiorem ęquo portionem humoris desumit: nigri oculi: cum vero minorem: cęsij constitutio fit: vt deinceps nobis vbi ipse de his edisserit perspicuum reddetur. in quibus igitur natura (vt demōstratum) nullam curam vt illa faceret adhibuit: sed ista his quę alicuius gratia sunt eueniunt: in his: quę alicuius gratia est causam minime: sed materialem: ac efficientem adduxit: ostendit enim qua materia: τ efficiente: quędam cęsios oculos: alia nigros: nonnulla caprinos: alia vero ruffos optinent. Nam de omnibus quas asseruimus affectionibus inquit ad materiam: efficientemq3: τ causas quę alicuius gratia est reddere necessarius esse non est existimandum: sed quę naturę opera communia sunt: vel quę genus aliquod: aut species: sibi peculiari iure vendicat. Siquidem meatus oris quo animalia alimentum capiunt: ac quo excrementum

emittunt : tum seminales meatus : vuluaq; ac alia pleraq; communi omnium animali ul officio famulantur. manus autem peculiares cuiusdam generis sunt : ⁊ hęc hominum generi tantum : ac alia alys insunt. quę vero cõmunia : siue peculiaria gen⁹ aliquod optinet : cuncta hęc alicuius gratia fiunt : in talibus enim causam quę alicuius gratia est : redditam constat. at quę nec communia generi alicui : nec peculiaria habentur : nihil ex his alicuius gratia esse : aut fieri dicere queas : quapropter : in his talem causam minime reddidit : nisi si talem affectionem generi alicui peculiarem inesse constaret : vt in noctuarũ genere cęsietas : hanc genus illud vt homo risibilitatem peculiari ratione sortitum est. ⁊ tale proprium in ipsis auibus nõ quasi conuerti queat : sed quod in qualibet earum visitur dicimus. ⁊ cęsietas ad substantię deffinitionem non noctuę : sed cęsÿ oculi tendit. nam qui noctuę oculum deffinire poposuerit : in demonstratione ⁊ cęsietatem comprehendet : vel non modo cęsietas ipsa in oculi deffinitione : sed in noctuę etiam comprehendetur. Si quis enim definire noctuã non qua auem : sed qua noctuam propositũ agrederetur : illi in eius definitione cęsietatem comprehendere necessarium esset.

¶ Sed vt quae necessario fiant : ad materiam : ⁊ principium : quod mouerit : causae eorũ referendae sunt : etenim (vt initio disputationis nr̃ae dictum est) non quia tale quid gignitur : quodq;. ideo tale quid ẽ scilicet in ijs : quae statuta : definita : ⁊ certa naturae sunt opera : sȝ potius : quia tale ẽ : idcirco tale ⁊ gignitur. substantiam enim generatio sequitur : ⁊ substantiae gratia est : nõ ipsa generationem. Veteres tamen naturae interpraetes contra esse putarunt : cuius erroris causa fuit : qȯ causas plures esse non viderent : sȝ materiae tantum : ⁊ motus causaȝ : eamque indefinite cognoscerent. Rationis vero : ⁊ finis cãm non cõsyderarent : sed eniȝ alicuius gratia vnumquodq; est : gignitur autem iam ob eam cãm : ⁊ reliquas : quae in ratione cuiusq; cõtinentur : qua vel alicuius gratia ẽ : vel cuius gratia aliud est. Quae vero non eiusmodi sunt : videlicet quorum generatio est : eorum iam causa quaerenda in motu : generationeq; est : vtpote cum discrimen constitutione recipiant. oculum enim necessario hẽbit. tale eniȝ animal subiectũ est. Sed talem oculum necessario quidem : sed non tali necessitate. Veruȝ alio modo : scilicet quoniam talem : aut talem rem suapte natura agere pati ve potest : his ita definitis de rebus : quae deinceps eueniant : dissera nius.

Efficientem enim Causam quod mouet principium nuncupat. nam literę coherentia quę inquit : de his igitur : cęterisq; huiuscemodi omnibus : non eundem ꝑterea modum causę esse putãdum : talis esset : cum eo quod ait : sed vt quę necessario fiant : videlȝ : vt sensus eorum planus sit : sed vt quę ex tali materia facta sunt : generationis eoruȝ causas ad materiam ⁊ efficientem reducere debemus. hoc tale quideȝ est ac si diceret : generationeȝ eius : a materia : ⁊ efficiente redditã esse. Quęcunq; enim naturę opera (vt plurifariam dictum) porrecto : terminatoq; ordine gignuntur : ⁊ esse continent : non quod materiam ex qua talia fiunt sic motam constat : illa talia esse diceres : sed potius quod illa talia sint : materiam sic moueri cẽsendũ. Nõ autem homo talis habetur vt est : a genitali semine menstruum illo quo mouetur ordine moueri : nec vero quod menstruum ita moueri accidit : talem hominem gigni diceremus. etenim substantiam : hominem videlicet : generatio sequitur. ⁊ cum homo talis habeat : generatio talis est : non quod ipsa talis sit : talem esse hominem dicas : vt quidam antiqui naturę interpretes quod causam quę alicuius gratia est non animaduerterint : opinati sunt : igitur quodlibet eorum quę facta sunt : alicuius gratia esse existimandum. Naȝ vnũquodq; : quod sub ratione : seu deffinitione comprehenditur : cuiusq; rei quę facta sit est : ⁊ esse optinet : hac de causa quę alicuius gratia est : ⁊ ob alias causas est. litera vero quę inquit : sed eniȝ alicuius gratia vnuȝ quodq; est : gignitur autem iam ob eam causam : obscuri ordinis : nec rite positi habet : quę hoc pacto congrua redderetur. igitur quodlibet eorum quę in ratione cuiusq; insunt : alicu-

ius gratia sunt: videlicet: quodlibet eorum quę sub ratione cuiuslibet rei comprehendū tur: deffinitio illius quod alicuius gratia dicitur accipit. Tum ab his: ceu ab alio principio quę sequuntur referenda sunt: hęc videlicet: gignitur autem iam ob eam causam & reliquas. Nam genus: differentięq; : specierum gratia: composita vero: singulariaq; ob finalem causam: reliquasq; quę materia: & efficiens sunt. nam ob materiam sunt: vtpote quę illi quod factum est insit: & sine qua esse nullo pacto queunt. idem & de efficiente censendum: nam ea quę fiunt esse absq; efficiente nequaquam possunt. adhęc etiaȝ quę spōtina constitutione ortum sumpsisse creduntur: ab efficiente aliqua causa: a tempore inquaȝ calido: seu alio quouis gigni certum est. Quod si quęreret quispiam: siquidem: cum manus: cor: cerebrum: in ratione hominis neutiquā sint: nec alicuius gratia erunt. addidit: quę vel alicuius gratia est: vel cuius gratia: hoc potentia tale esset. non modo quę in ratione termini comprehenduntur: alicuius gratia sunt: sed reliqua omnia: aut alicuius gratia: aut cuius gratia erunt. naȝ spiritus: cerebrū: ac reliqua alicuius gratia: cordis videlicet sunt: (etenim cor cuius gratia habetur) cordis enim causa omnes alię partes fiunt. quę vero (inquit) non eiusce modi quorum generatio est: videlicet quę nec aut alicuius gratia: aut cuius gratia sunt: cęsietatis enim generatio est: quā nec alicuius causa esse: nec cuius causa diceremus: nam eius gratia nihil factum constat. Quorum igitur generatio est: cum illa talia minime sint: causa eoruȝ in motu: & generatione quęrenda est: & motum efficientem causam: generationem vero materialem: quod altera mouet: altera autem gignatur nuncupat. Hęc vero discrimina: cęsietatem inquam: ac reliqua: oculi in animalis constitutione capiunt.

¶ Principio pueri cum nati fuerint: dormire oīuȝ maxime imperfectorum animalium solent: quoniaȝ intra parentem cum primū sentire coeperint: tempus dormiendo totuȝ fere cōsumunt. Sed quaeritur de prima generatione: vtrum vigilia praecedat: an somn⁹: quod enim proficiscente aetate magis expergisci visuntur: contrariū idest somnū principio gnationis iesse pbabile ē. Tum etiam transitio de non esse in esse per medium fieri solet: somnus autem talis sua natura esse videtur vt viuendi: & non viuēdi interliminium sit: & neq; omnino sit: qui dormit: neq; non sit. Viuitur enim potissimum vigilia propter sensum: sȝ si animal habere sensuȝ necesse est: & tunc primum est animal cum primum contingit sensus: primā illam dispositionem non somnuȝ: sed similem somno esse putandum: qualis plantaruȝ est. etenim ita accidit: vt per id tempus vita plātae aīalia viuant. At plantis somnum inesse impossibile est nullus enim somnus inexpergiscibilis est. Affectio auteȝ illa plantarum: quae somni est proportionalis inexpergiscibilis est. necesse etiā est animalia dormire partem maximam tpis: quoniam incrementum: & pondus locis superioribus impositum est. Cām aūt dormiendi talem esse alibi exposuimus. Verumtamen expergisci in vtero etiā videntur: quod tuȝ in dissectionibus: tū in prole ouiperi generis patet: mox obdormiscunt stati: rursusq; delabuntur: quāobreȝ egressa quoq; in lucem: bonam tpis partem dormiendo traducunt.

Illud quod Ait nati fuerint: p eo cum extra egrediūtur accipiendum. tum illud maxime: pro eo ac si amplius diceret capiendum est. iteȝ illud qđ ait pueri: semipuncto firmandū: dehinc illa adducenda: quę sequuntur: omniū maxime imperfectorum. Quod vero inquit tale est: pueri cū extra egrediuntur: omnium imperfectorum amplius quiescunt: ac somno fruū tur. non eniȝ catulus: porcellusq;: cū iā in lucem editi sunt: quantum pueri ipsi indulgere somno solent. Sed in vtero item matris cum iam sensibus compotes efficiuntur pueri: dormiunt. nam raro toto grauiditatis tempore mouentur: reliquo vero dormitioni indulgent. Cum aūt pueros in vtero dormire dixisset: sequitur inquiens: sed quęritur. Cū primum sentire coeperit: dormiendi principium sumpsit: nunquid priusquam sensus caperet vigilabat: & protinus illis adeptis

somno fruitur? vel prius vigilabat: dehinc sen
sus adeptus est: ⁊ protinus est somno op
pressus: dehinc rursus vigilare incoepit? an prius
quam sensus caperet: ⁊ a captis sensibus dor
mitioni indulsit? Etenim a captis sensibus vi
gilare coepit: vt nullo pacto vigiliam somnũ
precedere existimandũ sit. probat. n. somnum
precedere: ⁊ a somno vigilias adipisci: ⁊ ab
ipsis denuo in somnum feri. Tum sequitur in-
quies. Quoniam omnis transitio medio ali
quo fieri solet: nam ab eo qđ non est: nõ quod
simpliciter non est: sed quod aliquatenus: in
illud quod est perducitur: per medium enim
in illud quod est: in vitam scilicet deuenire
necessarium habetur. Nam somnus tale quod
dam est: vt inter illud quod est: ⁊ non est: esse
medium videatur. Cum enim aial mortem
obit: ⁊ esse omnino non optinet: non ens dici
tur: at ens fit cum vita precipue: ac sensibus
fruitur. Sed somnus inter viuentem: vitaqꝫ
defunctum. medium quoddam habetur. Nã
vita in vigilia inquit precipue est: ideo vigi-
lantes tunc maxime sentimus. Cum igitur
in vtero homo est: adeptis iam sensibus eum
dormire verissime existimandum: prius ve-
ro quam sensus adipiscatur minime. At affe
ctu quodam somno compari quo ⁊ stirpes q̃
minime somno vtuntur preditus est. Quod
inquit: nullus enim somnus inexpergiscibi-
lis est: id est nullus qui somno fruitur in ex-
pergiscibilis est: itaque: si ⁊ stirpes somnium
capere contigisset: ⁊ ipse quandoque expergi
scerentur. animalia igitur in vtero plurimo
temporis interuallo dormiuntur: eo quod in
crementum: ac pondus in superioribus lo-
cis situm optinent. Nam (vt prius explica-
tum) quę superiora: prius incrementum ca-
piunt: siquidem cum in superioribus põdus
consistat: sensibus impedimẽto fit. At somni:
⁊ vigilię: in eo vbi de somno ⁊ vigilia disser-
uit causas adduxit: quod ex his inuit: vbi
inquit: causam autem dormiendi talem esse
alibi exposuimus: quod quidem tale est ac si
diceret: ⁊ alibi somnum fieri causam addu-
ximus pondus quod in superioribus est:
⁊ precipue quod circa cor existit. Quod
vero animalia in vtero expergefiunt: ac ca
piunt somnum: tum ex dissectionibus: cum
etiam ex his quę ouum edunt perspectum
habetur: nam plurimi pulli sub oui adhuc
putamine consistentes: dum vigilant emittũt
vocem: dehinc vtpote somno oppressi: diu si-
lentia agunt.

Cum pueri vigilant: non rident:
cum dormiunt rident: interdum et
lachrymant. Accidit enim dormien
tibus etiam animalibus sensus: nõ
modo: quae somnia vocantur: sed
etiam pter somnia: vt ijs: qui dor-
mientes resurgunt: ⁊ quidem ple-
rasqꝫ agunt sine somnio. sunt enim
qui dormientes resurgant: ⁊ ambu
lent: videntes eo modo: quo qui vi
gilant. ijs enim qui sensus acciden-
tium contingit: quãquam non vigi
lantibus: tamẽ non vt somnium.
Infantes vero propter cõsuetudi-
nem: quasi nescij vigilandi sentire:
viuereqꝫ in dormiendo videntur.
Tempore autem pcedente: incre-
mentoqꝫ transeunte in partem infe-
riorem: expergiscũtur. iam magis ⁊
partem maiorem tpis ita degunt:
sed initio plus: quam caetera ani-
malia somno dediti viuunt. Imp-
fectissimi enim omniũ perfectorum
partuũ nascuntur: ⁊ incremẽto par
tis superioris exuperãt. Oculi oium
puerorum statim a partu caesiusculi
sunt: post vero imutantur in eã na-
turam: quae futura est: quod in cae
teris animalibus nõ euenit manife-
ste: cuius rei causa est: quod caete-
ris animalibus oculi in suo cuiusqꝫ
genere vnicolores potius sunt: vt
boũ nigri. Ouium oium aquini:
aliorũ rufi: toto genere: aut caesii:
nonnullorum caprini: vt caprarij
generis. At hominum oculos varios:
versicoloresqꝫ esse euenit: nam alij
caesii: alij flauidi: alij nigri: alij capri
ni: quamobrem caeterorũ: vt nulli
suo in genere dissident inter se: sic
nulli a se ipsi differunt: quippe qui
non plus: quã vnũ colorem habeãt
sua natura. Equus maxime omniũ
caeterorum aialium versicolor est:
aliqui enim caesii altero oculo na-
scuntur: quod nulli ex caeteris be-
stijs euenit manifeste: quãquam ho-
mines nõnulli altero oculo diuerso
gignantur. ergo: vt caetera aialia
nihil mutationis: vel recens nata:
vel aetate pvectiora recipiãt: pue-

ris autẽ id eueniat satis causae hoc
esse existimandum: quod caeterorũ
ea pars vnicolor: hominis versico-
lor est: sed vt caesium potius: quam
alium habeant colorem: causa est:
quod partes nuper natorum imbe
cilliores sunt: caesietas autez imbe
cillitas est: sed in vniuersum de ocu
lorum discrimine quaerendum: ac-
cipiendũq; est: q̃ ob causaz alij cae
sii: alij flauidi: alij caprini: alij nigri.

Nam litera In his deficit: quę ex
plenda hoc pacto est:
pueri tũ vigilantes: tum dormiẽtes lachry
mant: dormientes vero tm̃ rident. Quod au
tem pueri dormientes rideãt: tertium quod
dam sensus genus in causa est. nam primum
genus est qd̃ vigilantibus nobis accidit: et
iste sensus ab ipso qui actu ẽst nuncupatur.
Alius vero est cũ insomnijs agitamur: (naz
imaginatio eorum quę in somnia vocant sen
sus quidam est): & de his vbi dein somnioꝝ
diuinatione iam dictum. Tertius vero quẽ
pati nonnullis hominibus cõtingit. nam ple
riq; dormientes patentibus oculis erigũtur:
& negotia nõnulla peragũt: qui cũ dormiãt:
quid agant omnino nesciunt. Quod aũt tali
bus in negocijs dormiant: manifestuz habet:
quia vigilantes interrogati quid ẽgerint: se
qd̃ esurgerint: ac quicquaz egerint neutiquã
reminisci plane contendunt. Tale quoddam
vni meorum amicorum contingit: & hic cum
quo mihi plurimum necessitudinis interces-
serat: erat ex his qui medicinę artem profitẽ
tur. & fere dici hora septima: cuz ille somno:
nos vero lectionibus vacaremus: e stratis su
rexit: ac ad locum quo galinę claudebantur
profectus est: cũq; nihil aliud egisset: aperto
loci illius hostio: se rursus dormitum vnde
egressus fuerat contulit. cum tandem expge
facto ipso qua necessitate causaq; ea egerat
ab eo quęrerem: quod tale quippiam fece-
rit se neutiquam memorię tenere fassus est.
Talis igitur sensus: cum imaginatione qua-
dam: non autẽ cum memoria fit: quamobrẽ
nobis: cum quicquaz huiuscemodi patimur:
seu ppessi fuerimus: eoruz obliuisci cõtingit.
simile quoddam ex insomnijs euenire solet.
plurima enim hominibus quę ex insomnijs
apparent: vigilantibus de memoriam exeũt.
Talis igitur sensus quidam quo pueri ad
risum concitantur est: quem risum: ad dor-
mientis actiones conferas: quas surgentes
quid agant ignorando peragunt. Cum cau-
saz qua dormiẽtes rident adduxisset: sequtur:
infantes vero propter consuetudinem quasi
nescij vigilandi: nam litera sic coherens red
deretur: siquidem pueri in dormiendo senti-
re: ac viuere vidẽtur: quasi nescij propter cõ
suetudinem sentire. Et sensus horum talis.
infantes autem in dormiendo sentientibus si
miles esse videntur. Cuz enim ipsi dormiũt:
sentiunt quidem: vt illi qui dormientes sur-
gere: & absq; insomnijs plura agere solent.
Tali enim sensu dormientes (inquit) sentiũt:
cum nulla scientia disciplinaq; vigilandi prę
diti sint. in vtero enim existens infans cũ sen
satus sit: somno fruitur: sed cum vigilandi ru
dis habeatur: non vigilat. non eniz vigilare:
sed dormire didicit: & quę didicit: illa & ege-
re pergit. Cum vero ad incrementũ euehun
tur: ac vniennes: seu paulo minoris tempo-
ris: maiorisq; fuerint: eis diuersa eueniunt:
longo eniz temporis iteruallo vigilare solẽt:
vt nutrices quo eis somnuz adferant pluri-
ma moliri cogantur. infantes inqt initio ma
gis quam cętera animalia somno dediti vi-
uunt. Quod vero ait: oculi omnium puero-
rum statim apertu magis quam aliorum ani
malium cęsiusculi sunt: non autem causaz eẽ
inquit: quod in cęteris animalibus oculi vni
colores sunt. Quoniam enim in hominuz ge
nere quidam cęsijs oculis: quidã vero nigris
pditi sunt: infans quodam pacto duobus cõ
par efficitur. A primo igitur ortu illi qui cę
sios: postea vero qui nigros habet simulant.
Cum vero alia animalia vnum colorem ha-
beant: quemadmoduz vnius bouis oculi: ad
alterius oculos non discrepant: ita vnius: ac
eiusdem bouis improprijs oculis nullum di-
scrimen aliquando erit. in hominum vero ge
nere: cum alius diuersos ab alio oculos sorti
tus sit: & ipsos inuicem in eodez homine ocu
los discrepare possibile habetur: & huius
gratia a cęsietate in nigredinem vertuntur.
quod inquit: aliqui eniz cęsij altero oculo na
scuntur: illi alteruz aut nigrum: aut caprinũ:
aut poenitus non cęsium habẽt. Hoc autem
satis causę esse pueros a primo ortu cęsios
habere oculos: postea immutari inquit: quod
oculi eorum versicolores habeãtur. sed quę
reret quispiam: cum hęc ita habeãtur: qua
de causa a principio omnino infantium ocu-
li caprini: vel russi: seu flauidi: siue aliuz colo
rem habentes fiunt: dehinc ad alium qui na
tura futurus est immuãtur. sed cuncti a prin
cipio cęsij sũt: addit hęc: s; vt cęsiũ potius q̃
alium habeant colorem: & quę sequũtur: cla
ra habentur.

Sed caesios opinari plus ignis

habet: ut Empedocles ait: nigros autem plus aquae: quã ignis: atq3 ob eam rem caesios interdiu acute cernere non posse: scilicet ob aquae copiam: nigros noctu deficere ob ignis inopia3 nõ bene est: siquidem visus non igni: sed aquae tribuendus in oibus est: causam etiam colorum: vel alio modo reddere possumus: sed si ita est: ut ante dixi: cum de sensibus agerem: atq3 etiã prius cum de aĩa: ut aquae propria pars haec sensoria sit: nõ aeris: aut ignis: cur ita hanc esse causam eorum putandum est: quod alij plus humidi habent: alij minus: quã motus cõpetens requirat: alij modicũ. Itaq3 qui multum humoris continent: nigri sunt: quoniam humoris copia transpici satis non potest: caesii qui paru3 habent humoris: ut in mari etiam cernitur: etenim quantũ eius satis transpicitur: caesiu3 apparet. quantum minus: aquinu3: quãtu3 prae gurgite alto nõ praefinitur id opacat: & nigrũ aut coeruleũ sentit. Qui autem inter eos sunt eo ia3 differunt: quod magis: minus ve ita constiterint.

Visus enim Sensoriu3 (ut de sensu & sensato explicatũ est:) ex quatuor elementis Empedocles cõstituit: at visum ipsum animę facultate3 qua cernimus quę & oculi species est: nuncupat. Cum talem visum ignem dicit: in quibus inquit oculis: (quonia3 ex elementis quatuor consistunt) plus ignis: quam aquę fuerit: tales cęsy sunt: cum ignis albus sit: & cęsius oculus quod ad albedinem vergat: talis habetur: At quibus ignis deficit: aqua vero exuperat: nigri sũt: & Empedocles ob aquę inopiam noctuas interdiu minime cernere asseverat: nam ad visu3 aqueo opus est. noctuas igitur hac de causa interdiu non cernere opinatus est. at qui nigris oculis pditi: ob ignis inopiam noctu minime cernunt: quod enim plurimo igne: qui nigros habent oculos iexpertes sunt: noctu non cernere causa3 esse asseruit. Aristoteles igitur ipsum sic inquiens redarguit: si sensorium inquit: quod crystallinum nuncupat non igneum: sed aquosum esse demonstratum est: de his Empedocles demonstrare satis nunquam posset. Sed et alio modo etiam: oculorum cęsietatis: nigrorisq3: ac aliorum colorum: ab aqua videlicet tantum causa adduci potest: plus humidi habent: & minusquam motus competens requirat inquit: Quoniam visus a visibilibus movetur: etenim ex eo quod potentia est: ad illũ quod actu sit: fertur. Qui multũ inquit: oculi humoris continent: nigri sunt: quod nõ facile trãspici possunt. illa autem q̃ ait: quę non facile transpici possunt: huiuscemodi habentur: quod eorum imum: & fundus visu penetrabilis non est: qua de causa maris profundum quod non facile transpici possit appellare solemus: nec visus ad imum eius demitti potest: quod vero non satis profundum esta penetrabile dicimus. Mare vero quod minus transpici potest: illo quod facilius: imũ: sed & aquinum nuncupat. Nam aqua quę in quibusdam terrę cavis cõtinetur: nec nigra: neq3 cęsia: sed aqua simpliciter videtur.

Eandem causa3 esse putandu3: & ut caesii acute interdiu cernere nequeant: nigri noctu. caesii enim prae sui humoris exiguitate movetur magis a luce: & rebus visilibus. scilicet qua humidi: quaq3 perlucidi sunt: quamquã motio eius pris visio est: qua perlucida: nõ qua humida est. Nigri vero ob humoris copiam minus moventur. lux enim nocturna exilis est: & simul quivis humor per noctem moveri difficilius potest. cõvenit aute3 eum qua perlucidum necnon moveri: neq3 magis moveri: quam congruũ sit. levior enim motus expellitur a vehementiore: quamobrem: qui aut suum conspectum a calore validiore transtulerint: aut de sole in opacum se contulerint: nõ cernunt. motio enim: quae ia3 vehemens inest: impedit eam quae extrinsecus accedit: deniq3 visus sive validus: sive invalidus nequit res splendidas cernere: quoniã eius humor ultra modum afficitur: & movetur.

Quod igitur cęsij interdiu acute cernere: nigros vero oculos habentes noctu nequeant: manifestum subinde redditur. Siquidem vtrorūqꝫ horum causam adducit. Cuꝫ cęsij inquit oculi exigui humoris sint: ab luce mouentur: qꝫ humor non modo qua perlucidus est: sed qua humidus in motu existit. si humorem oculi qui crystalinus dicitur moueri qua perlucidum continget: qua vero humidum quiescere: visus: quod illud qua humidum quieuit: optime cernit. At si ꝛ qua perlucidū: ꝛ qua humidum moueri accidet: non cernit. Cum humidum qua humidum a plurimo lumine moueri: ꝛ ceu mare a ventis solet turbari cōtingit: visus impeditur: ac ei recte cernendi facultas intercipitur. Nam visus: crystalini motio qua perlucidū: non qua humidū est. Enimvero nocturno tempore modicum lucis habente: quia tum quod ab non errantibus stellis: tum ab erraticis procedit: a nobis obscurum ꝑterquam quod luna emittit cernitur: eius enim lumen: quod eum a sole accipiat: maius quam aliarum stellarum est. Cum igitur nocturnum lumen modicū sit: ꝛ cęsij oculi lumen modicū est: siquidē qua perlucidum: mouetur: (ita enī natura fert: vt a quouis lumine a maiori quidem magis: a minori vero minus moueatur) qua vero humidum moueri nequaquam potest. quod enim nocturno tempore minus luminis est: quam quod illud ꝛ qua humidum mouere queat: cęsius igiť oculus hac de causa recte interdiu cernere nequit: at noctu rectius. Verum niger interdiu melius: noctu vero minime cernit: quod crystalinum in ipso qua perlucidum mouetur: at qua humidum prę copia moueri non potest. Quanquā autem noctu ꝛ qua ꝑlucidum mouetur: at obscure admodum: vt ne moueri quidem putares. illō vero quod ait: ꝛ simul quis humor per noctē moueri difficilius potest: sic legendū. humor enim simul: ac penitus motu difficilis noctu fit. itaqꝫ quo oculus interdiu recte cernere valeat: humorem moueri: ꝛ non moueri op⁹ est. Qua autem ꝑlucidum moueri: qua vero humidum nequaquam oportet. non enim a sole in opacum se cōferentes cernere queūt: quod humidum qua humidum ex solis intuitu moueatur: ꝛ quo ab ipso motu desinat ris colore opus est. Quemadmodum enim maris fluctus non protinus vento desinente sedantur: ita nec crystalinum: cum primum a sole nos in opaca demittimur. opaca nunc ab Aristotele vmbrosa loca nuncupantur.

¶ Aegritudines: etiam oculorū: vtrorumqꝫ iudicium faciunt. Glaucoma enim caesiis potius accidit: luciositas nigris. est āt glaucoma siccitas potius oculorum. Itaqꝫ senescentibus magis euenit: naꝫ oculi quoqꝫ: vt reliquum corpus senectute siccescūt: luciositas vero humoris copia est. quapropter minoribus natu poti⁹ accidit: cerebrū enim eorū humidius est. Visus aūt optimus est: qui inter multū: ꝛ parum humoris moderatus constat. hic enim nec per exiguitatem turbatur: vt colorum motiones impediat: neqꝫ per nimietatem praebet mouendi difficultatem: sed nō modo ea qua diximus: causaꝫ habent: vt obtuse: acute ve cernatur. verū natura etiam cutis: quae pupillae vocatae obtenditur (tralucidam enim esse eam requiritur). Talem autē esse: quae tenuis alba: ꝛ leuis sit necesse est. Tenuis igitur est: vt motus: qui extraneus veniat recto tramite feratur. leuis ne rugis obūbret: senes enim ob eam rem acute non cernunt: nam: vt caeterarum partium cutis: sic oculorum quoqꝫ senescentibus obrugatur: ꝛ crassior redditur: alba autem esse debet: qm̄ nigrum tralucidū esse non potest. hoc enim ipsum est nigrum: quod nō transluceat: vnde fit ne lāternae possint lucere: si ex tali cute confectae sunt. Per senectutem igitur: ꝛ morbos acute cernere ob eas causas nequeunt. Pueri vero paucitate humoris caesii principio sunt: sed altero oculo caesii ꝑcipue homines: atqꝫ equi gignuntur eadeꝫ de causa: qua ꝛ homo solus canescit: ꝛ equus inter caetera animalia vnus euidentius albescit pilo per senectutem. canities enī debilitas quaedam humoris siti in cerebro: ꝛ cruditas est: quod idem caesietas quoqꝫ est. Vis enim eadem est humoris admodum tenuis: quae pauci: ꝛ admodum crassi: quae multi.

Cu3 igitur natura aeque conficere nequit: vt vtroq3 concocto humo re aut non vtroq3 concocto: sed al tero concocto: altero non: tunc eue nit: vt caesii altero oculo reddant.

Quod quidem Cesietas humo ris inopia: nigror vero eius copia fit: ex his inquit: que boium vtriq3 eueniunt egritudinibus perspectum redditur. glauconiam enim qui cesios sunt p diti patiuntur: hec enim oculoru3 siccitas ha betur: na3 humoris paucitas: precipue: ac ma xime siccitati obnoxia redditur. At oculoru morbum qui lusciositas nuncupatur: nigros oculos habentes patiuntur. hic enim ex hu moris copia prouenire solet. talis eni3 niger oculus habetur. Qui autem hoc morbo pre muntur: quemadmodum galine cernere no ctu non possunt. enimuero cutim leuem esse necesse est inquit: ne in rugas acta: cum rugo sum vmbram efficiat visum opacet. qui aute cuteas efficere lanternas solent: eas satis p tendunt: ne ex rugis occupatum lumen red datur. pueros aute3 omnes paucitate humo ris cesios principio fieri inquit: nam cum p mum oculorum generatio: ac constitutio fit: tunc illi plurimo humore exhuberat: dehinc cum ad incrementum euehuntur: pauciore: tantum videlicet quantum ad cesietatis con stitutione sufficiat: et dehinc maior eo fit: qua in secunda mutatione fuerat. Illud vero qd ait: vis enim eadem est humoris admodum tenuis: et admodum crassi: tale est ac si dice ret: vt enim crassum admodum sero consti tuitur: concoquiturq3: ita et quod ad modum tenue est. Quamobrem aqua nec concoqui tur: nec constitui: seu condensari potest: et ita infantium oculos: tum humoris paucitate: tum quod pre sui exilitate concoqui illu3 nequeant cesios esse optima ratione sequere tur. Si hec iam sic habent: cum enim natu ra vtriusq3 oculi humorem cocoquere: ac co stituere imbecillis reddit: vterq3 cesius fit: at si alterum concoquat: alterum vero coco quere neutiqua possit: tunc cesius altero ocu lo homo gignitur.

Quamobrem autem alia acute cernant: alia no: duplex ratio e. acu men enim cernendi bifaria fere di. Audiendi etiam: olfaciendiq3 ratio similis est. dicitur enim acute cerne re: aut quod procul cernere potest: aut quod differentias rerum quae cernuntur: quam maxime sentiat: quae quide3 simul nullis eisde3 con tingunt. Idem eni3 manu admota: aut per fistulam: quaquam nihilo magis coloru differentias indicet: tamen longius cernet: et quide3 ex foueis: puteisq3 interdum stellas conspiciunt. itaq3 si quod aial mul tum quidem prouenientiae adiun ctum oculis habet: sed humorem pupillae: no purum: neq3 modicu3 conuenie[n]ter extraneo motui: neq3 summam cutem praetenuem obti net: id vt exquisite colorum differe tias non percipiet: sic procul cerne re poterit: quomodo etiam comi nus magis: quam quae humorem quidem illum syncerum: operimen tumq3 eius praetenue habeant: s3 supercilio: quod promineat oculis careant omnino. causa eni3 cerne di tam acute: vt differentiae perci piantur in ipso oculo est: nam: vt in veste mundissima: vel minima ma cula perspicua est: sic in puro: synce roq3 oculo: vel parua motio patet: sensumq3 efficit. At: vt procul cer natur: motusq3 a longinquis visili bus deueniat causae situs est oculo rum: quae enim oculis prominenti bus sunt: procul cernere nequeunt. Quae contra itus in cauo oculos ha bet positos: loge aspicere psunt: quo niam motus inuastum no dissipat: sed recto tramiti meat. nihil enim interest an visus exitu cerni dicat: vt quidam aiunt: nam nisi ante ocu los quicquam sit: dissipari visum: atq3 ita minorem rebus occurere: quae cernuntur necesse e: minusq3 procul videre: qua3 si motu a reb: quae videntur proficiscente cerna tur. similem enim motui effici visio nem necesse e. Ita igitur potissimu res cernerentur longinquae: si illi co ab oculo veluti fistula quaeda3 porrecta ad rem vsq3 cernendam

continuaret: sic eniꝫ nulla ex parte
dissolueretur motus: qui a re visibi
li proficisceretur. Sed cum ita non
sit quo amplius porrigitur: eo lon-
gius cernatur necesse est. Causae di
scriminis oculorū hae sunt. Eadeꝫ
vero audiendi: olfaciendiqꝫ: ratio
est: aut enim ita exquisite audiunt:
⁊ olfaciunt: vt quam maxime diffe
rentias omnes subiectarum sensibi
lium rerum sentiant: aut ita: vt pro
cul audiant: aut odorentur: vt igit̃
bene differentiae iudicẽtur: causae
sensorium est: quomodo in cernen-
do videlicet si syncerꝰ: tum ipsuꝫ
tum eius membrana est. Meatus
enim sensoriorū omniuꝫ: vt dixi cū
de sensibus agereꝫ: tendunt ad cor:
aut ad cordis proportionale: si cor-
de carent.

Sunt enim Inter homines qui re
motiores a se libros o-
ptime legant: cum autem eos propius adhi
bent: aut penitus legere nequeunt: aut non
recte: tum accidit enim duobus in eodem ob
tutu ex pari existentibus: ⁊ ipsis in proximo
diuersos esse colores: ⁊ si procul ab his esse
aīalia queuis continget: ipsa gradiētia alter
recte cernere: alter vero minime valet. De
coloribus autem qui propius consistunt di-
uersa eueniunt: qui procul gradientia nō vi-
derat: cernere: ⁊ oēs colores ac eorum discri
mina recte agnoscere posse: vt illum album
esse: alium viridem: alium vero purpureum
dyudicet. Qui vero procul gradientia anī
malia inspexerat: tales colores propius posi
tos vel penitus cernere non posse: aut si inspi
ciat discrimina eoruꝫ nō dignosceret sed vna
tantū naturę facie sibi omnes: aut albi videli
cet: aut virides videri. Quod vero inquit:
quod procul cernere potest: aut quod differē
tias rerum quę cernuntur quaꝫ maxime sen
tiat: simul nullis eisdem contingit. tale est ac
si diceret: qui procul cernere potest: eundem
illum: ⁊ rerum quas cernit discrimina com-
prehendere minime posse. Sed tam ⁊ si quę
procul sunt conspexerit: discrimina reruꝫ mi
nime comprehendet. sed ⁊ qui talia discrimi
na comprehendere potest: procul cernēdi fa-
cultate priuatur. At quod inquit: ideꝫ manu
admota: tale ē: ac si diceret: ad supercilia ma
nu adhibita: quod procul cernere volentes

facere plerunqꝫ consueuerunt. eteniꝫ qui ma
num admouet: aut per fistulā cernit: per fistu
lā. n. aut per manuꝫ procul cernet. Sed quia
ad mota manu: aut per fistulaꝫ procul cerne
requiuit: eorum quę inspexit discrimina di-
stinguere per hęc nullatenus poterit. Veruꝫ
qui ex puteis interdiu stellas cernere moliū
tur: manum admouentibus: aut cernentibus
per fistulam similes fiunt. Cum igitur bifa-
riam dici rationeꝫ acute cernendi definiret:
alteram: quod procul cernere potest: alteraꝫ
vero quod differentias rerum quę cernunt̃:
quam maxime sentiat: nunc de qualitatibus
oculorum animalis: tum quę procul cerne-
re exquisite valent: tum etiam quę colorum
differētias cōprehendere edissent. Nā inqt:
itaqꝫ: si quod animal multum quidem promi
nentię adiunctum oculis habet: sunt quideꝫ
hominum nonnulli qui intus: ac in imo ocu-
los sitos continent: carneo vero: ac supcilio-
rum ossa pronūinētia extra: et apensa habēt.
qui autem tali oculorum situ prędīti: ma-
num ad oculos admouentibus similantur.
Quod vero manum admouentes ex arte fa
ciunt: illi qui intus oculos continent natura
sortiuntur. Verum eninuero ⁊ quoddaꝫ
animalium genus: acuti visus: vt sunt accipi
tres: aquilę: ea non mō appensis superciliꝭs:
sed subtilibus: ⁊ oblōgis: ac densis etiā pe-
nulis q̄ supciliꝭs adherēt: ac oculos ambiāt
natura protulit: ⁊ hęc ipsis manus: aut fistu-
lę vices ambitus ille penularum explet. sed
vt de omnibus comprehensim dicamus: qui
longius prospicere queūt: pminentias quas-
dam ad oculos adhibitas obtinent. itaqꝫ (in
quit) si quod animal multum quidem pmi-
nentię oculis adiunctum habet: sed humorē
pupillę non purum: neqꝫ modicum conueniē
ter extraneo motui: quod tum a luminę: tum
a visibilibus esset: ⁊ ad hęc subiungit: neque
summam cutem pręe tenuem obtinet: sic pro-
cul cernere poterit: quod prominentiam ha-
beat: ⁊ adhibita ad oculos manu: seu per fistu
lam cernentibus similis erit. At quod nō pu
rum pupillę humorem: neqꝫ modicum cōue
nienter extraneo motui: nec summam cuteꝫ
pretenuem obtineat: colorum differentias exq
sitę non percipiet. nam summam cutem ocu-
li tunicam qua in claudendo superciliuꝫ tan
git: nuncupat. at exquisitę colorum differen
tias percipere posse: humorem purum esse: ⁊
modicum conuenienter extraneo motui: ad
hęc ⁊ summam cutem tenuem habere neces
se est. itaqꝫ: si aliquod animal ad hoc quod
prominentię multum obtineat: etiam puruꝫ
humorem: ⁊ modicum conuenienter extra-
neo motui: ac summā cutem pręe tenuem ha-
buerit: illud tum procul cernet: tum etiaꝫ co

lorū discrimina exquisite cōphendet. Sz
quidem cuncta hęc natura vni tribuere non
facile potest. Cum vero dixisset: qui colorū
differentias non percipiet: is procul cernere
poterit: sequitur: quo mō etiā quo minus ma
gis: quā quę humorem quidem illum synce-
rum: operimentumqꝫ eius pętenue hēant.
operimentum summam cutem appellat: qđ
autē inquit tale est. quę prominentiam ob-
tinent: magis: ac rectius quam qui vmbracu
la: hoc est: prominentias nō habuerint: at hu
morez: ⁊ summam cutē purā sortiti sunt: cer
nere poterunt. Nam quę tum vmbraculum:
tum prominentiam obtinent: quę procul exi
stunt: illis q pura cute ⁊ humore pęditi sūt:
vmbraculo autem carent: rectius inspiciunt.
Quod vero inquit: quo modo etiā cominus
magis: tale est ac si diceret: tanquam de pro-
ximo cernerentur etiam quę procul sunt. nā
qui vmbraculo pęditus est: illo qui eo caret
magis ac melius cernet: ⁊ propius: ⁊ si de
proximo fuerint. ⁊ ille denuo qui vmbracu-
lum habet: illo qui nō habet: rectius res: nō
autem ⁊ colorū discrimina comprehendet.
at illud quod ait: causa enim cernendi taz a-
cute vt differentię percipiātur: in ipso oculo
est: in natura videlicet ipsius oculi consistit.
Naz si qui in pupilla humor est purus: ⁊ mo
dicum conuenienter extraneo motui: ⁊ sum-
ma cutis pętenuis fuerit: exquisite colorū
differētias pcipiet. enimuero vt in veste mū-
dissima vel minime maculę perspicuę sunt:
sic in puro oculo: ⁊ paruę maculę visui per-
spectę redduntur. siquidem quod ad sensus
cadit: ⁊ si admodum breue fuerit: puri oculi
visum mouere: ⁊ sensus eius in ipso fieri faci
le potest. differentias igitur colorum compre
hendere in ipso oculo est: at procul cernere:
id ad oculi situm referendum. oculus autem
qui intus positus consistit: huic etiaz vmbra
culum habere continget: quę procul existūt
cernere poterit. Quoniam autem quemad-
modum Aristoteli: ⁊ veritati ipsi placet: nos
visus exitu vt mathematicorum coetus opi
natur minime cernere: sed visibilium species
ex pęlucido quod in aere est admittentes:
nihil interest inquit. Qui vero extra promi-
net oculus: ⁊ vmbraculo caret: quodcūqꝫ ta-
li oculo obuium fit: in vastum aera diffundi
necesse est. Sed qui cum vmbraculo est: ille
visibilium species cogendi facultatem obti-
net: nec eas in vastum aera diffundi patitur:
sed quo recte ad interiora progredi queant:
cōmitatur: ac consociat. Quemadmoduz. n.
visus qui ab vmbraculo procedit magis quę
procul sunt cernit: ita ipse per lucidum aera
receptus: ⁊ a rebus ipsis motum capiēs: eas
pęcipue cernet. hęc autem ibi innuit vbi in-

quit: similem enim motui visionem effici ne-
cesse est. At illud quod ait: ita igitur potissi-
mum res cernerentur lōginquę: si illico ab ocu
lo continuaretur: ⁊ quę sequuntur: hoc tale
esset. si fistula quędam cum oculis continua-
retur: eisqꝫ hęreret: quę longinqua sunt po-
tissimuz cernerentur. Si enim natura mem
braneam quandam fistulam: siue aliaz quam
libet oculis applicuisset: vt visus per ipsaz pe
netrare posset: potissimum: ac exquisite cerne
remus. Cum hęc desint: qua magis vmbra-
culum distat: ac appensum est: tantundez ex
quisitius cernendi facultatem possidemus.
At quod inquit: itaqꝫ audiendi: quoniam sen
sorium hoc aeris est: in litera hoc deficit: sen
sus vz: sic autem literę coherentia redditur.

Itaqꝫ sensus audiendi: quoniaz
sensorium hoc aeris est qua spiri-
tus natiuus in alijs pulsum: in alijs
spirationē facit: hac definit: quapro
pter verba ediscuntur: vt quod au
dieris reddere ore possis: qualis. n.
motus subierit per sensorium: talis
quasi ab vna: eademqꝫ effigie mo-
tus per vocem agitur: vt quod au-
dieris: idem dicas. Oscitantes etiā:
aut spūm reddentes: accipiētes ve
minus audiunt: quoniam extremū
sensorij auditus ad partem spirita-
lem terminetur: ⁊ quatiat: mouea-
turqꝫ vna cū instrumento spiritali:
quoties illud spiritum mouet. mo-
uetur enim instrumentum cum mo
uet: necnon temporibus anni: tem-
peramentisqꝫ humidis idē accidit:
vt aures impleri spiritus videant:
quoniā vicinae sint origini loci spiri
talis. Indicium igitur exquisitum
differentiarum tuz soni: tum odoris
in synceritate sensorij: summaeqꝫ
mēbranae positū est. ita enim oēs
motus manifesti: vt ī visu. in his ēt
veniunt: quoniam ⁊ procul sentire:
aut non sentire: similiter atqꝫ in ra-
tione videndi accidit. Quae enim
ante suas sensorias partes pductio
res: veluti aquae ductus possident:
haec procul sentire pñt: quāobrem
quorum nares porrectae sunt lon-

gius: vt catellorũ laconicorũ: haec
valent olfactu. Ita enim motus nõ
interpellantur: sed a longe directi
sensorium subeunt integri: quomo
do in ijs: q manu admota fronti lõ-
gius cernunt. Auriculae et longae:
imbricataeq; amplius: q̃si grũdis:
intusq; anfractu longiore intortae
(quales nonnullarũ quadrupedu;
sunt) melius administrant: quippe
quae motu; eminus excipiẽtes ad
sensorium reddant: homo ꝓ magni
tudine minime fere oĩu; animaliu;
procul sentire potest. Cum tamen
differentiarũ sensu maxime omniũ
valeat: cuius rei causa est: quod sen
sorium syncerũ: minimeq; terrenũ:
corpulentum ve obtinet: cutẽ etia;
tenuissimam prae caeteris aĩalibus
homo suapte natura pro magnitu
dine habet. Vitulus marinus nimi-
rum recte a natura constitutus est.
Cum enim quadrupes oviperum
sit: auribus caret: meatusq; tantu;
habet: quibus audiat: causa est: qd
vitã hic in humore traducit. Pars
autem aurium addita meatibus ẽ:
vt motus a longe delatus aeris ser
uaretur: itaq; nihilo vtiles ei auri-
culae essent: imo vero offenderent:
cum intra se copiam reciperent hu
moris. De visu: auditu: olfactuq;
dictum iam est. Pili discrepant: et
inter se in hominum genere ꝑ aeta
tes: et cũ caeteris animalibus: quae
habent pilos: habent autem quae
intra se animal generant fere oĩa.
Iam et aculeos: qui a nonnullis vi-
ce pilorum geruntur: genus esse pi-
lorum existimandum est: vt herina
ceorum aculeos: et siquid eiusmodi
aliud in genere viuipero est: differẽ
tiae vero pilorum existunt duritie:
mollitie: longitudine: breuitate: re
ctitudine: crispitudine: multitudi-
ne: paucitate. Adhaec colorib9: vt
albedine: nigredine: eorumq; me-
dijs: sed nonnullas earum differen

tiaru; per aetates quoq; recipiũt:
videlicet cum minora natu: aut ma
iora sunt: quod praecipue in homi-
ne palam fit: pilosior enim aetate ꝓ
uectus reddit homo: et parte priore
capitis nonnulli caluescunt: pueri
etiam: mulieresq; non caluescunt.
Viri autem procedente aetate cal-
ui euadunt: nec nõ capite homines
senescentes canescunt: quod nulli
fere ex caeteris animalibus accidit.
manifeste: quamuis equus euiden-
tius quam caetera ita afficiatur.
Caluescunt hoies ꝑte capitis prioꝛ.
Canescunt primo temporibus: sed
nemo vel temporibus: vel occipite
caluescit. Quibus aute; aĩalium pi
li non sunt: sed pilorum proportio-
nale: vt auibus pennae: piscibus
squamae: ijs etiam nõnulli ex ijs
affectibus veniunt ratione eade;:
sed cuiusnam rei causa genus pilo-
rum datu; animalibus a natura ẽ:
diximus ante: cum causas partium
redderemus. Nunc praesentis ope
ris: atq; officij est: vt quibusnã; p̃-
cedentibus rebus: et quas ob neces
sitates haec eueniant: explicemus.

Ut ordo Talis sit: itaq; sensus audiẽ
di: quoniam sensorium hoc
aeris est: qua spiritus natiuus desinit: in a-
lijs pulsum: in alijs vero spirationes ac respi
rationem facit. pulsum autem: arteriarũ mo
tum: quo ipsę tum ęgre degentibus nobis:
tum recte valentibus mouentur nuncupat.
Sed et respiratio cordis gratia fit: ac ab ipso
proficiscitur: cũ ipsum pulmonis motus cau
sa: ac dilatationis: contractionisq; habea-
tur. quo nam pacto pulmo a corde ipso mo-
tum dilatationemq; ac cõtractiones sentiat:
nos vbi de graui: et acuta animaliũ voce ipse
disputat: referemus. Talis enim pręcedẽtis
literę sensus et explicatio esset: auditus sen-
sus: qui nobis ab audibilibus sensorijs inna
scitur: hac desinit: qua natiuus spiritus pul-
sum qui eo prędit sunt: q vero eo carent spi
randi: respirandiq; officiu; peragit. Qua igi
tur natiuus spiritus situs est: siue potius qua
eius principium: (in corde enim est) ibi au-
ditus sensu; desinere dicas. omnes. n. sensus
motum qui eis a sensibilibus innascitur: ad

cordis vsq; limites traycĩut: eo quod in ipso ⁊ sensualis anime fundamenta roborantur. Quod vero ⁊ rationalis in corde sedes: alibi demonstratum est. qui igitur: tum pulmone: tum pulsus: ac spiritus reciprocationis facultate ꝓditi sunt: eis vtraque a corde suppeditantur. at qui pulsu carent: respirationis tantummodo vim inde capiunt. verba autem adiscuut (inquit) quod auditus ad cor tẽdat. Nam talis quedam ratio habetur: qua ostendi possit: auditus sensorium ad cordis vsque limites demitti. vnde. n. verba: ac ad ea que audiuerimus responsum proficiscitur: ⁊ audientem eo demitti necesse est. Quod autem a corde verba que redduntur prouenĩãt: sic demonstratione vtimur. Nam verborum redditio oratio est: oratio autem vox: vox vero sonus quidam: qui a pulmone: ac corde originem trahit: (sed a corde dilatandi: contrahendiq; facultatem tribui iam demonstratũ est) verborum igitur redditio a corde orit̃: vt ad cor itaq; auditum demitti credamus: optime rationis est. quapropter illud quod audierit quis: idem dicit. Etenim quelibet que quis loquit̃: illa ⁊ audiuit: vel in ꝓsentia: aut heri: seu quõdã temporis. Nã illi quos mutos nasci accidit: qd audiendi ui careant: hac de causa verba exprimere nequeunt. cum autem a primo ortu surdos esse contingit: loqui haudquaquam didicerunt: vt de his in eo quidem sensu: ⁊ sensato explicatum est. effigiẽ: impressurã que ex annuli sigillo in cera fieri solet appellat. quod igitur audire solemus: ad sigilli cuiusdam instar ad cor demittitur: denuo quale descẽderat reuertitur. spiritalem autem partem cor inquit: extremum vero sensorij auditus meatus finem quo auditus ipse ad cor demittitur nuncupat. ⁊ qa talis ĩ corde in quo spiritus consistit terminetur: in oscitatione aut spiritum reddẽtes: minus audimus: cum in oscitatione crassior spiritus a corde tali meatu egreditur: ac in aures incidit: has spiritale instrumentum dixit: spiritus qui in ipsis existit concutitur: vnde auditu nos priuari accidit. quemadmodum in visu fieri solet: si crystallinum oculi qua ꝑ lucidum mouetur: cernimus: si vero qua humidum: nequaquam. simile quoddam de auditu fit. si spiritus qui in auribus est: quã qd traijciendi facultatem obtinet mouetur: audimus: si vero qua spiritus tantum: minime. nam in eo quod spiritus est: si audiendi facultatem ꝓstare debet: eum quiescere opus est. Hec ⁊ in spiritus reciprocatione sequitur. Enimuero spiritus a corde vno tractu ad aures: ⁊ a pulmone qui a corde originem trahit: ac ad nares diffunditur. Quod vero ait mouetur. n. instrumentum cuius mouet: obscure id explicat. nam spiritus ille a spiritu qui a corde emittitur motum obtinet: ille vero a spiritu qui in ipso instrumento existit mouetur. Uerum enimuero: cum ⁊ humidis temporibus cor ipsum repleri crassis humoribus accidit: ⁊ aures ijsdem repleri consentaneum est: quod meatus quem auditus obtinet proximus vt retulimus cum corde consistit. Cor enim rursus loci spiritalis originem dixit. quod vero ait: est quidem quod spiritalis loci origini vicinatur: tale quoddam est: qd vicine spiritus principio consistit. illud vicinat̃: ac si est: diceret accipiendum videtur. in corde enim ⁊ auditus sensorium terminat: iudicium igitur exquisitum differentiarum tum soni: tum odoris: in synceritate sensorij: summeq; membrane positum est: quemadmodũ de visu accidere superius adduximus. causa autem procul sentiendi vt sensoriorum partes productiores: ceu aqueductus: ⁊ fistule sint: habetur: quemadmodum in videndi ratione accidit. Nam ⁊ aures: tum equorum: tum asinorum: ac mulorum: ceruorumq; generis: necnon plurium huiuscemodi: vt fistule: canalesq;: ac aqueductus protenduntur. Sed ⁊ in naribus idem rationis esse dicas. Que vero in longum ꝓrectio naribus natura protulit: hec eminus odores deprehendunt. Cum tale sensorium sursum sit: ⁊ a nasi principio non parum distat: nam eius principium cartilagineam portionem dicimus: ad quam odores primum adhibiti: ad membranam sursum in qua sensus locus est: deferuntur: que ipsos acceptos ad cor traijcit. Tale iam sensorio sursum existente: narium meatus motus qui ex odoribus proueniunt: distrahi non sinunt. aures autem ĩbricatas paruas appellat: que quasi imbricum quandam imaginem pr̃e se ferunt. Quoniam vero aures meatibus adhibite sunt: quo aeris motum a longe tueri queant: marinos vitulos cum in aquis degant: in quibus aer neutiquã est: auribus carere optima ratione cẽsendũ. ⁊ si qua quadrupes: ac viuiparorũ: illud animal aures habere cum omnia huiuscemodi ipsis ꝓdita sint necesse erat: at cum in aqs degat: si eas haberet: tantum abest vt ei emolumento essent: vt potius diuersa paterentur: cum humore replete auditum impedirent. Que autem de pilis scribit: clara habentur: ꝓterquam illa vbi ait: iam ⁊ aculeis qui a nõnullis vice pilorum geruntur: illud gerunt semipuncto firmandum: ita hec adducenda: genus esse pilorum existimandum est. Nam ea (inquit) que intra se animal generant: qd vero homo prouectiori etate caput densioribus pilis obsitum habeat: tum ex superciliis (nam in ipsis densitas perspicua fit): tum ex

pectore patet: nā illa lōge densiora ipsis quā in iuuenili ętate sunt. Quę deinceps in litera sunt: theodorus clara reddidit.

¶ Causa crassitudinis: tenuitatisqꝫ pili: cutis potissimum est. alijs enim cutis crassa: alijs tenuis: ⁊ alijs rara: alijs densa est: tum differentia humoris inditi consors causae est. Alijs enim pinguis: alijs aquosa ē: oino cutis naturam terrenam esse statuimus. Cuꝫ eniꝫ per summa sit humore euaporante solida: terrenaqꝫ redditur. Pili aūt: proportionaleqꝫ pilorum non ex carne: sed ex cute oriuntur: cuꝫ humor in ijs euaporetur: atqꝫ exhalet. quamobreꝫ crassi ex crassa: tenues ex tenui cute proueniunt: quod si cutis rarior: ⁊ crassior sit: crassi gignentur propter copiam portionis terrenae: ⁊ meatuum laxitatem: sed si spissior est: tenuiores exeunt propter meatuum angustiam. Item si vapor aquosus inest: breui resiccescens: facit ne pili capiant magnitudinē. At si pinguis est: contra euenit. non enim facile exiccari potest. qđ pingue est.

At igitur crassi: Tenuesqꝫ pili: in longūqꝫ protensi: aut breues sint: cutis causa potissimuꝫ est: humoris vero discrimen a quo aluntur consors causa habetur. Naꝫ qui pingui: laxioriqꝫ prędíti cute: ⁊ qui exhalat vapor prępinguis fuerit: aquo: ⁊ terrena quę i ipso est portione pili aluntur: crassos: oblongosqꝫ fieri accidet. etenim ꝑmeatuum laxitudine crassi oriuntur: siquidem crassitudo laxitatis euidentissimum argumentum est. Quę eniꝫ rara sunt: magnos: latosqꝫ meatus optinent. pili igitur crassi ob meatuum copiā: ac cutis crassitudinem fiunt. Siquideꝫ cutis quę pręe pinguis est: in ea plurimū terreni inest: vnde pilis a terreno: ⁊ vapore a quo illud procedit: alimentum suppeditatur. enimuero (vt primo sublimium speculationum explicatū est:) quod terrenū est: absqꝫ euaporatione ascendere minime: sed ipsi admistuꝫ facile potest. ⁊ quidem pilorū crassitudinis causa meatus: ⁊ cutis pinguedo sunt: at pinguedo sola in ipsis quod non facile exarescere queat mediocritatem inducit. pinguedo enim vel ab ambiente aere: vel ab insito pilorum calore arrescere haud facile potest. omne enim qđ alimentum capit: maioris: minorisqꝫ portione insitum calorē optinet: ⁊ si pinguedo animalis non exarrescet: incrementum pili capiunt: si vero cutim subtilem: densamqꝫ: ⁊ exhalatione aquosam: esse accidet: subtiles: breuesqꝫ pili gignuntur: exiles enim ob meatuuꝫ densitatem: sed ob terrenę portionis inediam aqua pręcipue capiunt alimentum implicati emergunt: nam ab humido etiam: sꝫ a terreno pręcipue aluntur. Uerum breues fiunt: quod humidum arrescere ocius potest. quemadmoduꝫ quod plerunqꝫ cernere solemus accidit: si pluuijs temporibus aqua quę ex domorum tegulis deorsum fertur continuato ordine fluit: in terraꝫ decidit: si vero concreta exarruerit: ⁊ in glaciem vertetur: non ad terram vsqꝫ decidit: sed ad breue quoddam spacium procedendo subsistit: ita ⁊ in pilis accidere dicas: si humor vnde aluntur pręepinguis fuerit: ille ad terram vsqꝫ fluenti aquę similatur: tunc eadem causa plurimum augentur: si vero aqueus: aquę quę ad breue quodam spacium processerat: dehinc substitit: ⁊ in glaciem versa est: compar efficit. Siqdem cum cutis crassa: densaqꝫ: ⁊ humor erit ꝑpinguis: pinguedinis gratia in longitudinem porrigentur: ⁊ pilis qui ex crassa: raraqꝫ cute emergunt graciliores erunt: crassiores vero qui ex subtili: dēsaqꝫ oriuntur: alteris quideꝫ graciliores ob meatuum densitatem: alteris vero ob cutis crassitudinem crassiores. Si autem cutis dēsa: subtilisqꝫ fuerit: ⁊ humidum ꝑpingue: supreme gracillitatis: ⁊ protensi nascentur: quorum gracilitatis causa subtilitas cutis: densitasqꝫ: ⁊ vt ꝓtensi sint pinguedo est. ⁊ ita contrarietas in alijs talis esset. Sensus igitur eorum quę diximus talis vt reor habetur: litere vero ordo sic sequitur. Quod eniꝫ inquit: omnino cutis naturam terrenam esse statuimus: cum enim per summa sit: nam cutis qđ ceu superficies quędam extra carnes existit: cum humor euaporatur: solida redditur. sed ⁊ in secundo vbi de generatione eius tractaret: explicauit: quod cum illud quod humorem terreum educebat euaporaret: illo vero qđ terrenę portionis est: non toto sꝫ qđ lentum tantum modo fuerat rigescente: concretoqꝫ: cutis oritur. At pili ex cute originem sumunt: humore enim qui in ipsa est: exhalatos in illa exhalatione origo quędam pilorum: ceu breuissime radices a natura constituuntur: ⁊ ita ex ea quę singulis diebus fit: humiris exhalatiōe: ⁊ terrenę quę in cute est portione: per interualla incrementum sentiunt.

¶ Quamobrem in totum animalia quorum cutis crassior est: pilo sunt crassiore: quamuis non quae cute maxime ita constant: magis ita habeant pilum: ⁊ propter eas: quas modo diximus causas: vt generi suuʒ prae bubus ⁊ elephantis: ⁊ multis alijs vsu euenit: nam ⁊ si cutem crassioreʒ boues: elephanti: ⁊ pleraqʒ alia habent: quam sues: tamen pilo tenuiore teguntur. Eadem causa est cur hoiuʒ capilli crassissimi sint: capitis enim cutis crassissima est: ⁊ humoris plurimum continet: rara etiam admoduʒ est: quin etiam: vt pili longiores breuiores ve sint: causa est: quod humor: qui euaporetur: non facile exiccari potest. causa vero ne facile exiccetur: duplex est: scilicet quãtitate: ⁊ qualitate. nã si humor aut multus: aut pinguis est: non facile exiccari põt. Ideoqʒ hominuʒ capilli longissimi sunt: cerebrum eniʒ quod humidũ: ⁊ frigidum est: largam humoris copiam ꝓbet: simplex autem: crispus ve oritur pilus exhalatione pilorũ. Nam si fumosa est prae sua calidita te: ⁊ siccitate: crispum efficit pilum. Inflectitur enim: quoniam duplici delatione feratur. terrenum. n. deorsum: calidum sursuʒ fertur: cumqʒ prae sua imbecillitate inflecti facile possit: intorquetur: q̊ pili crispitudo est. Aut igitur ita causa reddẽda est: aut quoniam parum humoris multum autem portionis terrenae inest: efficitur: vt pili resiccati ab aere ambiente contrahantur. Inflectitur enim quod rectum est: si euaporatur: ⁊ contrahitur: atqʒ conuellitur pilus: quemadmodum cum igne aduritur: vt poteeuʒ crispitudo ꝯuulsio fit ob humoris inopiam ab aeris continentis calore. Indicium rei est: quod ⁊ duriores sunt pili crispi: quam recti. durum enim quod siccum est. simplici autẽ pilo sunt: quae humore abundant. fluit enim humor in ijs: non stillat: quocirca Scythae icolae Ponti: ⁊ Thraces pilo sunt ꝓmisso: ⁊ simplici. nam ⁊ ipsi humidi sunt: ⁊ aer ambiens eos: humidus est. Aethiopes contra: qui loca incolunt calida crispo sunt pilo: siccum est eniʒ ⁊ cerebrum eorum: ⁊ coelum ambiens: sed sunt quae quamuis cutem habeant crassiorẽ: tamen tenuiori sint pilo: ea videlicet causa: quam ante exposui: quo enim meatus tenuiores sint: eo pilos enasci tenuiores necesse est: quapropter ouium generi tales sunt pili: vellus enim multitudo pilorum est.

Ordo enim Literę cõgruus talis esset. Animalia eniʒ quę crassiore pilo ꝑdita sunt: in totuʒ crassioris sunt cutis: non tamen quibus crassior cutis: crassiores pilos illis qui subtiliorem habent cutem. Nam bouis quã suis cutis crassior: sed pili in boue graciliores. Quod igĩ inquit: potentia tale esset. Hoc enim in vniuersum dici potest: quodcũqʒ animal crassiores pilos continet: eius ⁊ cutis talis: non vero qui crassam cutem sortiti sunt: illos ⁊ pilos tales habere putanduʒ est. illud vero vbi ait: quãuis non quę cute maxime ita cõstant magis ita habeant pilum. tale est: ac si diceret: non tamen quę maxime crassę cutis sũt: magis pilo sunt crassiore. hac igitur de causa pili qui in nostro capite pululant: illis qui in manibus: pedibus: ac pectore sunt: crassiores habentur: quod ⁊ cutis quę in ipso est crassior: laxiorqʒ reliqua quę in corpore est cute: quod vero ⁊ magis humida sit: perspectum habetur: quod cerebrum esse natura humidissimum constat. Cum igitur calidum terreno admistum sit: ⁊ terreno qua terrenum est: deorsum: calido vero ad superiora tendente: pili crispi oriuntur. Rectitudinis vero pilorum causa: cum humor fluxim: non aũt stillatim fertur: quod vero stillatim fertur: ꝓ sui exiguitate segnius fit.

¶ Sunt etiam quae mollem quidem habeant pilum: sed minus tenuem: vt lepores contra quã oues. leporum enim pilus per summa cutis enascitur: quamobrem longitu-

dine caret: ⁊ simile accidit: vt in his: quae lino decerpuntur: quae quãuis mollia sint: tamen nullam longitudinem habent: nec impleri⁊ villum recipiunt. Oues frigidi tract⁹ ꝯtra quam homines afficiuntur. Scythae.n. molli sunt pilo: at oues Sauromaticae duro. causa eadem: quae in omnibus feris est. frigus enim indurat: propterea qđ cogendo exiccat. cũ.n. calor eximitur: humor vna euaporatur. Itaq; non solum pilus: sed etiam cutis terrena: duraq; euadit: causa in feris vita agrestis est: in cicuribus autem his loci frigiditas. Iudicium vel echini pelagici faciunt: quoru⁊ vsus ꝯtra vrinae stillicidia est. quippe qui frigiditate maris prae alti: in quo degunt (sexaginta enim: atq; etiam amplius passuum gurgite oriunt) ipsi quidem exigui sint: sed aculeos grandes: durosq; gerãt: cũ magnitudinis est: quod incrementum corporis diuersum eo est. cum enim parū caloris obtineant: neq; ꝯcoquere possint: multum ob eam rem habent excrementi: aculei autem: ⁊ pili: ⁊ reliqua generis eiusdem excremento nascuntur. duri vero: ⁊ rigidi modo pene lapidis ꝯstant. ꝑpter frigus: ⁊ gelu: eodemq; modo caetera: quae terra gignit duriora: ⁊ terrosiora: lapidosioraq; gignunt locis aquilonijs: q̃ȝ austrinis: ⁊ vento expositis: quã concauis: ⁊ quietis. frigent enim omnia magis: humorq; euaporatur. Indurat igitur tum calor: tum frigus. namq; euenit: vt ab vtrisq; humor euaporet. scilicet a calore per se: a frigore per accidens. vna enim cum calore humor abstrahitur: nullus enim humor sine calore est: sed frigus non modo indurat: sed densat etiam: calor vero laxat: rarioraq; facit. Eadẽ causa est: vt natu grandibus duriores: ⁊ pili: ⁊ pennae: ⁊ squamae reddantur. cutes eni⁊ duriores: crassioresq; efficiuntur senescente aetate. resiccantur enim: ⁊ quidem senectus ipsa: vt nomen significat: terrena est: quoniam sine calore est: ⁊ cum calore humor defuerit

Hoc quidem: Quod ait: verissimum habetur: nã leporum pili tales: hi enim crassi: ⁊ molles sunt: ⁊ si inter ipsos quidam de medio quam gracillimi visuntur: nõ tamen recte pilos q̃s appellare queat: quę autem plurimi: ⁊ potissimum pili sunt: crassi: ⁊ molles habẽtur. quapropter non ad carnem vsq; eorum radices protenduntur: sed in cutis sũꝑficie consistũt: nam in ipsa cute tantu⁊ herent: nec vero ad imum penetrant: vt carnes ceu aliorum animalium pertingant; ⁊ quod ocius decidunt hoc causę habetur. Siquidem pili qui cito: ac facile in cadendo consistunt: illos non satis ad imum radices demittere indiciu⁊ est. Cum in superficie consistant: ⁊ ob id parum terrenę portionis in se: ⁊ plus humoris contineant: molles habentur. at crasse quide⁊: vt quantum natura eis de longitudine detraxerat: crassitudini adiecisse videretur. Nã materia ex qua pili constituti sunt: vel crassitudini: vel longitudini sufficere nequit. At quę lino decerpuntur inquit: sunt ea quę a medicis vulneribus adhiberi solent. etenim isti lineum pannum fumentes scindere quamprimum solent: quo scisso subtiles quędam: ac breuissimę partes quę gracillimis leporũ pilis similes esse videntur excidunt. hęc igitur quę e lineis pannis excidunt: a medicis vulneribus adhibentur: quę cum supremę breuitatis sint: abluere nullo pacto queas. Scitas autem molli esse pilo: oues vero ipsoru⁊ duro inquit. Sed ⁊ scitę ipsi ob eam quã⁊ adduximus causam: quod humidi videlicet: sint: similiter ⁊ aer: qui ipsos ambit humidus sit: tales habentur: pecudes vero ob causas quas perspicue explicat: pelagicos echinos qui in mari sunt; inquit: vrinę vero stillicidia inqt: quę a plerisq; mingendi difficultas nuncupatur. Nam medici eos conterere: ac tali morbo laborantibus humori alicui admiscentes in potu tradere solent. Quoniam frigiditas (vt asseruimus) indurandi causa est: eodem modo (inquit) ⁊ quę terra gignũtur: quę terra gignit arbores nuncupat: qui in borealibus locis asperiores: quam qui ad notũ vergunt sunt. boreę enim subdita regio: australi frigidior habetur. humidum enim per se a calore exhalat: ⁊ cũ calorem ipsiu⁊ egredi cõtingit: ⁊ humidũ vna cũ ipso egredit: a frigo

re vero illud per accidens exhalatur. verum frigida per se calorem expellunt: cuꝫ eniꝫ calor egreditur: ⁊ humorem simul cū ipso egredi contingit. at quę a frigido congelantur: dura ⁊ densa sunt: sed calor enim durum: rarumqꝫ facit: caloris vero officium durescere: non autem densare est.

C Calui omnium maxime animalium homines aperte efficiuntur: quod genus affectionis generale quodāmodo est. nam ⁊ plantarum aliae semper frondēt: aliae frondē amittunt. Et aues: quae certo tempore se abdūt: ⁊ latent: pēnas amittunt: qualis affectus caluitium in hominibus est: quibus accidit: vt caluescant. Cum enim paulatim: ⁊ frondes: ⁊ pennae: ⁊ pili defluant: vbi vniuersim hic affectus euenerit: vocabula accipit haec: caluescere: defrondescere: depenescere. Causa autē huius affectus inopia humoris calidi ē: qualis praecipue est humor pinguis: quocirca plantae: quae pingues sunt: fronde perpetua virent: sed de his alias: sunt enim ÿs vel aliae causae huius comites affectionis.

Causam ex his quonam pacto homines caluescant adducit. Aues vero quę se abdunt: incubantes appellat. At illud quod ait: nam ⁊ plantę alię semper frondent: alię frondem amittunt: tale est: ac si diceret: omnes enim plantę quę tū semper frondent: tuꝫ folia exparte amittunt: folia ex ipsis nō oīa simul decidunt: sed quę semper frondent: cum primum frōdes amittere accidit: alię protinus repullulant: ⁊ hac de causa semper frondosę habentur. in illis q̄ frondes amittunt hoc neuti quaꝫ accidit: idē ⁊ in his q comati sunt euenit: exparte enī capilli eorum defluunt: sed aliȷ rursus repullulant. Qui vero caluescunt in ipsis codeꝫ modo exparte decidunt: sed quod aliȷ minime succrescāt: calui reddunt. etenī caloris humorisqꝫ inedia: caluicij causa habetur. At quod moror frigidum quoddam: siccumqꝫ fit: quēadmodū vita humidum: calidumqꝫ manifestum est. cum enim cerebrum humidi caloris inopem esse contingit: (Nam ⁊ cerebruꝫ calore quodam prēditum adorsi medulla esse: vt in eo qui de animalium partibus est opere explicauit: ⁊ deinceps referet) capili quodammodo intereunt: ac labuntur. Calor autem inquit: ⁊ humor pingue quoddam est: saepius enī dictū est: pinguedinē concoctionem quandam esse: at concoctioneꝫ a calore prouenire certum est. itaqꝫ hoc quod inquit inopia humoris calidi est: tale est: ac si diceret: pinguis humoris est inopia.

C Euenit hoc plantis hyberno tēpore: mutatio enim haec potior: q̄ꝫ aetas earum est. Animalibus etiaꝫ: quae latent: idem tempus iacturae est. sunt enim minus: quam homines natura humida: atqꝫ calida: homines autem suis aetatibus hyemem aestatemqꝫ agunt: quāobreꝫ nemo ante: quam coire incipiat: calnescit: sed a venereo coitu potius id euenit scilicet ÿs: qui sua natura sint eo propensiores.

Aetatem Senectutem: mutationes vero hyemem nuncupat. est autem quod dicitur: defrōdescere: ac quodāmodo caluescere: quę affectio hyeme stirpibus accidit, etenim hyems potentior est: ⁊ magis vt stirpes defrondescerent quam senectus vt homines caluescerēt facere potest: non eniꝫ senectus homines caluos fieri adeo causa erit: vt hyems arboribus defrondescēdi causa est. At illud quod ait: Animalibus etiam quę latent: non enim hęc ab eo vt aliquis crederet inferuntur: quasi ipsis hyems depenescendi causa sit: verum quod ⁊ ipsis calidi humoris inopia depenescendi causa est: at plantis eorum natura huius rei causa potissimum ad scribenda est.

C Cum enim cerebrum frigidissimum omnium corporis partium sit: cum rei venereae vsus refrigerat: caloris nāque synceri: naturalisqꝫ secretio est. itaqꝫ cerebruꝫ sentit merito prius: quae enim imbecilla: vitiosaqꝫ sunt: causa parua: exiguoque momento immutantur. Quapropter siquis cogitet: vt ⁊ ipsum cerebrum parum calidum ē: magisqꝫ talem esse obductam cutem necesse est: atqꝫ etiam magis

naturam pilorum: videlicet quanto plus ipsa caloris origine distet: recte id ita evenire existimabit: vt qui semen ferant: ea ipsa aetate caluescant qua semen emittant: eadem causa est: ⁊ vt priore capitis parte caluescant: ⁊ vt hominibus solis omniũ animalium id eveniat: quod enim parte priore cerebrum continetur: hinc ea parte caluescimus: qđ autẽ homo maximum: humidissimũque cerebrum habet: hinc solus animalium ita afficitur: mulieres non caluent: quoniam natura earum similis puerorum naturae est. vtraque enim sterilis seminalis excrementi est: spadones etiam non caluescũt: quoniam in foeminã mutantur: ⁊ pilos: qui postea gignuntur: aut nõ producunt: aut amittũt: si forte habent: praeterquam pubem: quam mulieres etiam habent. Cum caeteris illis careant. oblaesio enim haec mutatio de mare in foeminam est.

Ex hoc Causam adducit: qua neminẽ ante coitus tempus caluescere accidit. qui in decimo ętatis suę tempore caluescere inciperet: nullum omnino esse: sed ad quartum decimum ętatis annum: seu qui deinceps sequitur naturę ordine ad venerea fert: ab illo fortassis ⁊ caluescẽdi principium sumit: at in temporis progressu perficitur: ac finem sentit. dicendum igitur nobis sit: qua de causa a venereis caluicium originem sumit. Quoniam semen genitale excrementum vltimi alimenti: quod humidum: calidumqꝫ est habetur: hac de causa venerea exercentes: ob seminis excretionẽ: calidi humoris inopia laborant. Cum cerebri natura frigidę qualitatis habeatur: ipsum prius quã alias partes talem affectionem sentire optime rationis est. Quęcunqꝫ enim imbecilles partes: ⁊ vitio obnoxię fiunt: minima quauis de causa ad quod suapte natura idonea sũt vertuntur. siquidem cerebrum: quamuis frigidum natura sit: nihilo tamen secius a breuissimis quę ipsum ambiunt venulis calorẽ quendam vendicat. itaqꝫ: cum minimum causę succedit: calor ille sibi intercipitur: ac in id quod suapte natura verti idoneum fuerat vertitur. itaqꝫ si quis ratione colligat: cerebrum modicum admodum caloris continere (siquidem modicus admodum calor est: qui a venulis sibi quas diximus tribuitur): at multo minus in capitis cute: tum ob cerebri: tũ aeris ambientis frigiditatem: esse caloris existimandum. pręterea: capillorum natura magis quam cutis frigidior: si cerebrum cum frigidum sit: magis tunc frigidum esse demonstratum: ⁊ cerebro cutis: ⁊ ipsa capillorum natura frigidior erit. Quo magis capitis cutis quam alia membra a principio abiungitur: (Nam principium vt plurifariam dictum cor est) qui in tali ętate plurimum seminis emittunt: eos caluescere magis consentaneum credendum est. Etenim rationis collectio talis esset. qui magis genitalis seminis copia exuberant: vt cerebrum eorum: in tali ętate frigidius reddatur: hoc in causa est: quod in seminis excretione calidum: humidumqꝫ excernitur. Cum cerebrum frigidum sit: quoniam ⁊ cutis tunc frigidior redditur: ⁊ ipsa capillorũ natura cute frigidior: hoc tale est: ac si ipsos tunc calidi: humidiqꝫ alimenti laborare inedia diceres: vnde casum ipsorum sequi necessario credendum est. ex eo quod ipsis alimẽtum ab humido calidoqꝫ suppeditet: vitam ipsorũ illa: ⁊ esse dicas. Cũ causam adduxisset: qua prius quam venerea exercere incipiant non caluescunt: sed postea: sequitur inquiens: eadem causa est: vt priore capitis parte caluescant: ⁊ inter alia animalia homines tantum: sincipite igitur caluescunt: eo quod in ea parte cerebrum qui eius affectionis cã est: consistit. Solis autem hominibus vt caluescant accidit: quod omnium animaliũ magis humidum: frigidumqꝫ cerebrum sortiti sunt. Sed ⁊ mulieres eadem de causa qua ⁊ pueri non caluescunt. Nam tum pueri: tum foeminę excernendi seminis facultatem: haud quaquã hñt. siqdem foeminę menstruũ absqꝫ maris semine infoecundũ habet. At emissionis genitalis seminis gratia: caluiciũ sequit. pilos: aũt: ⁊ si forte habẽt: tũ in barba: tũ in pube: ac pectore quam plurimi: eos cunctari inquit: sed maxime qui in barba sunt. oblęsionem autem testium abstractionem nuncupat: Etenim eorum abscissionẽ: oblęsionem quandam dicere recte queas.

Causa vero: vt quae latent: rursus pennas recipiant: quaeqꝫ frondem amiserint: denuo frondescant: caluis autem nunquam redeat pilus: quod anni tempora illis mutationem corporis magis afferunt. itaqꝫ pro temporum mutatione vicissitudo gignendi: amittendiqꝫ se-

quitur: vt animalia pennas: pilos ve: plantae frondes aut dimittant: aut recipiant. At vero hominibus per aetatem euenit: ver: aestas: autumnus: hyems. Itaqꝫ cum ipsae aetates non permutentur: sic ne affectus: qui ob eas accidunt: permutentur: quanquam similis causa ē: ac de caeteris pilorum affectionibꝰ diximus fere. Colorum autem causa caeteris quidem animalibus cutis natura est: vt vnicolora sint: ⁊ varia: sed hominibus nihil causae cutis affert: nisi ad caniciem: videlicet eam: quae morbo: non ꝙ senio accidat. nā eo vitio corporis: quod vitiligo vocatur: pili efficiuntur albi: sed si albi sunt pili: cutem albedo non sequitur: cuius rei causa est: ꝙ pili e cute exeunt. Itaqꝫ si cutis aegrotat: extenuataqꝫ est: pilꝰ quoqꝫ aegrescit: aegritudo autēꝫ pili canities est: aetatis vero illa canities inopia: ⁊ exilitate caloris contrahit. Omnis enim aetas labitur in frigiditatem: cum iam corpus inclinat: ⁊ consenescit: senectus eniꝫ frigida est: ⁊ sicca: de alimento autēꝫ: quod quācunqꝫ partem corporis subeat ita intelligendum est: vt calore proprio concoquatur: qui cum agere nequeat: deprauetur altio: ⁊ aut repletio sequatur: aut aegritudo: sed de eiusmodi cā postea disseremus: cum de incremento: ⁊ alimēto agemus. Quibus igitur hominibus natura pilorum paruꝫ calida ē: plusqꝫ humoris subit. calor proprius neqt concoquere: atqꝫ ita humor putrescit: calore aeris ambientis: fit enim putredo quaeqꝫ a calore: sꝫ nō suo: natiuoqꝫ: vt alio loco exposui. putredo autē: ⁊ aquae: ⁊ terrae: ⁊ quorumuis eiusmodi corporūꝫ fieri potest: quamobrem terreni etiam vaporis putredinem nouimus: quae situs vocatur. etenim situs caries vaporis terreni est. Itaqꝫ in pilis quoqꝫ alimentum tale: cuꝫ nō concoquitur: putrescit: atqꝫ ita efficit ea: quae canities appellatur: quae alba propterea est: ꝙ ⁊ situs vnus cariosiorūꝫ fere albus est: cuius rei causa est: quod multū aeris ꝯtinet. Ois enim vapor terrenus vim habet aeris crassioris. situs enim quasi ridens pruinae existimatur. nam si vapor se efferens concrescit: pruina fit: sin putrescit: situs. quapropter vtraqꝫ per summa haerent: vapor enim per summa est: ⁊ recte a poetis in comoedys transfertur conuitio in canitiem: cum senectutis sitū: pruinamqꝫ nominant: alterum.n. genere idē est. vapor nāqꝫ vtrūqꝫ est alterum: id est situs spē idem est. putredo enim vtrunqꝫ est: hoc ita esse indicium est: quod plerieqꝫ per aegritudinem pili canuerint: mox valetudini restitutis nigruerint: cā est: quod per aegritudinem: vt totum corpus inopia caloris naturalis laborat: sic partes etiā minimae eadem pticipāt labe: multum autē excrementi ꝯsistit ī partibus corporis: quāobrem in pilis etiam cruditas est: quod canitiē faciat: post vero cum ꝯualuerint: ⁊ vires receperint: denuo mutantur: ⁊ quasi iuuenes ex senibus redduntur. affectionesqꝫ proinde mutantur: recte etiā dixeris morbum esse aduenticiūꝫ senectutem. Senectutem autem esse morbum naturalem: itaqꝫ morbi nonnulli idem faciunt: quod senectus. tpa autem primo canescunt: quod occiput vacat humore: cum non ꝯtineat cerebrum. sinciput vero habet multum humoris: quod aūt multū est: difficile id putrescit. At in temporum pilis: nec tam parum humoris est: vt ꝯcoqui possit: nec tam multum: vt putrescere nequeat. Cum enim is locus medius inter vtrosqꝫ sit: extra vtrunqꝫ affectūꝫ esse potest: causa canitiei hu

manae dicta iam est. Caeteris autē
animalibus: ne per eā aetatem hoc
idem manifeste eveniat: causa est
eadem: quam de caluitio diximus.
Parum enim cerebri: ideq; minus
humidum habent: ut calor ad co-
quendum sufficiat: equis maxime
omnium: q̄ novērimus aīaliū canī
ties innotescit: quod os: in quo ce-
rebrum tennius: quam caetera pro
magnitudine habeant. argumentū
est: qd ictus in eo loco periculosus
est. unde illud Homeri. Et qua se-
tae haerent capiti: letaleq; vulnus
p̄cipue fit equis. Cum igitur prae
tenuitate ossis affluat humor: & per
aetatem calor deficiat: pili isti cane
scunt. Rufi et celerius: quaz nigri
canescunt. nam & ruffitas: quasi im
becillitas pili est. Imbecilla autem
quaeq; celerius senescunt. Omnes
senescentes effici nigriores aiunt:
cuius affectus causa esse potest: qd
pennarum natura earum albicet:
plusq; humoris senescentibus iis
cōstituitur in pennis: quaz ut facili9
putredini pateat.

Quoniam enim Ut prius asse ruit tū de frō
descere: tum depennescere: caluiciū est: quo-
rum alterum in arboribus: alterum in auib9
accidit: verum aves: quę depennescerant de
nuo pennas recipere: & arbores folia sensus
deprehendit: sed qui semel caluitium patit:
nullo unquam tempore comantem inspexe-
ris. Horum utrorumq; causam ex his red-
dit: quod stirpibus quidem: & avibus tempo
ra: quę ver: ęstatem: autumnum: ac hyemem
appellat mutationem adferunt. itaq; cū tem
porum mutatio fiat: & ipsa secum alia muta-
re necesse est: & cuz his tum arbores folia: tū
volucres pennas resumunt. in hominum ve
ro genere non anni tempora: sed ętates im-
mutandi corporis causa sunt. Quę enim ve
ris ad arbores avesq; ratio: eadem in homi-
num genere ad vigorem est. Quoniaz igitur
hominibus tēpora corporis mutationis cau
sa haudquaquā: sed ętates sunt: nec ipsę mu
tationem peragunt: non enim ut ęstas in au-
tumnum: ita senectus in iuventutem muta-
tur: ut neq; affectiones quę per ętates eve-

niunt permutentur: optime rationis est. Nā
quęreres: cum hyems frigida: humidaq; ha
beatur: quę nam eius proportio ad senectu-
tem est: quę frigida & sicca est: an hyemē per
accidens humidam dicas: eo qd frigore exi-
stente aeris in aquā constitutio fit: quoniam
hyemus natura frigida: siccaq; habetur: at
senectus per accidens humida est: sed illa q
dem sicca dicitur: quod nos in ea ętate insiti
caloris inedia laborare cogimur. quod in ea
ętate humidis excrementis exuberare pluri
mum solemus: plane patet: nam senes pitui
tosi maxime excrementalesq; habentur. At
hominibus cani nō modo senectutis gratia:
sed morbi etiam qui vitiligo dicitur enascun
tur. Verum plerosq; canicies nō ob senectu
tem: sed morbi causa occupare solet. Siqui-
dem tali morbo affectis cutis totius capitis
candore conficitur: dehinc cum pristini vale-
tudini restituuntur: affectis nigri capilli repul
lulant. Igitur: colorum autem (inquit) cęte-
ris quidem animalibus cutis natura est: ut
unicolora sint: & varia: sed hominibus nihil
causę cutis affert p̄terquam morbo affectis:
qui vitiligo dicitur: tunc enim ut albi nascā-
tur cutis causa est. At cani qui senectutis tē-
pore fiunt: non cutis: sed aliud quoddam: qd
de proximo referemus causa erit. hominib9
igitur (inquit) qui ex morbo cani giguntur: cu-
tis causa: qui vero senio non ipsa causa est.
Et si quemadmodū in vitiliginis morbo cu
tis alba esset: & capillos albos esse sequere-
tur. Sed & si hi albi essent: non & cutim
albam esse sequi deberet. Seniorum au-
tem pili: non autem cutis alba est. At cum in
morbo quem asseruimus albi nascantur: ex
cute oriri argumentum est. Cum tunc cutis
alba fit: cum ipsa vua: & pilos permutari ne
cessarium habetur. nam canorum qui senectu
tis tempore oriuntur albedinem: caloris qui
in pilis est inedia: quemadmodum & calui-
tium fieri inquit. sed hoc illa invicem discre-
pant: quod caluitium: primum: ac p̄cipue pi-
lorum caloris inopia provenit: canicies vero
caloris tantummodo inopia. Et quia calor
quo q̄libet corporis nostri pars natura p̄dita
est: alimentuz quod ad quamlibet adigitur
concoquit. Verum calor qui pilis natura in
est: cum tunc imbecillis maxime redditur: ut
concoquere quod ingreditur alimentum nō
facile queat: talis humor ab ambiente aerę
in putredinem vertitur: & ceu corruptio quę
dam gignitur. etenim putredo (quemadmo-
dum quarto sublimium speculationuz expli
catum) ab alieno calore fit. cum alimentum
a calore concoqui adduxisset: in eo ubi de in
cremento: & alimēto agit: quo nam pacto id
fiat: ac quomodo alimur se explicaturuz pol

licetur. Quoniam tum aer: tum aqua: putre
dini obnoxia redduntur: ⁊ terreum vaporem
vnde pilis alimẽtum suppeditatur putresce
re necesse est. Terreni autem vaporis putre-
do: vel potius terreus putrescens vapor: cor
ruptio appellatur: qualem in putrido pane
estatis tempore cernere est: quam situm ple-
riqꝫ nuncupant. Enimuero pilorũ putrescẽs
alimentum: album efficitur: eo quod ⁊ putre
do alba. Nam tum in terra: tum in parietib⁹
putredo gignitur: terreni (īquit) vaporis pu
tredinem nouimus: eo quod vapor absqꝫ ter
rena aliqua portione neutiquam egreditur.
situs enim quasi respondẽs: ⁊ aduersus prui
nę existimatur inquit. Si enim vaporem cõ
gelari contingit: pruina fit: si vero in putredĩ
nem verti: situs: quapropter tum situs: tum
pruina non ad imum terrę demittuntur: sed
in summo: ac supficie posita sunt: quapropter: ⁊
vaporẽ ex quo ista constituũtur: in superficie
esse credendum est. vbi vero inquit recte a
poetis in comedys trãsfertur conuicio in ca-
niciem: cum senectutis situm: pruinamqꝫ no-
minant: illud pruinam per se positum cõstat:
⁊ ipse ita subiunxit: ac si diceret: nonnunquã
poetę ipsi caniciem senectutis situm: nonnun
quam pruinam senectutis nuncupant. Ete-
nim canicies cum pruina quidẽ genere idẽ
est: genus materiam: ac subiectum inquiens:
cuꝫ situ vero specie idem: glacies genere idẽ
est: idest: canicies: glaciesqꝫ eadeꝫ genere sũt:
cum ex vapore vtrũque oriatur: situs specie
idem: videlicet tum situs: tum canicies spe-
cie idem habentur. Nam tum situs: tum ca-
nicies vaporis putredo sunt: quod vero ca-
nicies humoris putredo est: hoc indicio fit:
quod pleriqꝫ in morbis cani euaserunt. non
modo: quod humor qui ex corpore ad ipsas
fertur putris a morbo reddatur: (si quidem
tale excrementum in corporibus: ac qualibꝫ
parte cum morbo afficiuntur canicies quędã
est) verumetiam quia ⁊ pili cum reliquo cor
pore morbum patiuntur: ⁊ ipsis concoquen-
di facultas intercipitur. Hęc plana sunt: quę
inquit: tempora auteꝫ primo canescunt. at il
lud quod ait: cum enim is locus medius in-
ter vtrosqꝫ sit: extra vtrũqꝫ affectum esse po
test: tale est: ac si diceret: non enim vt occiput
concoqui potest: neqꝫ facile putrescere: vt sin
ciput: sed facile putrescit: non autem conco-
quitur. Grues autem: primum albis pennis
quod in ipsis plurimum aeris sit: cõuestiun-
tur: nam trans lucens aer candoris causa ha
betur: vt in spuma cernere est: cum vero sene
scunt: calore qui candoris causa fuerat: ob se
nectutẽ deficiente: tum pręhumoris copia q
illa ętate cõcoqui non facile potest: nigras ha
bent: sed ⁊ oculos nigros ob humoris copiã
fieri: ⁊ cęsios eius inedię causa demonstratũ
est. Sed quereres: si pennę humoris inedię
causa nigrore conficiuntur: cum prius dictũ
sit: calore qui in pilis est deficiente: humor ip
sorum putrescit: ⁊ situs vnde pili canescunt
constituitur: pennas ipsas non nigras: sꝫ al-
bas pręsertim fieri erat necesse: hoc adduxit
quod ait: plusqꝫ humoris senescentibus his
constituitur in pennis: quam vt facilius pu-
tredini pateat. hoc tale est: ac si diceret: vt ca
lore deficiente humor: qui in pennis est: quẽ
admodum de pilis diximus putrescat: ⁊ vt
pennę albę sint: optimę rationis est: at ꝙ sum
ma copia non putrescit: naꝫ quod multũ est:
putredini non facile obnoxium redditur.

¶ Caniticm autem effici putredi-
ne quadam: necesse (vt quidam pu
tant) ariditatem. Indicium est: qđ
pili: qui vel pileo: vel alio tegmine
operiuntur: celerius canescunt.
Flatus enim putredineꝫ prohibẽt.
operimentum autem flatum arcet.
Iuuat etiaꝫ olei aquae misti perũ-
ctio. aqua enim refrigerat: oleum
vero ne celeriter exiccetur: prohi-
bet: aqua enim facile resiccatur.
Canitiem auteꝫ non esse ariditateꝫ:
nec pilum: vt herbam exiccatam al
bescere: indicium est: quod pili non
nulli cani illico oriuntur. At nullaꝫ
oritur aridum: multi etiam suo ex-
tremo albescunt: in vltimis enim:
ac tenuissimis calor minimus hꝫ:
caeteris animalibus: quibus pili al-
bi gignuntur: natura: non affectu
id euenit. Causa autem colorum in
caeteris cutis est. Alborum enim al
ba est cutis: nigrorum nigra: vario
rum: permistorumqꝫ partim alba:
partim nigra esse conspicitur. At in
homine cutis nulla causa ẽ. Qui. n.
sunt albi: admodum nigros habẽt
capillos: causa est: quod homo oĩuꝫ
maxime tenuem cutẽ hẽt: pro ma-
gnitudine itaqꝫ nihil ad pilorum
mutationeꝫ cutis valet: immo prae
sua ĩbecillitate ipsa mutatur: ⁊ vel
a sole: vel a flatu redditur nigrior:
nec pili vllo pacto cum ea mutanẽ.
At vero in caeteris cutis vim loci

prae sua crassitudine obtinet: itaq; fit: vt pili pro cute immutentur: cutis autem ipsa nihil a flatu: aut sole afficiatur.

De canitie

Quomodo fiat duplicē reddiderat causam: quarū alteram putredini cuidam humoris qui in ipsis est ad scribebatur: quę ex Aristotelis sententia est: altera vero arriditates causabatur: ⁊ sententię ipsius admirabilis iste ea quę pilis eueniūt indicia adfert. Cū autem caniciem effici putredine quadam: nec esse vt quidam putant arriditates dixisset: addidit: indicium est eorum quę prius adduximus: hoc est quod canicies putredine quadam efficiatur: quod qui tegmine aliquo pili operiuntur: celerius canescāt. Quoniā putredo (quēadmodū sublimiū speculationum opere explicatum est) ab alieno calore fit: vt qui operiuntur pili putrescant probabile habetur. Siquidem pilei tegmen calorem constituit: hoc igitur indicium ipsam putredine fieri vnum est: aliud vero: si oleo a quę admisto opertos pilos pungas: ne celeriter exiccent: prohibet. Quoniam igitur (vt p̄fati sumus) ab alieno calore putredinē fieri: frigida aqua calorem qui a pilei tegmine prouenit amolitur: ⁊ humorem qui in pilis est putrescere nō finit. At oleum aquę miscere solent: quo lentore quod ipsi inest humores contineat: neq; dessiccari: ac euanescere patiatur. Cum canos hoc pacto putredine quadam fieri ostendisset: quod arriditas canicies ipsa non fit: lucolentissime probat. quod autem tum herbę: tum pili putrescentes albescant: planum habetur: at herbę dus in vigore sunt: virent: cū vero exarruerint: non simpliciter albę: sed albiores efficiuntur. hominum autem cutem vel a sole: vel a flatu nigram reddi inquit: sed cum ipsa pili neutiquam mutantur. in Aliorum vero animalium genere: vna cum cute permutantur: at cutis ipsa p̄ sua crassitudine a sole: ac flatibus nullam mutationē sentit.

¶ Animaliū vero alia vnicolora sunt (appello vnicolora: quorū genus totum vnū habet colorē: quo leones fului sunt omnes: idemq; in auibus: ⁊ piscibus: ⁊ reliquis animalibus oībus intelligi volo) Alia versicolora sunt: sed toticolora ea dico: quorum corpus totum quidē eundem habet colores. sed nō oīuz eundez: vt bos totus albus est: aut totus ē niger. Alia varia sunt: idq; dupliciter: aut enim genere: vt panthera: vt pauo: ⁊ piscium nonnulli: vt quae trbassae vocantur: aut nō genere toto: sed parte: vt boues: vt caprae interdum variae generātur: in auium etiam genere columbae: ⁊ alia pleraq;. Transeunt vero toticolora multo magis: quam vnicolora: tum in colorem sui generis simplicem: vt ex albis nigra: ⁊ ex nigris alba reddantur: tum vero in mistum ex ijs: quoniā in totius generis natura inest: ne vnū habeat colorem. hinc. n. facile vtroq; versus mouetur: vt vicissim mutetur: ⁊ variū efficiatur: vnicolora ɔtra. nunquam enim mutantur: nisi per affectum: idq; raro: iam enim pdix visa ē alba: ⁊ coru⁹: ⁊ passer: ⁊ vrsa. Accidunt haec cum in generatiōe peruertuntur: facile enim moueri: depranariq; potest: quod paruum est: tale autem quod gignitur: est. Principium enim ijs: quae gignūtur in paruo consistit. Aquis etiam imutantur ea potius: quae sua natura vnicolora: genere autem versicolora sunt. calidae. n. aquae pilū faciunt album: frigidae nigrū: quo modo plantis etiam euenit. causa est: qd̄ plus aeris habent: q̄ aquae. Aer autem perlucens: albedinem facit: quemadmodū spumā quoq; effici certum est. At igitur cutes p̄ affectū albae differunt ab ijs: quae tales natura sunt: sic pili inter se differunt: qui morbo: aut aetate: qq; natura albuerint: scilicet eo quod causa est diuersa: alteri enim calore naturali: alteri alieno albi efficiunt: albedinem vero omnibus aer vaporosus praebet inclusus. quamobrem quae vnicolora non sunt: ventre omnia plenius albent. calidiora etiam: suauioraq; sunt omnia alba fere eadem de causa: concoctione enī dulce efficitur: concoctio autē

calore: eadem causa vnicoloribus quoque: sꝫ aut nigris: aut albis redde nda est. caliditas enim: atqꝫ frigiditas causaꝫ habent naturae cutis: ⁊ pilorum. membrum enim vnumquodqꝫ suum habet caloreꝫ. Quin etiam linguae simplicium ac variorum inter se differũt: atqꝫ etiã ipsorum simplicium: sed versicolorum: vt alborum: ⁊ nigrorum: causa vero est: quod ante dixi: q variorũ cutes variae sunt: albor albae: nigrorum nigrae. linguam autem perinde: ac partem aliquam esse exteriorem putandum: qualis manus: aut pes est: quanquam ore operiatur. Itaqꝫ cum variorum cutis non sit vnicolor: cutis quoqꝫ linguam ambientis ea ipsa causa est. Mutãt colores auium nonnullae: atqꝫ etiam quadrupedum syluestriuꝫ. aliquae per tempora anni: cuius rei cã est: q vt homines per aetatem mutantur: sic illa per tempora. plus enim discrimen hoc in iis potest: quã mutatio aetatis: varia etiaꝫ magis sũt: quae vario magis cibo vescuntur: quod parte plurima dixerim. idque recta rõne: vt apes vnicolores sunt magis: quã crabrones: aut vespae. nam si cibi causae sint mutationis: merito ciborũ varietas facit: vt magis euarient motus: ⁊ alimẽti excrementa: ex quibus: ⁊ pili: ⁊ pennae: ⁊ cutes gignuntur. Ac de colorib9: ⁊ pilis satis definitum sit ad hũc modum. De voce: cuꝫ animalium alia vocis grauioris sint: alia acutioris: alia firmae: ac in vtranqꝫ exuperantiam modice constantis: cũqꝫ etiaꝫ alia magnam vocem: alia paruam reddant: ⁊ leuitate: aut asperitate: flexibilitateqꝫ: aut rigiditate discrepent. Considerandum quas ob causas haec singula habeantur.

Animalia Trifariam diuiduntur: Nam primum eorum genus vnius coloris est: secundum multum: sed totum habet colorem: tertiũ generis versicolora sunt: ⁊ vnicolora inquit quorũ genus totum vnum habet colorem. Nam totũ coruorum genus nigrum. genus igitur: species videlicet vnius coloris est: cuius omnia indiuidua in quę diuiditur vnius coloris habentur. nullum enim indiuiduum quod leonem in speciem adducit: album aut nigrum: sed cuncta fulua sunt. Quemadmodum oẽs leones specie idem sunt: ita ⁊ de eorum coloribus dicas. nam omnis fuluus color sibi similis colorũ specie idem est. At multi colora: toti coloraqꝫ iquit: qbus gen9: spẽs videlicet vnius tantum coloris est. etenim sub ipsa specie quę vnicolor est vnumquodqꝫ indiuiduũ diuersos colores optinet: verbi gratia quidã bos totus niger: alius albus est: ⁊ nigrum toti colorem quod vnius coloris sit dicere recte queas. non enim ab altero latere niger: ab altero albus est: ita hũc versicoloreꝫ diceremus: sed totus niger est. idẽ ⁊ de albo existimandum. quędam autem ex indiuiduis toticolora: non autem omnia sunt. Sed bouum species multicolor: at eius indiuidua diuersos colores optinent. Alia versicolora natura sunt. cum hic animalium diuisione visus esset: sequitur: transeunt vero toti colora multo magis quam vnicolora. Quod autem inquit tale est: ac si diceret: naꝫ toti colora inuicem commutantur: siquidem albi boues nigrescunt: ⁊ nigri in albos commutantur. Quę vero vnicolorũ generis: nõ nisi affectione aliqua seu vitio mutantur. nullum enim a fuluo colore in nigrum: aut alius pręter fuluum cõmutatuꝫ est: ⁊ si id accidit: affectione aliqua (vt dictũ est) accidisse existimandum. non modo quę toticolora sunt inuicem mutantur: at etiam versicolora quidem: hęc ex vtroqꝫ mista inquit: versicolorũ eniꝫ plurima ex albo: nigroqꝫ permista sunt. transeunt enim toticolora dixit multo magis quam vnicolora: ⁊ eorum causas explicauit: quoniam in totius generis natura inest vt vnum habeat colorem. Quoniam iam in bouum natura est non vni colorem esse: coloris permutatio sequi facile potest: at in his quę vnicolora: nequaquam. nihil enim in eorũ natura visitur quod esse versicolora ostẽderet. At perdix alba (ait) visa est: sed hoc de his quę in agris versantur: intelligas: cicurũ vero plurimę huiuscemodi colore prędite visuntur. ⁊ illud ad eos qui aucupãdi eas artem exercent referri reor. mutationem eorum quę vnicolora sunt (inquit) in generatione prę uerti. Cum enim in generatione sunt: siue ipsis adhuc i vulua esse: siue in ouo cõtinget: si minima q̃dã affectio seu vitiũ seq

tur:conuertuntur protinus:ac permutantur: quemadmodum exiguum:ac breue lignum magis ad corruptionem quam magnum procliue fit:ita ⁊ de animalibus quod minus est corruptioni magis obnoxium dicas. Quod vero ait:principium eniȝ his quę gignuntur in paruo consistit:tale est ac si diceret:omne enim quod generationi subiacet:in principio tēporeqȝ quo gignitur paruum habetur:dehinc incrementum adipiscitur. Quemadmodum cutis quę natura alba:ab ea quę morbi causa talis fit diuersa est:(Nam prius diximus qđ in morbo qui vitiligo dicitur cutis quę non talis fuerat alba:⁊ pili cuti concolores redduntur) ita ⁊ in pilis qui natura albi sunt:⁊ his qui morbo albescunt discrimen efficitur. in bobus igitur:cambusqȝ: natura alba cutis est:⁊ in plerisqȝ aliys:canicies vero putredinis causa:aut morbi q vitiligo nūcupat.fit:⁊ cani qui natura fiunt:ab naturali calore cōstituuntur:qui vero morbo:alienus calor humore qui in ipsis est in putredinem verso eorum causa fit. Cum vaporosus aer qui natura albus:calidusqȝ habetur:pilis:et omnibus quibus includi solet:includitur:natura eis candorem pręhet:quamobrem in animalibus quę non vnicolora sunt:ideo albiores sub ventre pili reliqui corporis continent:quod talis locus ob ventris calidam affectionem cuius inibi situs:calidior est.sed ⁊ variorum linguam iusta ratione versicolorem inquit:quoniam tota cutis versicolor ē. verum lingua:⁊ si sub oris tegmine contineatur:nihil ipsam eorum quę intus sunt:vt pulmonem:iecur:⁊ alia censere debemus(nullū enim ex his cute aliqua tegitur)sed ipsū ceu exteriorum aliquod membruȝ:vt manus:pedes:humeros:⁊ his similia putandum.Nam tam et si ab ipso ore tegatur:nihil impedit ipsam partem aliquam eorum quę extra sūt esse.etenim omne quod ab aliquo tegitur:de his quę intus sunt:censendū est. Sed ⁊ quę teguntur:pleraqȝ extra sunt.Quod vero inquit:plus enim discrimen hoc in his potest: quam mutatio ętatis:eadeȝ quę prius adduxerat sunt:vbi dixit:quod tempora illis mutationem corporis magis afferunt. Apes autem hac de causa vnicolores habentur:quod non vario cibo:sed simplici vescuntur. mel enim ipsis pro cibo est. at vespe non ꝯmodo mel:sed alia quędam habent.quę firmę vocis sunt:inter acutum:⁊ grauem esse inquit. Quod quędam sint:quę nec acutaȝ habeāt: nec grauem vocem:ex his planum reddidit: vbi inquit:ac in vtrāqȝ exuperantiam modice constantis:exuperantiam graueȝ:acutamqȝ innuens:ad quas quod firmuȝ est:modice temperatum dicas.firmum enim putādū est:cum vox inter acutaȝ:grauemqȝ consona fertur.Quod autem immensa vox diuersa a graui sit:⁊ demissa ab acuta:deinceps explicabit.

¶ Igitur acuminis: grauitatisque causam eandem esse arbitrandum: quam mutationis:cum minora:maioraqȝ natu mutantur. Caetera eniꝫ omnia cum natu minora sunt:vocē mittunt acutiorem.Vituli auteȝ bubuli grauiorem:quod idem maribꝰ etiam:⁊ foeminis eius generis euenit.Cum enim in caeteris generibꝰ foemina vocem mittat:quaȝ mas: acutiorem:quod maxime in homine patet.hanc enim facultatem natura homini potissimū tribuit:quoniam oratione solus animalium homo vtitur:orationis auteȝ materia vox est.Cum inquā caeterae foeminae acutius sonent:contra in hubꝰ est.Vaccae enim grauius:quā tauri sonant:sed cuiusnaȝ gratia:vocē animalia habeant:⁊ quid vox sit:⁊ omnino quid sonus:⁊ strepitus:partim in ijs:quae de sensu:partim in ijs:quae de anima disseruimus:explicatum est.

Quod inquit Tale est:ac si diceret:ex causę redditione cur quę prius acutam habebāt voceȝ: post grauem sortiuntur:planum patebit:cuȝ quidem natu minora sunt acutam edunt:ad senium vero magis accedentia:grauem. ex hac autem causa manifestiuȝ reddetur:cuius gratia quędam acutę vocis sint:nec eam aliquo tempore immutant:quędam:grauem optinent.in alijs igitur animalibus quę natu minora:maioribus natu magis acutę vocis. At in bouum genere longe diuersa habentur:nam eorum generis vituli:qui natu minores:grauiorem quā ętate prouecti boues edunt.ideȝ vero ⁊ in foeminis euenit.in alyȝ enim animalium generibus:foeminę maribꝰ acutioris vocis:in bobus diuersa ab alijs fiunt.Nam foeminę maribus(hos enim tauros dixit) grauiori voce vtuntur:quod enim in cęteris generibus foemina vocem emittat quam mas acutiorem:hoc maxime in homine patet inquit.Siquidem natura talem fa-

cultatem quod est acutam: ⁊ grauem vocem habere: maxime homini largita est: ⁊ causaꝫ horum ex his reddidit vbi ait: quoniam oratione solus animalium vtitur. que auteꝫ orationis ministerio inuicem voluntates commutant: sono magis vtuntur: quod vero sono magis vtitur: tuꝫ acuto magis: tuꝫ graui vtitur: quoniam: quod acuto: ⁊ graui magis vtitur: que inter ipsa acutioris vocis pspicuus magis redditur. Quod autem homo quam alia animalia sono magis vtatur: patet ex eo: quod alia animalia: aut doloris: aut voluptatis gratia sono vtuntur: homo vero: tum horum: tum plurium aliorum causa soni edit.

¶ Cum autem graue in tarditate motus consistat: acutuꝫ vero in velocitate: vtrum quod moueat: an quod moueatur: causa sit tardi: aut velocis: quaerendum est.

Illud quod Ait graue: semipūcto firmandū: de hinc quasi cause reddende gratia eius quod ait: cum autem suus locus illi coniunctioni: autem adducetur: que inquit tardi autem aut velocis vtrum quod moueatur: ac quod moueat causa sit: vt que horum totus pateat ordo: sic dicendum sit. Quoniā in tarditate motus graue: in velocitate vero acutum est: vtrum grauis: acutiqꝫ quod mouet: aut quod mouetur causa est. At hec exemplo soluenda: vtrum verbi gratia corda fidicinū: quod tarde moueat aera qui ab ipsa concutitur alia grauis est: alia vero quod ipsum ocius moueat acuta: vtrum hoc cause est aer: qui percutitur: ⁊ mouetur: an mota ⁊ concussa corda? eque de animalibus quereres: vtrum cor quod mouetur: ac aer qui ab ipso motus est sonus causa erit? Hoc pre sui dilatatione: ⁊ pulmonem simul neruoruꝫ officio qui ab ipsa in pulmonem radicantur distendit: ⁊ per arteriam ac pulmonē aereꝫ qui extra est: ad se atrahit. Cuꝫ auteꝫ cor ipsum contrahi accidit: ⁊ pulmo, vna cum ipso contrahitur: ⁊ spiritum qui intus ingressus fuerat extra eiaculatur: hunc autem aspe arterie ⁊ pulmonis officio quoꝫ intus ipsum atraxerat extra eiaculatur. igitur tum cor: tuꝫ pulmo in respiratione dilatanē: in atrahendo vero spirituꝫ vtrunqꝫ cōtrahitur. vtrum igitur eiaculatus: concussusqꝫ: ac motus aer animalibus acute: aut grauis vocis causa est: an cor quod eiaculat mouetqꝫ? Quod autem in tardo motu grauem tandeꝫ emitant: in celeri vero acutam: hoc spiritus fere indicat.

¶ Quidam enim: quod multum est: tarde moueri: quod parum velociter: id moueri aiunt: eamqꝫ esse causam: vt alia voceꝫ graueꝫ emittant: alia acutā: quod recte aliquatenus dicitur: sed non recte in totū. genere enim recte dici vr: graue in magnitudine quadam esse eius: qđ mouetur: nam si hoc ita esset: paruam: eandemqꝫ grauem emittere voceꝫ non facile liceret: nec magnā ⁊ eandem acutam. Videtur etiam grauitas vocis naturae generosioris esse: necnon in modulatu grauis modulus praestantior incitato: est: perfectuꝫ eniꝫ in superantia ꝯsistit. Grauitas autem superantia quaedam est.

Quidam Grauis: ⁊ acute vocis: motum tantum aerē causam esse asseuerarūt. At his Aristoteles minime assentitur: ⁊ ipse contra eos qui motum tantum aerem vocis causam dictitabant: vtrūqꝫ ⁊ quod mouet: ⁊ quod mouetur eius causā opinatur. quidam igitur (inquit) sunt qui qđ multum est: tarde moueri: quod parum velociter id moueri aiunt: eamqꝫ causam esse: vt alia vocem grauem emittant: alia acutā. Nā illi asserebant: si aer qui mouetur plurimus fuerit: eo, quod plurimum est: tarde moueaē: grauem fieri vocem necesse est. si vero modicus: acutam quod illud quod paruꝫ est: ocius mouetur. Arguit igitur sic opinantes: ⁊ ab ipsis recte aliquatenus dici ait: sed in totum non recte. ⁊ quonam pacto recte aliquatenus dicant: sequitur. genere enim recte dici videtur: genus subiectum: ⁊ materiaꝫ que aer est inquiens. Quod vero asserit: tale habetur: ex parte generis: ac efficientis cause recte inquiunt: nam graue in moti magnitudine consistit: in graui voce emittēda moti magnitudinem: ac plurimum aeris esse necesse est. nec vero hoc simpliciter: sed vt illius robori: quod mouet congruat. Nam aerē qui mouetur ipsum per se plurimum fieri possibile habetur: sed vt eius quod mouet robori respondeat: modicum quidem. Quoniaꝫ decem modia tritici: si ipsa per se comprendas magnum quoddam habētur: sed si ea ad pōdus quinquaginta: seu plurium cōferas: modicum admodum erit. sed tam et si motū aera plurimum esse continget: facultas vo que

ipsum mouet maior fuerit: acutam voceꝫ nó grauem edet. non igitur simpliciter animaduertendum: si motus aer plurimos sit: sed si facultas quę ipsum mouet maior sit: quę nó celeriter ab ipso moueri: sed cũ mora queat. Cum eos aliquatenus recte dicere asseruisset: ipsis aduersatur: ⁊ inquit: nam si hoc ita esset: paruam: eandemqꝫ graueꝫ emittere vocem non facile liceret: videlicet: si hoc quod inquit verum est: quod illud quod mouetur acutam: ⁊ grauem tantum vocem emittendi causa est: nullus grauẽ: paruamqꝫ simul edere vocem facile poterit. ⁊ quemadmoduꝫ nó nulli grauem: magnaqꝫ vocem emittunt: ita grauem: ⁊ paruaꝫ vna emittent: sed si hoc dicere falsum ⁊ impossibile habetur: quod grauem simul ⁊ paruam vocem edere quis possit: ⁊ illud quod sequitur falsuꝫ: impossibileqꝫ erit: ⁊ hoc quidem erat: aerem tantum grauis: acutęqꝫ vocis causaꝫ esse. ⁊ quonam pacto quod mouetur acutę: grauisqꝫ vocis causa fieri posset: igitur graueꝫ ⁊ paruam edere vocem non facile esse ex his patet. Quoniaꝫ enim paruus tum sonus: tum vox ex modici aeris motu: idest quod nos: illiqꝫ opinanant prouenit: excepto quod nos ad causam mouẽtis imbecilitatem adduximus: si enim tum illud quod mouet: imbecillum: tuꝫ quod mouetur parum fuerit: tunc paruę vocis constitutio efficitur. Quoniam (vt demonstratuꝫ) parua vox in modici aeris motu fit: grauis vero in plurimi: grauem: paruamqꝫ simul fieri vocem impossibile habetur. vt qua parua constituatur modicũ aeris fieri opus est: qua vero grauis plurimuꝫ: hoc pacto idem seipso ⁊ maius simul: ⁊ minus esset. sed dicere simili modo acutuꝫ: ⁊ graue: tale est ac si diceret: quemadmodum nec graue: ⁊ acutum. Quẽadmodum eadeꝫ vox acuta: grauisqꝫ esse nequit: neqꝫ idem paruũ: ⁊ graue fieri poterit. Si quod mouetur acuti ⁊ grauis tantuꝫ causa esset: hac igitur de causa grauem: ⁊ paruã vocem emitere non facile erit: tuꝫ quod grauitas in voce ex eorum opinione nobilioris naturę indicium videtur. nullum enim quod generosum paruiuocuꝫ est. Quoniam igitur omne graue generosioris naturę est: nullum autem generosum parui sonuꝫ: nullus igitur graue paruuꝫ est. ⁊ qꝺ modulamina grauia: quam contenta nobiliora dixerint: hoc causę habet: quod quę generosioris naturę meliora sunt. prius quidem diximus contentos modulos inter graues: acutosqꝫ: mediuꝫ quẽdam locum optinere. ⁊ alio modo ex ratiocinatione: graue contentis melius esse: sic inquiens ostendit. grauitas superantia quędaꝫ est: sed omne quod superat perfectũ omne vero perfectũ melius inquiens: grauitas igitur contentis melior est.

Sed cum acutuꝫ: ⁊ graue: in voce diuersa sint: a magnitudine vocis: ⁊ paruitate. est eniꝫ ⁊ acuta magna: ⁊ parua grauis: simili modo medius eorum tenor ambigit. quonam alio definienda sit magnitudo vocis: ⁊ paruitas: nisi multitudine eius: quod mouetur: ⁊ paucitate: quod si definitione illa statuendum sit acutum: ⁊ graue: accidet: vt eadem sint grauis: magnaeqꝫ vocis: ⁊ acutae: paruaeqꝫ vocalia.

Ex his Absurdum illud: quod videlicet grauis simul ⁊ acutus sonus fieri nó possit adducere nititur: si huius affectionis illud: quod mouet tantum causa est: primum autem quod graue: ⁊ acutum in voce diuersum a magna ⁊ acuta voce sit: ob quęstionem quam quis adducere possit probare nititur. Nam quęreret quispiam: quoniam graue: ⁊ magnum in voce idem habentur: vt simul graue: ⁊ paruum sonent fieri nequaquam potest: non eadem igitur: in voce grauiuocuꝫ ⁊ magniuocuꝫ esse: sed diuersa probat. nam inquit: est enim ⁊ acuta magna: ⁊ parua grauis: simili modo ⁊ mediuꝫ eoruꝫ tenor: videlicet concinnitas est. Etenim tum magniuoca: tum paruiuoca cócinnia sunt: de quibus quis alicui paruitatem penitus: aut aeris multitudinem definiret. itaqꝫ: in quibꝰ moti aeris plurimum inest: ea magniuoca: paruiuoca in quibus parum dici potest. Si autem hoc: tum graue: tum acutum ex ea: quam adduximus definitione erit: videlicet ex ea quęstione in qua tantum motum aereꝫ adducebamus: ex causis quas reddidimus nullum grauiuocum paruiuocum esse: nec acutiuocum: magniuocum accidet. Sed ideꝫ quod grauiuocum est: ⁊ magniuocum erit: ⁊ quod acutiuocum paruiuocum.

Sed enim causa est: quod magnum: ⁊ paruum: ⁊ multuꝫ: ac paucum: non eodeꝫ accipiuntur modo: sed altera simpliciter: altera respecto quodam. magniuoca eniꝫ sunt: eo: qꝺ multum simpliciter est: quod mouetur: paruiuoca: eo quod pa-

rum: grauiuoca autem: ⁊ acutiuoca: eo quod respectu inter se habito differentiam hanc recipiunt.

Causam inquit: Quod grauiuocus paruiuocum esse omnino nequit: sed potius quod grauiuocum est: idem magniuocus esse. si qȯ mouetur tantum causa est: quod magnuꝫ: ⁊ paruum: ⁊ paucum: ⁊ multum sit: altera quidem simpliciter: altera respectu quodam accipiuntur: ⁊ magniuocuꝫ dicas: cum illud qȯ mouetur magnum simpliciter sit: paruiuocū: cum illud paucum erit. At grauiuoca: ⁊ acutiuoca in respectu esse. ⁊ si quod mouet paucum esse contigerit: tantum tamen: vt mouētem superet: vt graue feratur necessariuꝫ habetur: si id sequetur: merito ⁊ magniuocum erit: non enim simpliciter considerāduꝫ est si illud quod mouetur parum sit: sed si ad eā a qua mouet: facultatē ⁊ robur parū fuerit.

C Nam si quod mouetur: superat vires eius: qȯ mouet tarde: quod fertur ferri necesse est: si superatur: velociter. Itaqꝫ quod valet: interdum multum pro viribus mouens: tardum efficit motum. Interdum velocem si superat: eademqꝫ ratione: quod debile est: si plus mouet: quam vires patiuntur: tardum efficit motum: si parum prae sua imbecillitate: velocem. Causae contrarietatum hae sunt: ne aut oia minora natu vocem mittant acutā: aut maiora grauem: neqꝫ mares: ⁊ foeminae aeque omnes aut grauem: aut acutam. Ad haec: vt ⁊ aegri acuti ſ̄ sonent: ⁊ q̄ bene valent: atqꝫ etiam: vt senescentes vocem mittant acutiorem: quanquam senilis aetas contraria iuuenili est.

Nam haec Quę inquit: ex his quę adducemus pspicua reddentur. Sumātur exempli gratia tritici modia viginti: quę ab aiace maxime moueri possint. Cum aiacis in his mouendis viriuꝫ terminus pręscriptus sit: hęc tarde ab ipso moueri existimandum. At idem decem modia ocius: ⁊ quinqꝫ facilius mouebit. Thersites vero: qui aiace imbecillior habetur: sit supremum virium suorum in quatuor modiorum motu pręscriptum: ipsę ⁊ duo mouere poterit: ⁊ hos vt de aiace dictum ocius mouebit: sed in mouendis quatuor tarde feretur. Nā illud quod inquit: si quod mouetur superat vires eius: quod mouet: tarde quod fertur ferri: non eundem ista: vt aliquis censeret sensum optinent: vt aiax videlicet supra viginti modia plura: Thersites vero supra quatuor mouere possit: hęc enim ea quę ab ipsis moueri possunt excedere certum est. Sed quod dicitur sub taleꝫ caderet sensuꝫ: ea facile mouere: quorum plura mouere possit: naꝫ explicatum ⁊ illud est: aiaceꝫ modios quinquę facile mouere posse: sed ⁊ octo facile: tum ⁊ decem ⁊ octo ęque facile mouebit. horum exēplo simile quoddam ⁊ de vocem edentium dicendum sit. Quę igitur plus aeris mouēt: illo qȯ moueri facile potest: cum ille tardum peragat motum: grauem illa voceꝫ emittēt. Quę vero p̄ sui imbecillitate parum: minora videlicet: quam ipsorum vis possit mouerint: ocius mouentur. Nam tam ⁊ si vis quę mouebat imbecillis sit: nihilo tamen secius: quod facultas quę mouet. illud qȯ mouetur superat: ipsum celerius mouere poterit. Cum hęc adduxisset: sequitur: causę ne aut omnia minora natu vocem mittant acutam: aut grauem: hoc illud explicat: videlicet: nō omnia quę natu minora acuti voca: nec grauiuoca ęquę: nec quędam senescentia grauis quędam acuta voce pdita esse: ⁊ pterea nec foeminę omnes acutam: ⁊ grauē habent vocem. causa igitur horum omnium: tum quę perspecte explicate sunt: in mouentis: ⁊ moti contrarietate consistit.

C Plurima tamen parte minora natu: ⁊ foeminae acutae sunt vocis: cum prae sua imbecillitate parum aeris moueant. fertur enim velociter: quod paruꝫ est: velocitas autē acumen in voce est. Vituli: ⁊ vaccae partem: quam mouent: non habent validam: alteri propter aetateꝫ: alterae propter foeminei sexus naturam: cuꝫ tamen moueant: multum graue sonant. Graue est eniꝫ: quod grauiter mouetur: multūqꝫ aeris tarde fertur: multum autem ea mouent: cum caetera parum moueant: quia vas: per quod primum spiritus fertur: amplum in ijs est: multumqꝫ aeris mouere cogitur.

Cum causas quibus acutam: ⁊ grauem edere vocē accidit adduxisset: nunc qua nam de causa minores natu alij acuta prędit[i] voce: alij graui sunt: asseuerat. ait enim plurima tamen parte minora natu pręsua imbecillitate parum aeris mouent: non enim mouere plurimum aeris possunt: quod quidem ꝓ aspere arterię angustia accidit: quę cum talis sit: plurimi aeris esse capax ne vtiquam potest. adhęc: cum ⁊ cor quod in spiritus reciprocatione duz eū accipit: redditq; : imbecille habeatur: quia parum aeris: minusq; quaz eius facultas sit: moueat: acutus redditur sonus. Nam tā etsi animalium quę minora natu sunt: cor imbecille sit: ad mouendum tamen aera vehemēs habetur. Etenim vituli: ⁊ vaccę: quod partes cor videlicet a qua aer mouetur: inualidam habeant: grauisoni fiunt. Cum hęc igitur imbecilli corde ꝓdita sint: quod pręasperę arterię amplitudine plurimū aeris mouet: (hāc enim vas quo primum spiritus meat appellauit) eum segnius mouent. ⁊ hęc hac de cā grauem vocem emittunt. Vituli autem propter ętatez imbecilli sunt corde: siquidē quę minora natu sunt: imbecillia habētur. foeminę vero ob sexus naturam: nam foemina imbecillum quoddam est. At tauri aspera arteria amplissima sunt ꝓditi: ⁊ cum plurimum aerem moueant: acute vocis optima ratiene sunt. ipsi enim mouentem partem: cor videlicet ꝓ validum obtinent: a quo ꝓ eius robore aerem ocissime moueri contingit. Cum ꝑus dixisset: cum cętera parū moueant: quia vas per quod primum spiritus fertur: hoc subitū sit: plurimum distat: hoc est: amplum in his est: distantiam amplitudinem nuncupat. Vitulis igitur: bobusq;: multum aeris mouere accidit: cum arteria coꝝ magni spacij: ⁊ ampla admodum habeatur. Natura enim cum nullibi vacuum detur: tantum aeris mouere satagit: quantum quis arteriam repletam eo reddere potest.

¶ Caeteris angustius: ac parcius est: aetate autez procedente: vires ea pars recipit: quae in vnoquoq; moueat. Itaq; in contrarium mutatur: vt quae vocem acutam mittebant: grauiorem: quam prius mittant: quae autem grauem: acutiorem: quamobrem tauri acutius sonant: quam vituli: ⁊ vaccae.

Arteria autem in alijs angustior: ⁊ q̄ videlicet: tota etiam a paruo aere repletur. Vituli igitur: ac vaccę: primus his de causis grauem edunt vocem: reliqui vero mares acute vocis sunt: ętate vero procedente: cum vituli iam tauri fiunt: ex graui vocis: in acutiuoca eo quod cor eorum validum redditur: permutantur. In alijs vero diuersa eueniunt: cū prius acutę vocis fuerint: ipsi sui ipsius grauioris vocis efficiuntur: tuz quod plus aeris quam eorū facultas fert moueāt: hoc quidem tale est: ac si diceret: quod plus aeris moueant: quaz quod cito moueri queat. sed et foeminę his de causis se ipsis grauioris vocis fiunt: his quidem de causis se ipsis grauioris vocis: quod ꝓ sui imbecillitate parum mouēt: maribus vero haudquaquam redduntur. Quo nam autē pacto ipse imbecillitatis causa parum mouentes: acutā vocem sortiuntur: hoc prius dictum: qd̄ tam etsi cor imbecille habeāt: at ad aerem qui ab ipso mouetur: validuz esse. qua autem de cā foeminę voce acuta prędite sunt: eadem ⁊ affecti: siquidem ⁊ ipsi acutam emittunt vocē. Sed senes acutam edunt vocem: quod iam a corde mouentes nerui hyantes fiunt.

¶ Vires autem omnium neruis continentur. quapropter cum aetate florent: robustiora sunt: minus enim cōpacta: neruataq; sunt: quae minora natu adhuc sunt. Item recentiorum nerui nondum intendūtur: senescentium iaz laxantur: quā obrem ad motum quoq; sunt imbecilliora: sed potissimum tauri neruosi sunt: ⁊ eorum cor ita constat. itaq; contentiorem eam obtinent partē: qua spiritum mouent.

Quod igitur robur omnium: in neruis existat: ⁊ motus omnium partium: quę in sanguine prędi tis animalibus sit neruoꝝ officio fit. Et qd̄ cor omnium neruorum quemadmoduz: ⁊ venarum principium: ⁊ origo sit: plurifariaz dictum. Hęc autem ipsi ante capere visuz est: quo causam redderet: qua execta acutam emittere vocem possint. Nam robur omnis in neruis (vt dictuz) consistit: ⁊ hac de causa qd̄ nerui validiores: in ętatis vigore sunt: qui in ea sunt ętate: validiores reddūtur. vt qui minores natu in articulati: eneruesq; sint: optime rationis est. Quoniam enim articuli neruis inuicem coherent: cum ipsos imbecilles fieri accidit: ⁊ animal quod robur in ipsis habet eneue fieri necesse est. Cor igitur in re-

tentioribus (inquit) nondum intenditur: nec robur continet. quę nam hęc sint breui explicabuntur. in senibus vero cordis cōtentio laxatur.

¶ Quasi fidiculam intentam: talem cordis bubuli esse naturam significatur: vel eo osse: quod in non nullis gignitur: ossa enim naturam neruorum requirunt. Erecta omnia in foeminam mutantur: et quoniam vires neruosae in suo originali principio laxantur: simile foeminis mittunt vocem: laxatio vero similis fit: vt siquis fides intendens adbibuerit pondus: quod annexum reddat contentiores: quomodo textrices faciunt: quae cum stamina distenderint: annectunt quas leuas vocant: ita enim natura quoque testium annexa meatibus seminalibus dependet: qui meatus ex vena tendunt: cuius origo ex corde est: iuxta ipsum principium: quod vocem moueat: quamobrem meatibus seminalibus immutatis: ad eam: qua semen excernere possunt aetatem: pars illa quoque iis immutatur: qua immutata: vox etiam mutatur: maxime scilicet maribus: sed foeminis etiam idem accidit: quanquam obscurius: quod quidam hircire appellant: cum vox mittitur inaequalis: post vero restituitur in sequentis aetatis grauitatem: aut acumen. Sublatis igitur testibus: tentio quoque meatuum laxatur: quomodo in fidiculam et stamine sublato pondere: laxatis his: principium: quod moueat vocem: eadem ratione laxatur. Causa haec est: quamobrem erecta mutentur in foeminam: tum voce: tum et reliqua forma: quoniam ita accidit: vt principium laxetur: ex quo intentio corporis est: non vt quidam existimant: quod testes ipsi copula sint multorum principiorum: sed paruae mutationes causam afferunt magnarum mutationum: non sui rōne: sed cum euenit: vt principium vna cum iis ipsis mutet. Principia enim quamuis magnitudine parua sint: tamen facultate sunt magna: hoc est enim principium esse: vt ipsum quidem causa sit multorum: sed ipsius nulla sit superior causa.

Omnem partem aqua spiritus motum optinet: cor nuncupat. quod autem hęc pars validiorem intentionē recipiens maiorem ictum peragat: ex fidibus perspectum redditur: quę dum vehemētius contendi solent: acutissimum sonum edunt: eodē modo et arcus fortius contenti: longius sagittas emittunt: quam remissiores. Venas enim nonnulli neruale robur nūcupant: quę nerui minime quidem: sed neruosum quoddam: et quod ad neruorum naturam plurimū accedat sunt: cum hęc ita p̄lati fuerimus: dicendum nobis totam Aristotelis sententiam: qua vitulos: vaccasque grauem vocem: cętera vero omnia natu minora acutam emittere opinamur: tum quonam pacto illa seipsis postea grauioris vocis reddunt: demum cum natu grandiora fiunt: acutioris. sed et quę causa sit. vt desecta vocem ad foeminarum cōmutent explicandum sit. equidem testes: vuluęque: ad seminales meatus apęsę situm optinent: q̄ a vena quę a corde originē ducit procedūt. verū venę huius a cordis parte quę dexter eius vētriculus nūcupat: vnde vocis motus prouenit: principium est. Talis igitur vena a dextro cordis ventriculo oritur: in quo et neruus est: quo anima cor ipsum: et cum eo pulmonem vnde vox procedit dilatat: ac contrahit. itaque quoniā in hac cordis parte neruus situs est: qui pulmonem: vocis videlicet efficientem causam mouet: ex ipso autem corde et vena oritur: recte quidem dictum constat: quod eius principium a cordis parte quę mouet: et efficit vocem: dum cor: et cum ipso pulmonem mouet: prouenit. Cum autem cor neruosum: et neruorum principium sit: vt ipsum neruos mouere dicatur: aut quod illi ipsum mouent: nihilo refert. Testes igitur ad seminales meatus quemadmodum lapis: vel quas leuas vocant fidiculę: vt eam distēdat appensi sunt. leuas: vel foeminarum manus quas ad stamina quo ea distendat adhibent: vel lapides appellat: nam qui in texturę arte versantur: lapides quosdā staminibus quo ea distendant appendere consueuerunt. quoniam igitur: tum testes: tum vuluę meatibus sunt apęsę: meatus vero a vena: illa autem a corde pendula sit, testes quidem; meatusque: ac venę lapidi fidiculam tendenti: cor vero

tensę fidiculę:anima autem quę ipsum mo-
uet musico:ꝛ qui cordas poenitus mouet si-
milatur.Cum hęc sic habentur: quemadmo
dum a tensa corda validus sonus:si lapidem
amoliaris imbecillus redditur: eodeȝ pacto
in testibus:ac uuluis fit.cum enim animalia
adhuc natu minora sunt:ꝛ testes qui in ipsis
breues : ac pondere expertes:cor ptendere
nequeunt.Cum illud non satis ptensum fit:
ꝓsui imbecillitate plurimuȝ aeris mouere ne
quit:si hoc fit:tum mares:tum foeminas mi
nores natu acutam habere voceȝ necesse est.
Sequente vero tempore: quo feminis excer
nẽdi apti reddunt:cuȝ feminales meatus cõ
mutari:nec non validiores fieri accidit:ipsis
simul vel testes vel uuluę cõmutantur:ꝛ ma
iores:ponderosioresqȝ fiunt.his ita procedẽ
tibus:cor magis necessario tenditur.Quẽad
modum:si fidicule grauiorem lapidem appẽ
das:magis intenditur:cum eam magis intẽ
di acciderit:magis valide intẽsionis cã plus
aeris mouere potest: plus inquam eo quem
mouere facile potest.Cum autem primũ im
becille illud fit :minus aeris pręsui imbecili
tate mouendo : illi acutam reddere voceȝ ac
cidet. Cum dehinc maiorem quaȝ eius facul
tas est mouerit:grauem emittet.At cum na-
tu grãdiores efficiuntur:quod illa ętate mea
tus biulcos fieri euenit:tum testes:tum vul-
uę leuiores redduntur : ꝛ hęc rursus acutę
vocis causa est.Vituli vero (vt prius expli-
catuȝ) propter arteriam:aeris plurimuȝ mo
uent:verum:cum cor contentus minime sit:ꝛ
testes leuitate ꝓmuntur:quod illũ tarde mo
uere accidit:grauisoni fiunt:postea auteȝ cũ
testes incrementum adipiscuntur:cor inten-
ditur:itaqȝ:cum cor ipsum eundeȝ aereȝ vel
parem illi qui ante testium incrementuȝ fue
rat atraxerit:illum celerius mouendi faculta
tem optinet . Cum is hoc pacto moueatur:
acutum edere sonum necesse est. Execta vẽ
ro in foeminaruȝ voceȝ necessario his de cau
sis mutantur: etenim in testium abstractione
etiam meatuum extensio patesit : cum ipsi
patẽtes fuerint:ꝛ cordis extensio laxatur:cui
ꝓ sua imbecillitate parum aeris:minus vide
licet quam eius facultas requirat mouere ac
cidit.Cum ille paruus sit:ꝛ ocius mouetur:
acutę vocis sonuȝ vt in foeminis est sequi ex
pedit. Omnis igitur sensus eorũ quę de acu
to:ac graui sono dicta erant:talis habetur.
Sed ꝛ ea quę ad literę ordinem attinent: re
feramus.nam hoc tale est:qui minores natu
tum mares: tum foeminę alteri testiũ:alterę
ꝓ uuluarum incrementum ex quibus gra-
uis redderetur sonus:nondum adeptę sunt.
hoc aũt nuper perstrinximus: vbi a nobis di
ctuȝ: quid nam hoc sit:breui explicabuntur.
Ubi enim diximus:in senibus vero cordis cõ
tẽtio laxat.vtpote qd testes in eis tabescũt:ꝛ
leuiores redduntur.tauri vero ob testium põ
dus cor contentum:protensumqȝ optinẽt.qd
vero ossa neruorum naturaȝ requirant: inde
perspectum redditur: quod vtraqȝ:tum ossa:
tum nerui:terreni portionem continent. Nã
literę congruus ordo talis esset:siquideȝ ner
ui bubuli cordis in ossa:sed non ossa ipsa in
neruos commutantur.vbi auteȝ inquit pars
illa quoqȝ his immutatur:partem testes nun
cupat.vocis vero inequalitatem(inquit)qui
dam hircire appellant: quod ꝛ in foeminis:
quãquam obscurius accidit.cum enim testiũ
ponderis inequalitas quędam ob assiduum
quod in ipsis fit incrementũ sequatur:ꝛ vox
itidem inequalis efficitur.At cum postea põ
dus quiescit:ac eodem termino continetur:
ꝛ vox ipsa in eadeȝ qualitate permanet: hoc
illud explicat vbi ait:post vero restituitur in
sequentis ętatis grauitatem.Quoniam aũt
toti corpori vt contentum:ac validum reda
tur:a corde prouenit: cũ illud resoluitur:exe
cta in foeminę vocem:ac aliam formam ne-
cessario commutantur.itaqȝ quod principiũ:
cor videlicet laxari accidit:execta in foemi-
nam cõmutationem capiunt.Veruȝ enimue
ro:testes vt quidam existimant non sunt co-
pula:ac congeries : conuentusqȝ multorum
principiorum.Sunt enim qui asseuerabant:
non in testibus quemadmodũ in corde vnuȝ
videlicet pulsus principiuȝ esse:ꝛ in cerebro
sensus: in iecinore similiter sanguinis consti
tutio:ita ꝛ in testibus:sed in eis plurimaruȝ
facultatum:ac principiorum conuentuȝ esse:
quibus quideȝ deffectis: tum facultates:tuȝ
principia quę ipsis insunt resecantur.cuȝ fa-
cultates ipsas principiaqȝ resecari cõtingit:
animal permutari necesse est:nõ igitur(quẽ-
admodum asseruimus:) quod plurimorum
in ipsis principiorum copula sit: vt hoc acci-
dere dicamus opus est : sed quia parui mo-
menti mutationes:causę maximaruȝ esse mu
tationum solent.non quod ipsę horum causa
fiant:sed cum principium cum ipsis mutari
accidit.vt in exectis cernere est : nam cum
ipsis testes abstrahuntur:cuȝ ipsis principiũ
cor videlicet immutatur : cuius : seminales
meatus:testesqȝ instrumenta habentur.cum
igitur testes immutantur:in testium immuta
tione ꝛ principia immutari:ꝛ cum ipsis ani-
malia necessarium habetur.Quod autem in
instrumentorum immutatione: ꝛ animaliuȝ
colores immutãtur:ex oculis: pluribusqȝ alyȝ
manifestũ efficit. Cũ principia magnitudine

breuia admodum sint:(etenim ad totuz animal nulla cordis proportio) potentia maxima habentur. nam principii substantia: origoq3 eius in corde continetur. Siquidem cū illud multorum causa sit: principium quod eius: causa esset: superius nullu3 omnino est. si hec ita fiunt: ipsum potentia maximum existimare non absurdum putatur.

¶ Caliditas etiam: aut frigiditas loci confert eodem: vt natura tale constituatur animal: quod aut grauem: aut acutam vocem emittat. Spiritus enim calidus crassitudine sua grauitatem efficit vocis: frigidus prae sua tenuitate contrarium facit: quod vel in tibiis patet. q enī3 calidiore vtuntur spiritu: 7 talem emittunt: quale3 ticines: 7 lamentantes: grauiorem sonu3 inspirant tibiis: asperioris autem vocis: aut leuioris. omnis deniq3 huiusmodi inaequalitatis causae est: membrū: instrumentumq3 per quod non fertur: cum aut asperum est: aut leue: deniq3: aut aequale: aut inaequale. constat hoc ita esse: cum aliquid humoris in arteria inest: aut asperitas affectu aliquo fit: tunc eni vox redditur inaequalis. flexibilis aute3 vocis: instrumentum molle causa est: vt rigidae durum. molle enim parcius dispensari potest: 7 varium fieri: durum non potest: 7 molle quidem tam magna3: quam paruam reddere vocem potest: 7 proinde tū grauem: tu3 acutam. facile eni3 spiritum dispensat: ipsumq3 de facili magnum: paruumq3 fit: quod autem durum est: indispensabile est. De voce igitur: quae non ante diseruimus. cum de sensu: aut de anima ageremus: hunc habeat modū. De dentibus non rei vni9: aut eiusdem gratia animalia eos habere omnia: sed alia ad cibum: alia ad vocis orationem: dictu3 antea est: sed cur priores gignantur: primo maxillares: post 7 hi non decidant: illi decidant: ac denuo nascantur: hanc rationem disputationi: de generatione cognata3 esse putandu3 est.

Ad eas Quas retulerat causas vt quędam grauem: alia acuta3 vocem natura edant: tum calorem: tum frigiditatem loci conferre innuit. Nam magis calidorum locorum indigenę: his qui frigidiora incolunt loca: grauiorem vocem emittūt. idem 7 in volucrum quibusdam genere: omniumq3 quęcunq3 sonū habent: euenire solet: nam spiritus qui calidus est: ꝑ sui crassitudine plurimu3 terrenę exhalationis admistum continet: quod vna simul: tum qd crassum est: tum graue peragit. Cum crassitudinis igitur: 7 grauitatis gratia tarde moueatur: grauem vocem edūt: At in frigido diuersa videlicet: acuta editur. Horum autem tybię: ac tybicines exemplo fiunt: qui cum spiritum edunt: calidiorem quem 7 lamentantes: eorum tybie grauiorem sonū exprimūt. Ut vox aspera: leuisq3 reddatur: 7 quęcunq3 in his subsequi omnino inequalitas solet: ex asperę arterię causa prouenit: qua3 instrumētum per quem vox emittitur appellauit. qd autem ipsa: cum eam humidam reddi cōtingit asperam vocem efficiat: perspectum redditur. Uerum quę mollis arteria est: dispensari ad varia: hoc est dilatari: ac contrahi: ac diuersimoda fieri facile potest: cu3 peruia inflexioni fiat: suauiorem vocem: 7 auditu3 oblectantem reddere solet. illud vero quod inquit: facile enim spiritum dispensat: tale est: ac si diceret: facile quidem reflecti a spiritu: 7 diuersimoda immensa videlicet: 7 exilis fieri potest. Asperitas autem dispensationi huiuscemodi imperuia fit.

¶ Disseruit igitur de his 7 Democritus: sed non bene. non eni3 omnibus consyderatis: causam reddidit vniuersim. Ait eni3 decidere: quoniam properant: 7 ante tempus oriuntur. nam ad aetatem pene florentem enasci per natura3 debere: causam autem: vt ante tempus gignātur vsui tribuit lactis: 7 sus lactet: qui tamen dentes non amittit: 7 q̄ dentes habent serratos: omnia lactent: quamquam nonnulla eorum non amittunt: nisi caninos: vt leo-

nes. hoc igit̃ ille errauit: exponens vniuersim. Cum id non animaduertisset: quod in omnibus eueniret. At agere ita oportet: qui enim differit vniuersim: ac de omnibus dicat: necesse est.

Quae nam causa sit: propterea dentes concidere: ac alios eorum loco succrescere: ⁊ Democritus inquit asseruit: sed non bene: eo q̄d causa quã reddidit: non omnibus: nec vniuersim congruat. Ait enim eos decidere: quoniam properant: ⁊ ante tempus: ac p̄ter naturam oriũtur. Tunc ⁊ quo tempore homines: incremẽtum adipiscuntur: nam secundo ętatis anno sumere incrementum incipiunt. Ante tempꝰ igitur oriuntur inquit: quod vero ante tempus: ac p̄ter naturam est: superesse diu neq̃t: etenim dentiuꝫ ortum qui naturę ordine fit: pubertatis tempus esse innuit. siquidem puberis ętatio tempus septimus annus: ⁊ octauus habetur: ⁊ qui deinceps: ad octauum decimum: ac vigesimum progreditur. Causam autem: quod ante tempus: ac p̄ter naturam gignantur vsui tribuit lactis: naꝫ quod lactent inquit oriuntur. non modo Democritus causam simpliciter adducebat: quod lactent: sed quod lac suggent: quod cum calidum sit: (quemadmodum ⁊ Aristoteles breui explicabit) vt dentes germinent causa efficitur. nam calidum ad incrementuꝫ maxime cõfert: quapropter calidum lac suggentia ocius dentescunt. Cum ea quę Democritus: opinatur asseruisset: ipsi sic inquiens aduersatur. si quod lactent dentium p̄ter naturaꝫ ortum fieri accidit: ⁊ dehinc eorum casum seq̃tum: sus: tum omnia: quę serratos dentes habent: lactant. si autem hoc p̄ter naturam: ergo: ⁊ p̄ter tempus dentes horum oriuntur: igitur eos cadere necessarium erat: nec vero concidunt.

Sed cum naturam ita subijciamus scilicet ratione ducta ex ijs: q̃ cernimus: vt neqꝫ deficiat: neque frustra agat quicquam in singulis quoad eius fieri potest. Quae autẽ cibum assumere debent: post lactis vsum instrumenta habeant: necesse sit ad cibum conficiendum: si ita eueniret: vt ille dicit ad pubertatẽ: natura ꝑfecto deficeret: agẽdo rẽ: quam facere posset: atqꝫ opus naturae fieret praeter naturã. Violentum enim praeter naturam est. Generationem autem dentiuꝫ euenire violenter asseuerat: sed hoc verum non esse apertuꝫ ex his: alijsqꝫ huiusmodi rationibus est. Oriunt̃ autem prius ij: quam lati: quod ⁊ officium eorum prius est. Secatur enim prius: quam molitur: quod comeditur. sunt autem illi molendi officio delegati. hi vero secandi: tum etiam quod res minor: ⁊ si simul inchoatur: tamen celerius solet perfici: quam maior. Minores auteꝫ primores: quam maxillares sunt: nec non maxille os a latere latuꝫ. in ore angustum est.

Ex his quę adducit: tuꝫ Democrito aduersari ītendit: tũ vna ẽt ꝓbare nitit̃ tempore quo lactent dentiuꝫ ortus pręter naturam haudquaquam esse: sed ex naturę ordine admodum procedere. Quoniam igitur natura inquit neqꝫ deficit: videlicet nec post conueniens tempus in singulis quicquam eorum quę contingentia sunt: nec postea agit: sed cuncta ad p̄scriptum debiti temporis reddit: cum non amplius lacte fruit̃: ipsum alimenti conficiendi instrumenta habere necesse est. Si iam in tertio: quarto: quinto: ac sexto ętatis anno (vt Democrito placet) dentium ortus p̄ter naturam est: ordine vero naturę cum ad puhereꝫ deueniũt: natura in his quę possibiliter sibi agẽda fuerant deficeret. At exempli gratia sumatur: a septimo: ⁊ q deinceps sequit̃ anno dentiũ ortum fieri: q̃ tale vt Democritꝰ opinat̃ eos nasci a natura tempus p̄scriptum est: igitur pueros a generatione ad septimum vsqꝫ annum edentulos fieri sequeretur. Quoniaꝫ ad summum trimi pueri lactio alimẽtum capere solent: dehinc quadrimi: quinquennes: ⁊ sexeni ablactantur: quo nam pacto deficientibus conficiendi alimenti instrumentis alerentur? itaqꝫ: ex Democriti sentẽtia tale naturę opꝰ: quod est: dentes habere: cum ⁊ infra sextuꝫ annum natura fiant: pręter naturam esse accidit. Si illo tempore: vt inquit vi nascũtur: omne quod vi fit: p̄ter naturam est.

Itaqꝫ ex ampliore plus alimenti affluere necesse est: ex arctiore: mi

nuo. lactis autem usus ipse nihil cōfert: quanquam lactis calor faciat: ut dentes ocyus oriantur: indicium est: quod ⁊ ipsorum lactentium infantes: qui calidiore utunt' lacte: ocyus dentiunt. Calor enim vim obtinet augendi: decidunt qui prodierint primi: tum notae melioris gratia: tum necessario. meliori rationem quam: quod cito hebetescit: quod acutum est: itaq; alteros succedere in officium oportet. lati autem non hebetantur: sed tempore duntaxat attriti levigantur: necessario vero decidunt: quod maxillarium radices in lata nituntur maxilla: ⁊ valido osse continentur: primorum autem in tenui. unde fit: ut infirmi: ⁊ mobiles sint. nascuntur autem denuo: quod in osse adhuc nascente oriuntur: ⁊ cum tempus adhuc est ad dentium generationem idoneū: cuius rei indicium est: quod maxillares diu oriuntur. Ultimi enim vicesimo anno exeunt: nonnullis etiā senescentibus omnino prodierunt: qui loco ultimo habentur: quoniā multum alimenti in amplitudine ossis continetur: at vero prior pars ossis prae sua tenuitate cito perficitur: nec excrementum in eo fit: sed indebitum incrementū alimentū.

Quod Ex arctiore inquit: tale est: ac si diceret ex minori. nam maxillarium constitutionem tardius fieri ait: quod in ipsos ex osse in quo radicātur plurimū alimenti adfluat: quodquidem difficulter confici potest. nam primos qui deciderint inquit: denuo renasci oportet: quod in osse tunc cū decidunt adhuc nascente: ac incremētum sentiente: oriuntur. Ita ⁊ de hirundinū pullis: superioribus explicavit: quod siquis cū parvi adhuc sunt oculos eorum prepungat: denuo renascūtur: eo quod fiunt: nō adhuc pfecti sunt. nascuntur igitur: quod in osse adhuc nascente oriantur: ⁊ quod tempus adhuc est ad generationem dentium idoneum. quod vero ut ipsi nascantur adhuc tempus sit: hoc indicio fit: quod maxillares diutino temporio intervallo oriūtur. tempus autem ut ipsi nascantur: ad vigesimum annum prescriptus est. nonnullis etiam senescentibus eos prodire ait: qui loco ultimo habentur: quia multū alimenti in amplitudine ossis continetur. etenim quod multum est: difficulter conficitur: ac ad illud quo ipsum natura impellit interposita mora devehitur.

¶ Democritus vero missa ratione: cuius causa agatur: omnia referenda censet ad ea: quibus natura utitur: quae talia quidem sunt: sed alicuius causa: ⁊ notae melioris gratia sumūtur. Itaq; nihil prohibet: quo minus ita dentes fiant: ⁊ decidant: sꝫ non propterea: sed propter finem: haec autem ipsa causae sunt: ut movētia: ⁊ instrumēta: ⁊ materia. Naꝫ ⁊ spiritu magna ex parte agere consentaneum: ut instrumento est: ut enim nonnulla artium instrumenta utilia sunt ad plura. Verbi gratia: in excussoria: malleus: ⁊ icus: sic in rebus: a natura institutis: spiritus varium exhibet usum: simile dici videtur: cum causas necessario esse dicunt: ut siquis propter cultellum tantummodo aquaꝫ exisse iis: qui intercute laborant: non etiam propter sanitatē: cuius causa fecuit cultellus: existimet. Sed de dentibus cur partim decidant: ac denuo nascantur: partim non: ⁊ omnino quam ob causam fiant: dictum est: dixi etiam de caeteris membrorum affectibus: qui non alicuius causa: sed necessario veniant: ⁊ quam ob causam: videlicet eam: cui motum tribuimus.

Quod ait Quibus natura utitur: instrumenta innuit: talibus autem naturalibus videlicet instrumentis non tamen cuius causa agit. Quod vero inquit tale est. Nam ⁊ prius asseruit: quod spiritus reciprocationis. pulmonem causam esse demōstratū est: ⁊ omnia quę sunt: ac fiunt: instrumentorūꝫ causę adscribit: itaq; sic: quod lactent quidē ceu instrumentis quibusdaꝫ dentes nasci inquit.

item et spiritu ut instrumento: et alio propter alium id fieri asseuerat. Sed non propterea presertim: sed propter finem: et cuius gratia. si igitur instrumenta cuiusque generationis causa adducerentur: simile quoddam esset: si aliquis quereret: que nam causa sanguinis effluxus ex vena fit: ei responderetur quod a ferro percussa fuerit causam esse: siue quod ipse adducit: cur ex eius qui intercutaneo laborat morbo visceribus aqua effluit: si propter cultellum qui ea secuit diceret: non autem sanguinis: aqueque effluxus ob ea esse sed propter sanitatem cuius gratia cultellum secuisse certum est. Hactenus presentis libri: et qui de animalium generatione operis ultimus est: ac nostre in ipsum interpretationis finis.

¶ Philoponi in quintum: ac ultimum Aristotelis de Animalium generatione librum commentarii foeliciter expliciunt.

Registrum.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r s

Omnes sunt Terniones.

¶ Venetiis: per Joannem Antonium: et Stephanum: ac Fratres de Sabio. M. D. xxvi. Mense Octobris.

